miditas cito aduenit senium. sicut in terra nigrorum. illis namq; aduenit senium in annis triginta. et eorum corda sunt timida. propterea quod spiritus multum resoluitur. **In** locis habitabilibus frigidis sunt corda audacitiae maioris et melius digerentes. que si fuerint humida erunt ibi morantes grossi et carnosi. et multum abundantes adipe. quorum uene erunt profunde et occulte. et ipsi erunt teneri et albi. **In** locis habitabilibus humidis morantes pulchrarum sunt facierum. quorum cutes sunt tenere. et cum excitant cito aduenit laxitas. et eorum estas non multum calefit. neque hyems ualde in frigidat. et eis adueniunt febres multum te more. et ventris et sanguinis multum exitus ex menstribus et emorroidibus. et multiplicatur epilepsia. **In** locis habitabilibus siccis morantium exsiccantur complexionibus. et ipsorum offuscantur cutes et exsiccantur. et eorum cerebri cito aduenit siccitas. et eorum estas est ualde calida. et hyems multum frigida. **In** locis habitabilibus altis morantes sunt sani et fortes labores multum patientes et uiuunt diu. **In** locis habitabilibus profundis morantes in vaporositate multa existunt. et epatis debilitate et aquis abundant non frigidis. et proprie si fuerint stantes. aut aque lacuum aut stagnorum. et eorum aeres sunt mali. **De** locis habitabilibus petrosi et discooperti horum aeres in estate sunt ualde calidi. et in hyeme multum frigidi. et eorum corpora sunt dura et solida. et multorum capillorum fortia et iuncturae manifeste. Et uiuat

in eis siccitas. et sunt multum vigilantes. et sunt malorum morum. inobedientes. et est in eis bellorum fortitudo et solertia in artibus et acuitas. **In** locis montuosis niuosis morantium indicium est. sicut aliarum terrarum frigidarum. et eorum terre sunt vento se. et dum nix moratur generantur in eis boni venti. sed cum resoluitur si motus habent qui ventos prohibeant. sunt vaporosa. **In** locis habitabilibus marinis temperat caliditas et frigiditas. propter sue humiditatis ad passionem inobedientiam. **Habitantium** in locis septentrionalibus indicium est sicut indicium ciuitatum et temporum frigidorum in quibus multiplicantur constringendi et exprimendi egrotudines. et multiplicantur in eis humores in occulto corporis congregati. et solet inesse eis digestiue bonitas. et uite longitudo. **In** corporibus preterea eorum ulcera sanantur propter eorum fortitudinem et sanguinis eorum bonitatem. et propterea quod exterius non est causa que ea laxet. aut que ea detegat. sed propter multam caliditatem cordium eorum sunt in eis mores lupini. **Habitantium** in locis meridionalibus indicia sunt sicut indicia terrarum et temporum calidorum. plurimum autem aquarum que sunt in eis est salsum et sulfureum. et capita morantium in ipsis sunt plena humidis materiis. quoniam meridies hoc operatur. et eorum uentres sunt soluti propter illud quod ab eorum capitibus ad stomachos descendit. membra quoque eorum sunt laxa et debilia. desideria etiam come/

clendi et bibendi debilia. et quolibet
vino grauantur. propterea quod eorum ca/
pita et stomachi debilia existunt. **U**
lcerata quoque eorum duriter sanantur et
mollificantur. **A**uliebibus quoque acci/
dit mulcus sanguinis menstrui exitus
neque restringitur nisi cum difficultate. et
frequenter ab oriuntur propter mulci/
tudinem egritudinum earum. **V**iris
quoque accidunt a uentre sanguinis exi/
tus. et emorroydes. et obtalmia humi/
da que cito sanat. **S**enibus uero in
propria senectute cum transeunt qui/
quaginta annos accidit paralisis propter
eorum catharros. et accidit omni/
bus eis propterea quod sunt eorum ca/
pita plena asina et tensura et epilepsia
et accidunt eis febres in quibus cali/
ditas et frigiditas coniunguntur. et fe/
bres longe hyemales et nocturne. **A**/
cute uero febres parum accidunt eis.
propterea quod eorum uentres multum
resoluuntur. et dissoluitur subtile quod
est in ipsorum humoribus. **D**e lo/
cis habitabilibus orientalibus. **C**ui/
tas que ab oriente est aperta et in op/
positione posita est sana et boni ae/
ris. **S**ol enim in principio diei super/
eam eleuatur. et aerem eius clarificat.
et postea recedit ab ea. aere iam clari/
ficato. et exsufflant super eam venti
subtiles. quos premitte eis sol. dein
de ipsemet eos sequitur. et conueniunt
eorum motus. **D**e locis habitabi/
libus occidentalibus. in ciuitate que
ab occidente est discooperta. et est ab
oriente cooperta non uenit ad eam sol
nisi tarde. et illico cum uenit ad ipsam
incipit elongari ab ea. quia non ei ap/
propinquando incedit. **N**on ergo ei

ius subtiliat aerem neque exsiccat. sed di/
mittit ipsum humidum grossum. et si
uentos ei mittit. mittit eos ab occide/
te et in nocte. **I**ndicia ergo ipsorum
sunt indicia ciuitatum humidarum con/
plexionum caliditatem habentium
temperatam grossam. et nisi esset propter
illud quod ex spissitudine proue/
nit aeris. eorum natura ueneris natu/
re similis existeret. **S**anitas uero in
eis minus existit quam in terris orienta/
libus cum diminutione multa. **Q**ual/
re qui loca eligit habitabilia cognos/
cere debet terram ciuitatis uel alteri/
us loci habitandi. **E**t quomodo eis
existit dispositio secundum altitudi/
nem et profunditatem et discoopertu/
ram aut cooperturam. et eius aquarum
et substantiam aque ipsius. **E**t quo/
modo existit secundum sui propala/
tionem et discooperturam aut secun/
dum sui occultationem et ipsius pro/
funditatem. **E**t si sint uentis exposi/
ta aut in terra profunda. **E**t debet cog/
noscere uentos ibi flantes si sunt sani
frigidi. **E**t quid ei sit vicinum ex ma/
ribus et pelagis et montibus et mine/
ris. **E**t debet scire qualis sit terra secundum
sanitatem et egritudines. **E**t que egr/
tudines illic commorantibus euenire
solent. **E**t debet cognoscere illic com/
morantium fortitudines et eorum de/
sideria et digestiuam et nutrimentorum
eorum bonitatem. et quomodo eius
existat structura. **E**t si sit ampla spa/
ciosa aut sit introitus angustus. **P**ost
hoc oportet ut fenestre et porte sint
orientales et septentrionales. **S**icque il/
lud unde magis sollicitari debet ut
venti orientales structuras ingredi

valeant. **S**icut sol ad unumquemque locum intrare queat qui ibi existit. quoniam ipse est qui aere rectificat. Vicinitas quoque aquarum dulcium nobilium currentium multarum et multarum. et que in hyeme infrigidentur et estate calefiat. et diuerse ab eis que occultantur est res conueniens et adiutorium prebens. **D**e situ ville id est domus tam habitatorum quam fructuum scripsit egregie Varro villam edificandam potissimum ut intra septa uille habeant aquam. si non. quam proxime que ibi sit nata uel perhennis influat. Si omnino aqua non sit uiua uel cisterne faciende sunt sub tectis et lacus sub diuo. ex altero loco ut homines ex altero ut pecus uti possit. Dandam operam ut potissimum sub radice montis siluestris uillam ponat ubi passionibus sint laxae. Aut ubi uenti saluberrimi flabunt que posita est ad exortos equinoxiales aptissima quod estate habet umbram et hyeme solem. Si cogaris prope flumen edificare. curandum ne aduersus eum ponas. hyeme enim fiet uehementer frigida et estate non salubris. Auertendum est si qua erunt loca palustria et propter easdem causas. et quia cum alrescunt crescunt animalia quedam minuta. et que non possunt oculi consequi. et per aera intus in corpus ponas et nares perueniunt. et efficiunt difficiles morbos. **I**tem stropham uitandum inquit ne in eam partem spectet uilla. ex qua uentus grauior efflare solet. ne ue in conualli caua. sed potius in sublimi loco edifies. eo quod cum perflatur si quid est ibi quod aduer-

sarium inferatur facilius discutitur. **P**reterea locus qui a sole tota die illustratur salubrior est. quam etiam bestiole si que prope nascuntur et inferunt aut efflant aut amaritudine cito pereunt. **H**ymbi repentini ac torrentes flumini periculosi sunt illis qui in humilibus et cauis locis edificia habent ob hoc et propter predonum manus superiora loca tutiora. **I**n uilla facienda stabula bubulia quam hyeme possunt esse calidiora. **I**tem cellas in loco plano ubi uasa uinaria et olearia esse possint. **I**tem ubi stent fructus aridi ut grana et fenum in tabulatis. **I**tem ubi uersetur familia prouidentum ut fessi opere. aut frigore. aut calore possint commodissime se recipere. **V**illici prope ianuam cellam esse oportet. etiam scire quid introeat aut exeat noctu. quid ue ferat. presertim si hostiarius est nemo. **C**atho scribit uillam urbanam pro copia edificandam. **I**n bono presidio si edificaueris libentius et sepius uenies. fundus melior erit. et fructus plus capies. **S**i te uicinitas libenter uidebit facilius tuas uendes operas facilius locabis. operarios facilius conduces.

Decuris siue tumbis in diuersis locis diuersimode faciendis.

Orie siue tumbe faciende in rure occasione habitationis domini et rusticorum et ad eum fructuum portandorum. et animalium nutriendorum multiplex est consideratio. Aut enim locus ubi curias facere disponis sit

est inter alias domos ville. aut ē ab
eisdem remotus. **T**erum autem est in
plano. aut in montibus. ⁊ rursus auc
est in loco tuto aut periculoso posi/
tus. **S**iquidez inter alias domos uil
le situs est. curia non eget tanta forti
tudine ⁊ munitione clausure. quia mi
nus est furum insidiis expositus lo/
cus talis. ⁊ quia proximum habz ui
cinorum auxiliuz si fuerit oportunū
Si uero est ab aliis domibus in lo/
co solitario segregatus conuenienti/
bus foueis ripis ⁊ sepib⁹ vndiq; cin
gendus est. ppter oppositas ratiōes
Quod si est in plano siquidem nimis de
presso per totam curiam terra cumu
landa est aliunde delata. ne in ipsaz
curiam ingressus pateat. aquis fluen
tibus aliunde. ⁊ pluuie in ea cadētes
inde possint facile deriuari. **S**i uero
in montibus fuerit ubi foueis aquo
sis muniri non potest. eligatur locus
cui nisi per ordinatum introitū sit as
per ascensus. ut qui fossarum circui/
tu muniri nō potest. seueritate rupis
⁊ altitudine muniatur. **S**i autem lo/
cus est ab impietate inimicorum tu/
tus. sufficit si talibus solūmodo ual
letur munitionibus q; a furibus qui
etiam plerumq; pacis insidiantur tē
pore securus existat. **E**t cuz in parte
periculosa fuerit. siquidez ualde po
tentib⁹ inimicis expositus tuti⁹ erit
locum desertum ad tempus relinque
re. q; incaute se ⁊ sua morti civili aut
naturali exponere. nisi forsan patrē/
familias ad fabricam inexpugnabi/
lis castri uel arcis diuitiarum moue/
at multitudo. **S**i uero beruarii aut
debiles inimici partes illas quando

q; currant ⁊ spoliēt. curia muris aut
congruo palanchato cingatur. ad q;
si domini facultas non sufficit. in v/
no angulo curie fiat riparum ⁊ fouee
munitionis fortis. ⁊ super ea bitifreduz
quodda; uel turris in qua cum reb⁹
suis paterfamilias se cum colonia tē
pore opportuno recipere possit. **P**re
missis itaq; iam dictis consideratio/
nibus. eligendus est locus curie i ma
gis ydonea parte agroruz. cuius ma
gnitudo talis esse debet que pro/
portionaliter colendarum terrarum
mensure respondeat. ⁊ in toto circui/
tu fossarum latitudine designata tan
tum infra tumbam q̄tum erit dimi/
dia fouee latitudo vndiq; notetur.
ibiq; circumcirca tempore cōgruo vi
delicet octobris uel nouembris febru
arii uel marci. salicum uel populoz
aut ulmorum plante quinq; pedib⁹
uel minus sibi inuicem eque distantes
ponantur. **D**einde foueas persequā/
tur fossōres ad interius tumbę terrā
vniuersam ponentes. ⁊ terraz solidā
per vnam distantiā pedis iuxta fos
satum vacuam ⁊ discoopertam relin
quentes. ubi postmodum aliquę ex
dictis temporibus spinarum plante
iacentes ponantur. ⁊ superducta ite/
rum dicta terra cum vangis ⁊ asiro/
nibus secundum formam riparū dis
ponatur. ⁊ baculis ligneis ad hoc fa
ctis fortiter comprimatur. ⁊ cum cir
ca vnum pedem sursum excreuerit ite
rum spinarum plantis appositis su/
per eas terra iterum cumuletur. **S**icq;
agendum est donec ad summitatem
ripe fuerit peruencum. **P**ossunt tamē
in dictis ripis acies multe uel pauce

spinarum secundū domini volunta/
tem apponi. Si uero timeatur de rui/
na riparum loco spinarum uel inter
ipsas plantas graminis viridis po/
nantur radices. Sint autem spinarū
plante tales quales sunt plante spi/
narum in die Jude si haberi possint
Ipse enim sunt mirabiles ad pungē/
dū. uel sint spine albe. aut prune sil/
uestres. aut plante rosarum siluestriū
uel domesticarum albarum. Rubus
uero licet satis fortem faciat sepe. ta/
men omnes alias suffocat plātas. cū
non magne existunt. et ideo mihi nō
multum placet si possint alie ex pre/
dictis haberi. plurimum autem ca/
uendum est ne inter predictas spina/
rum acies arborum fructiferarū ali/
que plante ponantur quia desiderio
fructuum homines sepes destruit et
fossata intantur. q̄ talis curia nunq̄
poterit clausa teneri. Plante simili/
ter infructuose arboris ibidem nate
non procuretur augmentum. quia eis
crescentibus spinarum dilecta custo/
dia ex ipsarum arborū umbris et ra/
dicibus impiis aut omnino periret.
aut magnam lesionem sentiret. Brete
rea in primo et secundo anno eodem
spinarum plante singulis estatis men/
sibus ibide. natis mudentur. ne ab
ipsarum radicibus humore violēter
attracto plātule arescere defectu nu/
trimenti cogantur. Plante uero sali/
cum populi uel ulmorum quas prius
dixi esse plantādas sine dubio i sum/
mitate ripe puenient. que cum circa
se terre noue multitudinem habeant
et per earum radices transeant p̄gues
aque curie defluentes ad foueas mi/
rabiliter conualescēt. inter quas fieri

possunt sepes sicce. uel quod melius
est statim cumulata ripa iter eas mē/
tudo spissa plantularum dictarū
arborum infigatur. Hec autē cū oua/
luerint et incisione atq; plicatura in/
spissate fuerint fortem constituēt se/
pem. seu quasi plantatum quoddam
quod longissimo tempore perdura/
bit. Stipites uero dictarum arborū
primitus plantatarum ultra decem
pedes in altum eleuari non patiaris
quia ultra modum priuarent curiaz
que propter salutem habitantium ae/
rem salubrez requirit solis beneficio
et uentorum. Eo excepto q̄ sup quo/
libet angulo tumbe arborem vnā
inquantum ascendere poterit permit/
tas in altum extolli. quoniam hec cu/
riam plurimum decorabunt. nec pre/
fatam propter earum paruum nu/
merum inferre poterunt lesione. Bre/
torea et due similiter supra portas di/
mittantur augeri. ad quarū umbras
quiescāt homines tempore magni ef/
tus. Huius igitur diligenter obser/
uatis sine magnis expensis curia fos/
satis spinarum sepibus et arborū for/
ti munitione precincta cum laudabi/
li forma et commodo habitantium
tuta manebit. In cacumine mon/
tisc circa domos fiant sepes ex plan/
tis malorum granatorum. Hec et/
nim plante loca aspera non formi/
dant. quia hec arbuscula modico nu/
trimento contenta est. et sepe con/
stituit spissam et forte. ex multa pul/
luatione ipsius. et uolentibus per e/
am ingredi pungentibus spinis eius
uiriliter se opponit. Et nihilomi/
nus fructum uilem et valde deco/
rum singulis annis possessorib; suis b. x.

parat. **A**dagne autem arbores in talibus non conualescunt locis. quia plurimo indigent nutrimento. quod ibi sufficienter haberi non potest. ubi terra nimium est saxosa. Verumtamen in locis decliuibus montium ubi est letum solum possent predictae plantationes et maxime spinarum et ulmorum satis conuenienter fieri. sed salix et populus in talibus locis nisi sint iuxta riuos et sabulum aut terram ualde solutam habeant non conualescunt ad votum. Si vero locus tante frigiditatis existeret. quod in eo punici arbor uiuere non possit. ex eis claudat arbusculis aut spinis. quae in regione illa similiter experientia iudice melius defendantur.

De clausura et munitione curiarum quae supra terram sunt utiliter dixisse sufficiat.

De nobilibus autem et mirabilibus munitionibus et curribus circa curias ex arboribus artificiose agendis aut faciendis ad librum referuamus octauum.

De intrinseca dispositione curie.

Quia predicta intrinsece disponatur hoc modo. In medio faciei interioris uiae fiat ingressus in eam latitudine decem pedum ad minus. et eiusdem latitudinis in opposita parte fiat egressus. per quem ad aream vineam uel agros posteriores eatur. Hanc latitudo prefata sufficit ad currus introitum feno uel paleis ponde-rati. In locis eisdem porte fiant nobiles uel ignobiles secundum beneplacitum domini dum tamen ferreis uel etibus et clauibus possint in nocte firmari. Supra eas uero fiat cooptura

uel domus ut mundior et siccior seruetur introitus. et ne porte pluuibus et rore tempore breui putrescant. Pars dimidia curie quae est ab una parte portarum pro domino disponatur hoc modo uidelicet quod iuxta uiam quae curiam diuidit dominica fiat domus. quae longam faciem iuxta uiam teneat. et ad posterius parum tendat. et quod domus non claudit suppleat sepi alta spinosa uel murus. Sic autem domus magna uel parua murata et cum tegulis cooperta. uel cannis secundum domini uoluntatem et facultatem. In ea parte iuxta ripas tumbe. pergularum et uuarum genera nobiliora plantentur. quae tandem octo uel decem pedibus eleuate in altum. poterunt decorum facere pergularum supra ripas adherentes arboribus ante dictis. Deinde quinque uel sex pedibus infra curiam circumquaque humiles plantent arbuscule ueluti ficus et malagrana. si aeris illius qualitas patitur. et miscule gecule et cycomorum plante. Per medium uero huius loci plantentur aliquae plante pirorum et malorum uiginti pedibus ad minus distantes. quae procedente tempore diuersis pirorum et malorum generibus singulis aestatis et autumnii mensibus maturantur. harum cum diligenti industria inserrantur. harum enim initium se arborum fructus domino specialiter reseruandi propter fortes clausuras erunt a rusticorum voraci improbitate securi. In eo etiam loco amenum formabitur uiridarium et dominicus ortulus. et apum dilecta societas illa lesa seruabitur. et cirtures ricii et lepisculi secundum modos quos in su

is locis dicam. In alia uero parte di-
midia fiant domus et tuguria iuxta
ripas circumquaque uel duas partes.
aut unam tantum occupantia secun-
dum exigentiam familie colonorum
et animalium nutriendorum. curia re-
manente in medio expedita. Domus
meliores in una parte deputentur ha-
bitationi coloni et alie animalibus nu-
triendis. Juxta domos rusticorum cli-
banus et puteus si fons desit in par-
te convenientiori fiat secundum mo-
dos et formas consueto modo serua-
tas. dum tamen puteus a fossatis cu-
rie et a palude letaminis quantum po-
terit elongetur ne fossarum aut leta-
minis humor putridus per occultos
ingrediat terre meatus. In alie ue-
ro curie capite iuxta tuguria bestia-
rum palus formetur letaminis matu-
randi a dominica quantum poterit
domo remota. Et si tanta sit domi-
norum nobilitas et potentia quod dedig-
netur in eadem curia cum suis habi-
tare colonis poterunt sane in dicto lo-
co sic disposito facere morari. custo-
dem. qui castaldio nominatur et seor-
sum in alia parte suum facere locum.
palacis et turribus ac viridariis de-
coratum secundum quod eorum nobili-
tati et potentie crediderint convenire.
Doctrinam autem aree et celle vma-
rie ac columbaris pullarii stabulorum
et tuguriorum feni seruandi suis lo-
cis tradendam referuo.

**De puteis et fontibus faciendis et quomodo
liter aqua inueniatur et probetur.**

Licet puteus optime more
tur in curia ut predictum
est. tamen quandoque propter
communitatem plurius u-
tilitatem. et aliquando propter com-
moditatem colonorum. et quia plerum-
que aqua non inuenitur in curia uel in
partibus et locis propinquis. aut in-
uenitur sed letaminis curie liquore in-
ficatur. In campis extra curias fieri
optatur. quod cum acciderit proui-
dendum est hoc modo. ubi aqua in
superficie aut non multum profunda
existit. Itaque de mense augusti septem-
bris aut octobris fodiendus est pu-
teus. quia ubi aqua hiis non deerit
mensibus nullum defectum alio tem-
pore habebit. Igitur secundum Ba-
ladium ante solis ortum hiis locis
quibus aqua querenda est equaliter
pronus mento ad solum depresso spe-
ctabis orientem. et in quo luto subter-
li nebula crispum aerem surgere uide-
ris. et uelut rores spergere. scias in lo-
cis siccis ibi aquam latere. Sed terra-
rum genus considerabis. ut possis di-
tenuitate uel abundantia iudicare.
Creta namque tenues nec optimi sapo-
ris uenas creabit. Sabulo solutus
exiles insuaves limosas. et spacio al-
tiore submersas. nigra terra humores
et stillicidia non magna ex hybernis
ymbribus et liquore collecta. sed sa-
poris egregii. Glaree mediocres et ue-
nas incertas. sed suauitate precipu-
as. sabulo masculus. Arene et carbun-
culus certas et ubertate copiosas.
In saxo rubro bone et abundantes
sunt. sed prouidendum est ne inter rimas
inuente refugiunt. Sub radicibus motum

in silicibus uberes. frigide et salu-
bres. Locis campestribus salse. gra-
ues. tepide. insuaves plerumque. qua-
rum sapor si optimus fuerit noueris
earum sub terris exordium de monte sump-
sisse. Sed in medijs campis monta-
norum fontium suauitatem sequetur si
umbrantibus tegantur arbutis.

Sunt et hec signa inuestigande aque
quibus tunc credimus si neque lacuna
est neque aliquis ibi ex consuetudine
humor incidit. Fucus tenuis. salix
siluatica. alnus. arundo. hedera. cetera
que humore multum aquoso giga-
nuntur. Locis ergo ubi predicta re-
peris signa. pedibus tribus latitudi-
ne. altitudine pedum quinque fodiat
et proxime solis occasum vas purum
ereum uel plumbeum uel interius un-
ctum ponatur ibi inuersum in solo fos-
sionis ipsius. tunc supra fossam cra-
tis facta de uirgis et frondibus ad-
dita terra spacium omne operiat. Se-
quenti die aperto loco si in eodem ua-
se sudores inueniantur. aut stille aqua
ibi esse non dubites. Item si uas fi-
guli siccum neque coctum eadem rati-
one ponatur. ac similiter operiat. Al-
tero die si aquarum uena proxima fu-
erit uas humore concepto soluetur.
Item si vellus lane eque positum et
coopertum si tantum colligit humo-
ris ut alia die fundat expressum co-
pias inesse testabitur. Item lucerna
oleo plena et incensa. si ibi similiter ce-
cta ponatur. et secundo die reperiat
extincta. superantibus alimentis a-
quas locus idem habebit. Item si
in eo loco focum feceris et terra uapo-
rata humidum fumum nebulosumque
ructauerit aquas ibi fore agnoscas.

Hiis ergo reperitis certa signorum fir-
mante noticia puteum fodies et caput
aque requires. uel si plura sunt in uo-
num colliges. Tamen sub radicibus
montium in septentrionali parte que-
rende sunt aque. quia in hiis locis ma-
gis abundant utilioresque nascuntur.
Sed in fodiendis puteis est cauendi
fossorum periculum. quoniam
terra plerumque alumen sulphur bitu-
men educit. que spiritum pestis exa-
lant. et occupatis statim naribus ani-
mas torquent. nisi quis sibi fuge uel
locitate succurrat. Prius ergo quam asce-
datur ad incima. in eis locis lucernam
pones accensam. que si extincta non
fuerit periculum non timebis. Si uel-
ro extinguetur locus mortifer est ca-
uendus. Fodiendus est autem pute-
us latitudine pedum octo uel septem
quaque uersum ut binos pedes structura
concludat. fieri etiam potest la-
tior seu strictior secundum quod plures
aut pauciores ex eo aquam haurire
intendunt. et secundum magnitudinem
et puritatem venarum. Si aqua
limosa sit salis admixtione corrigi-
tur. Sed dum foditur puteus si ter-
ra non stabit vicio generis dissoluti
aut humore laxabitur. tabulas obli-
citas undique directas. et eas transuer-
sis vectibus sustinebis ne fodientes
ruina concludat. Potest etiam in
talibus locis melius sine fossorum pe-
riculo fieri. uidelicet quod fiat ex asseri-
bus rota duplex et fortis ad putei la-
titudinem. supra quam fiat murus al-
titudine unius puncti antequam pute-
us fodiatur. Deinde ipsius fos-
sorum cum instrumentis ferreis in me-
dio existens sub muro fodiat. et

ipsum usq; ad terre equalitatem descendere faciat. et iterum tantundem muret et fodiat. et terram et tandem aquam extrahat donec puteus sit perfectus. Sed qui in alto sunt putei perforatis usq; ad infimam partem terris ad loca inferiora possunt uice fontis exire. si uallis subiecte natura permittat. Numquam uero nouam putei sic probabis. in ereo uase nitido sparges et si maculam non fecerit probabilis iudicatur. Item decocta eneo uasculo si arenam uel limum non reliquit in fundo utilis erit. Item si legumina cito ualebit excoquere. uel si colore perlucido claret. et misco et omni labe pollutionis aliena.

De aqueductu.

Quoniam uero ducenda est aqua aut paladius. quod ducatur aut forma structili aut plumbeis fistulis aut canalibus ligneis aut fictilibus tubis si per formam structilem ducet. soli dandus est cannalis. ne per rimas aqua possit elabi cuius magnitudo pro aque mensura facienda est. Si pro planum ueniet intra centenos uel sexagenos pedes sensim declinetur structura sex pedibus ut vim possit habere currendi. Si quis mons interiectus occurrerit. aut per latera eius aquam ducemus obliquam. aut ad aque caput speluncas librabimus per quas structura perueniat. Sed si se uallis interserat erectas pilas uel arcus usque ad aque iusta uestigia construemus. aut plumbeis fistulis clausas deiciemus et explicata ualloe consurgere.

Sed quod est salubre et utile. fictiliibus tubis conducitur. ut duobus digitis grossi ex parte una reddantur acuti ut palmi unius spacio in alterum possit intrare. quas iuncturas uina calce oleo subacta debemus illinire. Sed antequam hiis aque cursus admittat fauilla mixta exiguo liquore decurrat. ut glutinare possit si qua sunt uicia tubulorum. Ultima ratio est plumbeis fistulis ducere que noxias reddunt aquas. Nam cerusa plumbo creatur que plurimum nocet corporibus humanis. Diligentis preterea est aquarum receptacula fabricari. ut copiam inops uena procuret.

De cisternis et cisternulis.

Qui aqua deest. cisterna secundum paladium fiat. magnitudine qua delectatur et cui sufficit. cui omnium conduci possit aqua tectorum. Testacei pavimenti superfusione lenigetur. hoc pavementum omni cura tenendum est ad nitorem. et lardo pingui cocto assidue perfricandum. ne deducto humore rimis in aliqua parte fundat. et ita post diuturnam et solidam siccitatem aque prebeat hospitium. In eius medio formetur puteus deinde circa eum omnis concauitas repleatur in fundo de grossis lapidibus fluminum. In medio de minutis. et de sabulo in supremo. ubi autem desunt fluminum lapides loco eorum fornacis petre ponantur. In quibusdam tamen locis fit pavementum de quadam creta. que cum mediocriter est infusa taliter comprimatur et calcatur ubique. quod aquam in se possit recipere uel pluentem in se recipere et con-

seruat. Anguillas sane piscesq; fluuiales in has mitti pasciq; conueniet. ut horum natatu aqua stans agilitatez currentis imitet. Riuos ⁊ lacunas ci/ster narum piscinas uel puteos fartie mus hoc modo. Picis liquide quan tum uolueris ⁊ tātumdē sumas anx/ungie uel sepi. tunc in olla utrūq; mis cebis ⁊ coques donec spumet. deinde remouebis ab igne. cum autem fuerit refrigerata commixtio calcem super aduicies minutatim. ⁊ ad unum cor/pus illa mixta reuocabis. cūq; uelut stigmatum feceris. inferes locis cor/ruptis ac manantibus. ⁊ pressu sum ma densitate calcabis. ¶ In locis p/terea fluminum in quibus aquis flu/minum utimur fiant cisternule cuz q; bꝝ clarificent ⁊ limpide fiāt hoc mo/do. Habeatur urceus terre magnus i/loco frigido sub sabulo obrutus su/pra quem fit uas ligneum uel terreū coctum laticudinem quandam hñs. quod ⁊ foramen paruum cum cannu/la in medio fundi habeat per unuz digitum in fundo eleuata. supra quā tyachum ponatur inuersum. Deinde usq; ad mediuz sabulo impleatur. in quo postea quotiens uolueris flumi/nis aqua ponat que in sabulo distil lata per cannulam guttatiz descēdat inferius in urceum in quo utenda ser uatur. ¶ Si maiorem cisternulam habere uolueris poteris tam inferiꝝ q; superius receptaculum de marmo ribus uel lapidibus ⁊ cemento aut ce/raceo pauimento facere secundū for mam ⁊ magnitudinem tibi gratam.

De materiis domorum.

Quoniam supra de domibus ⁊ edificijs mentionem fecerim fabricadis que ex ma/teria murorum ⁊ lignorū fiunt. Dicā que ligna competunt edi/ficiis. ⁊ que bona cementa. ⁊ que con/sideratio in fundamentis habenda ē. Fundamenta igit (ut Baladiz ait) stabilia ⁊ diu durabilia latiora sint ex utraq; parte semipedis spacio q; parietis corpus increset. Si solida ⁊ constricta reperit argilla. quinta ⁊ sexta pars altitudinis eius q; supra terram futura est fundamentis depu/tetur. ¶ Si terra laxior fuerit maio/ris altitudinis obruantur donec mūda sine ruderum suspitione occurrat argilla. que si omnino desit quartam mersisse sufficiat. Arena que apprehēsa manu edic stridores erit utilis fa/bricanti. ¶ Item si panno uel linceo candide uestis inspersa ⁊ excussa nil hil macule relinquit aut sordis egre/gia est. Sed si fossilis arena non fue/rit de fluminibus aut glaria aut lico/re colligatur. Marina arena tardius siccatur. ⁊ ideo non continue sed in/termittis temporibus construenda ē ne opus onerata corrumpat. camera/riz quoq; tectoria falso humore dis/soluit. Nam fossiles tectoriis ⁊ came/ris ⁊ celeri siccitati utiles sunt melio/res si statim cum effosse fuerint misce/antur. Sed si uci necesse sit maris are/na erit commodum prius lacuna hu/moris dulcis immergi. ut uicium sa/lis aquis dulcibus ⁊ suauibus eluta deponat. Calcem quoq; albo sa/lo duro uel tyburno aut columbi/no fluuiali coquemus. ¶ In dua/bus arene partibus calcis una

miscenda est. ¶ In fluminali quoque arena si terciam partem teste crete addideris operum soliditas mira prestatbit. ¶ Item si calx et arena equali mensura miscentur erit fortissimum cementum exinde commixtum. Non est preterea murus faciendus tempore magni aloris quia congelatus dissolueretur postmodum adueniente calore. Tempore mensis nouembris aut decembris fabricarum materia est cedenda cum luna decrescit quia tunc maxime humor corruptibilis et lignum corrumpens consumptus est per precedentem autumnum et lune etatem. ¶ Propter presens frigus aeris fugit cum calor naturali arboris ad radices ad calidum uentrem terre. Sed arbores que cedunt usque ad medullam securibus recisas stare aliquod diu patiaris ut per eas partes humor si quis in uenis continetur excurrat. Vtiles autem hee sunt maxime abies uidelicet. Est enim leuis rigida et in operibus siccis perfecte durabilis. Salix uel lares secundum Paladium utilima. ex qua si tabulas suffigas in fronte atque extremitate tectorum presidia contra incendia contulisti. neque enim flammam recipiunt. aut carbones creant ut idem ait. Quercus durabilis si terrenis operibus obruatur. Rouer optima tantum sub terris quam etiam supra terras. Castanea mira soliditate durat in agris et tectis et operibus interius. Fagus in sicco utilis sed in humore corrumpitur. Populus albaris utraque salix et cilia in sculpturis necessarie. Alnus fabricis inutilis. sed necessaria si humidus locus fundamentis palatiorum est. Ulmus et fraxinus si siccant rigescunt.

C De officio villici.

curatos habeat. bubulcis obsequio/
sus partim sit. quo libentis boues cu-
rent. **A**ratra vomeresq; faciat ut bo-
nos habeat. pecori et bobus diligen-
ter substernatur. ungule curetur. **S**ca-
biem pecori et iumentis caueat. **N**on ex
fame etsi impluit fieri solet. **O**pera
omnia mature conficiat. nam res ru-
stica sic est. si rem unam sero feceris o-
nia opera sero facies. **S**tramenta si
desint frondem ligneam legat. eam sub-
sternat ouibus bobusq;. **S**terquilini-
um magnum habere studeat. et per au-
cumnum euehat. et circum oleas ob-
laqueet ac finum addat. **F**rondem
populneam ulmeam querceam per
tempus cedat. eam condat non pari-
tam pro pabulo ouium. **E**t tempe-
num aridum de prato recondat. per
imbrem autumnalem rapinam pabu-
lum lupinumq; serat.

**De officio patrisfamilias qualiter
debet agrum emere et villici opera ac
rationem inquirere**

Quod artho scribit. predium cum
comparatione cogitabis
sic in animo habeto. ut ne
cupide emas. ne ue opera
tua perdas. **N**ec satis habeas semel
circuire. quotiens ibis totiens magis
placebit quod bonum erit. vicini quo
pacto niteant id aduertito. et uti eo
introeas. et circumspecies uti inde exi-
re possis. **U**ti bonum celum habeat
ne calamitosum. **S**i et solo bono viri-
tute sua valeat. si poteris sub radice
montis. **S**i et in meridiem spectet in
loco frigido. **L**oco salubri operario-
rum copia. **S**i et bonum aquarium. op-
pidum ualidum prope sit. **I**n his agris

qui non dominos sepe mutant. **S**ui in
his agris predia uendiderunt. quos
pigeat uendidisse. **U**ti bene edifica-
tum sit. **C**aueto ne alienam disciplina-
temere contemnas. a domino bono co-
lono bonoq; edificatore melius eme-
tur. **A**d villam cum uenies uideto uia-
sa torcularia et dolia si multa sint. ubi
non erunt scito pro ratione fructu-
um esse. **I**nstrumenta multa uel pauca sint
uideto. **S**umptuosusq; ager ne sit.
Paterfamilias cum ad villam uenit
fundum ea die si potest circueat et die
sequenti. ut agnoscat quomodo fun-
dus cultus sit. operaq; facta infecta
q; sint. **P**ostea villicum vocet ac in-
terroget. quid opis factum sit et quid
restat. satis ne tempori opera sint co-
fecta. possitq; que reliqua sint consi-
dere. **E**t quid factum vini frumenti a-
liorumq; omnium. **U**bi ea cognouit
rationem inire oportet operaz diez.
Si ei opus non apparet dicit villicus
se dolo caruisse. se non ualuisse. **T**em-
pestates malas fuisse. seruos aufugisse.
Ubi eas alias ue causas multas di-
xit. ad rationem operum operariq;
villicum reuoca. **C**um tempestates et
pluue fuerint. que opera per hyemem
fieri et per ymbrem potuerunt. dolia
lauari. piari. villam purgari. frumen-
tum transferri. stercus foras efferri.
sterquilinum fieri. semen purgari. fu-
nes sartari. nouos fieri. **C**entones. cul-
tiones familiam potuisse sibi sarti-
re. **P**er ferias potuisse fossas ueteres
tergi. uiam publicam muniri. uepres
recidi. ortum fodi. pratum purgari.
uirgas uinari. spinas truncari. **C**um
serui egrotauerint cibaria tanta dari
non oportuisse. **Q**ue opera reliqua

sint. curare ut perficiant. si quid de/
sit in annum ut paretur. que supsint
ut ueneant. que opus sit locari ut lo/
centur et que opera fieri. et que locari
ut imperet. et ea scripta relinquat. De
cuius omne consideret. oleum. vinum.
frumentum. et quicquid supersit ven/
dat. boues. vitulos. armenta. oves. la/
na. pelles. plaustrum uetus. seruum
senex et morbosum vendat. Patrem
enim familias vendaces non emaces
oportet esse. Item que pertinent ad
sationes suo quoque tempore promē/
da id est manifestanda sunt. que vē/
denda videndum. Ea enim que serua/
ri non possunt antequam se commutent
celeriter promat et vendat. que serua/
ri possunt tunc uendat cum caritas ē
Sepe enim diutius seruata nō modo
usura adiuungunt. sed etiam fructum
duplicant. si expectato cōgruo tem/
pore promat.

Incipit liber secundus de natura
plantarum de rebus communibuscul
cui cuiuslibet generis agrorum.

Quoniam in superiori li/
bro de his que ne/
cessaria sunt saluti
habitantium rura quā/
dam utilia scripseris
Consequenter de ip/
sorum operationibus in villis agen/
dis dicendum est. Verum quia ruris
exercitia variantur secundum varia/
tem plantarum locorum et temporū
quorum diuersitas sine noticia natu/
re plantarum parum ipsarum et eorum
que plantis necessaria sunt perfecte

cognosci non potest. De his in hoc
secundo libro agendum est. Et quia
quedam sunt cōmunia cultui cuiusli/
bet generis agrorum. De his etiam in
eodem libro dicitur. Dicam itaque in
primis de his que omni plante con/
ueniunt secundum generationis prin/
cipia.

De his que omni plante conueni/
unt secundum generationis principia

Plantarum generatiōe
sunt secundum fratres. Al/
bertum septem sine quibus
omnino nulla nascitur plā/
ta. Calor videlicet celestis circuli qui
est primus et viuificus principium plā/
tarum. Secundus autem est conueniens
calor loci. quia si in loco sit uirtus fri/
goris mortificatiua. nō suscipiet uir/
tutē caloris celestis circuli. Similiter
autem si locus vehementer sit adustus
erit heremus arenarum. et eius quod
vocabatur mortuum sabulum. eo quod nō
est talis locus susceptiuus celestis uir/
tutis plantas uiuificantis. Terci/
um autem est calor. qui materie semi/
nali quocumque illa sit inheret. quia si
ne illo aut non esset receptiua calo/
ris uiuifici. aut recepti caloris uiui/
fici non esset retentiua. et nunquam for/
maretur ex ipso plantarum aliqua.
sed euanesceret per euaporationem.
probant autem hec ope rustificatio/
nis. quoniam in quibusdam plan/
tis cum primum formantur. et sunt
tenelle. umbracula oportet fieri. ut
calore solis non euanescant. sicut
quando ex seminibus pullulant ci/
pressi vel ficus. Tria autem sunt mi/
nistrantia substantialem materiam.

quorum primum est humor natura-
lis inherens ei quod format in plan-
te speciem que primuz spirando pul-
lulat sursum. et erupit ad terre super-
ficiem. qui cum pullulat euacuat ab i-
feriori materiam humoris totaz. sub-
stantia humoris formans instrumen-
ta plantule et inferi9 in radicem. **Des-**
tituta autem uirtus caloris subiecto
attrahit humorem loci. riste ē secun-
dus humor ministrans concepte plā-
te nutrimentuz. sicut ministrat matrix
sanguinem menstruum in conceptio-
ne et formatione animalium. **Tercis**
est humor pluuiarum et roris et nui-
um desuper uenientium. qui se habēt
ad plantas sicut humidum nutrime-
tale ex cibis sumptum in animalibus
et ideo humidum hoc desideratur a
plantis iam formatis. et ad speciem
deductis. sicut cibus desideratur ab
anima natis animalibus. **Septimum**
autem quod exigitur est aer conueni-
ens continens extrinsec9. ille enim cō-
seruat si bonus est. aut corrūpit si ma-
lus est plantas. **Et** ideo uenti urētes
et pruine mortificantes ledunt et des-
truunt plantas. ab aere autem tempe-
rato pporcionabiliter conualescunt
et fructificant. **Amplius** autem arbor
in genere suo est calida et humida et
calor quidem aperit meatum et im-
pellit humidum. humidum aute9 ha-
bundans sufficienter ministrat mate-
riam. et ideo statim exurgit in stipitē
et auget illum et roborat. et emittit i-
eo ramos multos. et in ramis pluri-
mas virgas.

De diuersitate generationis plātarū

Considerandū ē autem prin-
cipaliter de diuersitate gene-
rationis. **Ex** diuersitate enī
generationis plantarum fere sciatur
tota natura earum. **Et** de hac quidē
diuersitate ab antiquis fere amplius
nihil inuenit. q̄ qd dixit aristoteles
q̄ arborum scilicet et plantarum. que
dam ex semine. et quedam per seip-
sas ex ipsorum elementorum cōmix-
tione et uirtute celesti. que tali cōmix-
tioni vitā influit vegetabilem. **Var-**
ro autem refert q̄ est quedam genera-
tio plantarum occulta. que ex semine
fit in aere existente ut **Anaxagoras**
scripsit. uel ex semine in agrum induc-
to ab aqua fluente. ut **Theophrastus**
affirmat. sufficere tamen puto id qd
dicit **Albertus**. nam utrumq̄ dictum
satis comprehendit. et precipue dictū
Theophrasti. **Et** ea que plantatur aut
a radice nata euellitur. aut a stipite
aut a ramis. aut a semine nata trāffer-
tur de loco ad locum. s3 hoc proprie
nō plantatio. sed transplantatio di-
citur. **Et** iste que sic transplantantur
quedam totaliter integre transplan-
tantur. et quedam ppter duriciē sue
substantie et corticis aliquātulum cō-
tunduntur et scinduntur. infiguntur
terre ut facilius et citius trahant nu-
trimentum. **Adbuc** autem earum que
secundum partem aliquam plantantur
quedam plantantur in terra sicut fit
de vite salice et buxo frequentius.
quedam plantantur in aliam arbo-
rem et hec plantatio uocatur inscio
Quod autem i generatione plāte ual-
de nobis occurrit ē q̄ plātarū quedā

17
ex semine habent generationem q̄ nō
producunt semen simile illi semini ex
quo habent generationem. Quedam
faciunt semen melius ⁊ quedam pe/
ius. Aliquando enim quibusdā ma/
lis seminibus bone arbores perueni/
unt. ut ab amigdalīs amarīs ⁊ acidis
aliquando fiunt dulcia. Et similiter
a malis granatis siue puniciis acidis.
aliquando fiunt dulcia ⁊ aliquādo
econuerso. Quorundam autem plan/
tarum semen cui debile fuerit aut ex
loco aut ex aere temporis inconueni/
entis deficit. ⁊ illarum generatio ī ta/
li loco non est ex semine. sed ex aliq̄
alia plantatione. siue ramorum. siue
radicis. ⁊ hoc precipue est in pineis
⁊ in palmis ⁊ in ficibus ⁊ malis gra/
natis. Et similiter in omni abietū na/
tura. nulla enim illarū semen facit tā/
te efficacie q̄ pullulare faciat nisi ra/
ro. Nam ex semine palma quandoq̄
pullulat ⁊ cipress⁹ ⁊ maxime palma
si plura semina simul coniungantur.
Ex uno enim simplici semine pullu/
lat raro. Sed cipress⁹ ⁊ ficus pullu/
lant ex uno gramīe seminato ad mo/
dum herbe primum ⁊ conualescunt
paulatim. Non autem de facili fit q̄
ex semine malo proueniat bona plā/
ta. nec econuerso. licet hoc aliquādo
fiat. Sed in animali hoc cōtingit mē/
tociens propter diuersitatez enīz ha/
bitationum aeris ⁊ ventorum ⁊ nu/
trimenti. cum animal sit facilis altera/
tionis. Frequenter fit q̄ semen male cō/
plexionati animalis alterat⁹ ⁊ fit me/
lius ⁊ bene cōplexionati alteratur ⁊
fit peius. ⁊ animal generatum fit sī/
m seminis ex quo generat⁹ dispositionē
uel peius uel melius. Cuius signum ē

q̄ omnia domestica animalia uide/
mus ualde differentia in quantitate
⁊ colore qd̄ non accidit eis nisi p̄p/
ter sui nutrimenti multam diuersita/
tem. ⁊ diuersa fomenta. stabulorū ⁊
aliorum locorum in quibus conuer/
santur. Propter quod etiam carnes
eorum in sapore diuersificant⁹ a car/
nibus animalium siluestrium. talis e/
nim diuersitas in plantis non ē. aut
quia radicibus terre affixe sunt. ⁊ ne/
q̄ loca mutant neq̄ nutrimenta.

**De substantia ⁊ origine ⁊ genera/
tione plantarum.**

Iocus in quo oritur plan/
ta est sicut matrix in ania/
libus ⁊ succ⁹ siue humor
in tali loco preparatus ⁊
attractus est sicut sanguis menstruus
in matricibus animalium. Vis autēz
celestis in eis est sicut uirtus indistin/
cta ⁊ non determinata ad speciem q̄
quantum ad plante naturam suffici/
enter determinatur ⁊ distinguitur p̄
qualitates elementorum ⁊ modū cō/
mixture eorum in materia seminis
plante. Opera autēz plante secundū
q̄ planta est sunt tria. scilicet uti ali/
mento. ⁊ augere. ⁊ generare. Vtunt⁹
alimento siue trahunt ipsum tantūz
purum conueniens ⁊ simile sibi. ⁊ hoc
totum conuertibile est in substantiaz
membrorum. ideo nō habent ven/
tres ⁊ venas. sed tantum poros. ⁊ ter/
ra est eis pro ventre. in qua dimittūt
utramq̄ impuritatem. siccam uideli/
cet ⁊ humidāz. Et hec est causa q̄ in/
figunt radices ori suo similes in ter/
ram. ex qua sicut ex stomacho sugūt

nutrimentum. et dirigunt radices de/
orsum maiores plante omnes ad lo/
cum calidum terre. ubi calor melius co/
miscet et dirigit nutrimentum. Et si a/
lique plante magne in superficie sper/
gunt radices et non in profundum di/
rigunt cito arescunt quia nutrimentum
quod est in superficie terre euanesceat
ab eis in fumum per calorem solis. et
non cogitur spirare in radicibus ea/
rum per loci continentiam. Augere au/
tem ipsarum plantarum dicunt qui/
dam esse in infinitum. asserentes pla/
tam augeri quodiu radicibus terre ad/
heret. quibus non est consentiendum
quia certum est omnium natura con/
stancium esse quantitatem. **D**etermi/
natam inter duos terminos. maximi
in suo genere et minimi. habent enim
sicut egregie dicit Aristoteles omnia
rationem et augmenti et magnitudinis.
Licet enim ex nutrimentali formentur
et augeantur humido plante. tamen
pars cui facienda est additio intan/
tum induratur processu temporis ut
extendi non possit. et tunc constat au/
gmentum in longum. et tandem ex ea/
dem causa stabit etiam ad alios du/
os diametros qui sunt in latum et p/
fundum. **D**e operatione autem ge/
nerationis plantarum hic solum di/
citur quod sugendo per poros habent nu/
trimentum. et de eo quod extrinsecus in/
gemma a spiritu egrediente eleuatur
formant omne quod gignunt.

De diuisione plante per suas par/
tes integrales.

Quoniam insequenter autem de p/
tibus uegetabilibus plan/
tarum determinandum est.
et de his que accidunt eis
ex natura et non ex cultu. De fructibus
enim et cultu dicetur posterius. **P**or/
tet igitur scire quod sicut in animalibus
ita in plantis quoddam est quod est
potentia quolibet pars plante. et vo/
catur succus. et quoddam est quod est
pars plante actu. sicut radix stipes
et ramus et huiusmodi. **E**st autem suc/
cus humor per poros radices attrac/
tus ad nutriendam totam plantam.
qui per partes plante a uirtute nutri/
tina distribuitur. necesse est igitur quod ad
plante similitudinem calore digesti/
uo sit terminatus. non enim nutritur
si simile quod ex contrariis partibus
per digestionem ad similitudi/
nem eius membri uel partis que nol/
tritur alteratum est. **E**x his autem ne/
cessario relinquitur quod humor cibalis
plante magis sit insipidus in radice
et secundum quod magis et magis a radi/
ce procedit. sic plus et plus accipit sa/
porem plante conuenientem. **S**icut au/
tem accipit saporem. ita etiam accipit
inspirationem et subtiliationem et a/
cumen. **E**x actione enim caloris in ip/
so necesse est omnia hec inuenire cir/
ca ipsum nisi per accidens impediatur
ut infra docebitur. et in quibusdam qui/
dem plantis calore exalante plurimum
humidum remanet terrestre viscosum
lucidum propter multam dyapthal/
ni naturam in ipso et est odoriferum
propter actionem caloris in ipso. eo/
quidem quod conuenienter digestum a/
romaticum quod autem corruptum
est fetidum est. et hoc humidum

quando calore aperiente paruz stil/
lac frigidityte aeris exsiccatur. ⁊ vo/
cat gummi. Aliquando etiam distil/
lat per vulnus factum ferro in plan/
ta. ⁊ tunc etiam gummi uocat. s; non
est tante uirtutis ut predictum. **Bar**
tes autem que actu sunt partes plā/
te diuidunt in duo genera. quedam
enim sunt sicut membra officialia in
animalibus. quedam autem sicut si/
mila. Modi enim ⁊ iuncture ⁊ vie p
modum uenarum extense ⁊ radices.
sunt sicut membra officialia ⁊ nutri/
menti officio deseruientia. Sed lig/
num in habentibus lignū. ⁊ raro her/
balis in non habentibus lignum est
sicut membrum simile in animalibus
Cortex autem sicut pellis in animali/
bus. Et ad hunc modum est de cere/
ris partibus plante. Sed nodus ille
qui uocatur maleolus est factus a na/
tura ut in ipso stet succus. ⁊ amplio/
rem accipiat digestionem. cuius sig/
num est. q; si in ramo siluestris arbo/
ris fiat incisio ultra mediū. ita q; me/
dulla sit abscesa ⁊ postea ligata con/
solidetur. temperabitur malicia fruc/
tum. ⁊ meliorabitur sapor eorum.
Causa autem est q; ibidem recortum
porum inueniens nutrimentum ascē/
dens per truncum stat ⁊ diutius di/
gestum in meliores digeritur ⁊ trans/
format fructus. huiusmodi autē no/
dos habent precipue i plantis ea q;
rare sunt substantie ⁊ habent magnas
medullas aut in toto sunt concava ⁊
cum hoc sunt ualde longa sicut est ui/
tis ⁊ uiticella. ⁊ cucurbita ⁊ arundo.
et genera frugum ut triticum ⁊ siligo
⁊ ordeum ⁊ auena ⁊ alia huiusmodi
Radices tamen planta habet ori si/
17

miles. quantum ad tractum nutrime/
ti. habent tamen quantum ad alium
modum similitudinem ⁊ effectū cor/
dis radices plantarum. quoniam nu/
trimento attracto primum infundit
calorem uiuificum. per quem ad mē/
bra moueri incipit. ⁊ hoc facit radix
in plantis. quoniam ex radice datur
eis calor ⁊ forma uite potentialis. p
quam ad omnes partes plante natu/
rali motu mouetur. Sunt plante vo/
races dicte ⁊ abstinentes propter ra/
dicum suarum dispositiones contra/
rias. **R**aras em ⁊ porosās ⁊ calidas
habentes radices. multum trahunt d
nutrimento plus autem q; conueri
possit ⁊ terminari a natura arboris
⁊ tunc arbor generabit fructus ver/
miculosos ⁊ putrescentes si non exsu/
det. vel aliter emittat superfluum hu/
midum. **I**n iuuentute autem planta/
rum hoc maxime accidit propter ca/
lidiatē iuuentutis earum. Aliquā/
do autem curantur. ex hoc q; perfo/
rantur iuxta radicem. **I**bi enim exit
supfluum humidum sicut per fleubo/
thomiam. **S**i autem plante calide et
rare radices sint in terra sicca in qua
pluit raro. ⁊ in qua cadit cum impe/
tu multa pluuia. sicut in terra clima/
tis secūdi ⁊ tercii ⁊ forte quarti pro
aliqua sui parte. trahit radix plante
multis vicibus interpolatis ex abun/
dantia pluue multum nutrimentuz
quod anteq; alia pluuia superueni/
at trahitur ad partes superiores. et
completa digestionē perficit. ⁊ ideo
tales i talibus locis sepius forte flo/
rent ⁊ fructus emittunt. ⁊ hec est cau/
sa quare in terra maurorum sepe flo/
rent arbores in vno anno. fit autem c2

et hoc in nostris climatibus licet non producat plantae nostrae nisi paucos flores. quando post estatem humidam sequitur autumnus ualde calidus et siccus. Sunt autem quaedam plantae humide aquatice molles. et ille quocumque modo infigantur terre. de facili radices emittunt et conualescunt. Hoc autem faciunt etiam quaedam dure propter similitudinem ligni radices et corporis plantae. sicut buxus cuius ramus in terram infixus de facili conualescit. In quibus autem hoc non fit causa est quod deficiunt lignum nutrimento. antequam ex se formare possit radices eo quod aut porosum non est. aut non habet calorem sufficienter trahentem et ideo arescit antequam ex se emittere possit radices. et ideo quaecumque calide sunt ramis infixis in terram conualescunt sicut buxus et sauiua et mulce alie. Et iterum quaecumque molles sunt tactu ab humore terre nutriuntur et implentur et conualescunt sicut salix et tilia. Quocumque autem neutram habent dispositionem harum frequenter arescunt. quando rami earum terre infiguntur. Vena autem in planta proprie loquendo non est. sed neque secundum multos manifestam similitudinem habent. sed uia nutrimenti dicuntur uene eius. quae aliquando sunt directe ascendentes et tunc crescit planta quasi per quasdam tunicas herbales uel ligneas. quarum una supponitur alteri. quae aliquando sunt tortuose. et tunc efficitur planta nodosa. aliquando autem diffunduntur reticulatum in plantam. Et per uias directas nutrimentum trahitur. et per transfusiles retinetur et reprimuntur in partes plantae ipsum nutrimentum.

cum. Veniunt etiam uiae istae aliquando a radice ascendentes. aliquando autem ex medulla ad exteriora plantae. sicut lineae plantae productae ab eodem centro. Talis igitur est dispositio venarum in planta. Sequitur autem plantarum videntur esse sicut nucha in animalibus. et per medullam in arboribus decurrit et pulsatur plus de spiritu plantae quam per aliquam altitudinem uiarum. et in ea est vigor spiritalis plantae. quia aliter partes distantes a radice non bene uiuificarentur ad formam speciei plantae. Et ideo plantae habent ortum et principium ramorum qui oriuntur a corporibus plantarum a medulla quasi a vicario radices. Et quando ligna scinduntur per ariditatem profundatur frequenter scissura continue usque ad medullam. et ultra non inuenitur profundari scissuram nisi raro. Plantae autem quae nutriuntur ex medulla per poros transfusiles. habent medullas maiores. Et quae nutriuntur per poros directae ascendentes habent medullas minores. Et quandoque non videntur medullas habere quando magne efficiuntur propter hoc quod lignee tunice artate per alias circumuestientes comprimuntur et quasi insensibilem faciunt viam medullarum. Et probabile est quod hec sit una causa corruptionis magnarum plantarum interius. suffocatio videlicet spiritus vitalis in medulla ictu si per hoc quod constringitur per circumstans induratum et constrictum lignum. Ipsa autem substantia medullae videtur esse sicut purgamentum quoddam colericum quod proicitur de auribus animalium et hoc fit propter

calorem spiritus et motum qui pul/
sat in medulla. Cuius signum est quod fe/
re omnes medulle plantarum perfe/
ctarum inueniuntur a principio inueni/
tutis plante eorum albe et humide. et
in processu etatis declinant ad citri/
nitatem et siccitatem. **E** sunt autem
plante quedam fere totam substanti/
am habentes medullosam. sicut sam/
bucus ebulus et huiusmodi. et omnes
ille nodos habent multos et nutritum/
tur ex medulla. et ideo est multa in eis
et in hoc genere est vitis. sed minus est
medullosa quam sambucus et ebulus.

Alias autem experimur plantas in co/
to concavas. sicut fistulas quasdam
et calamos. et hoc fit id quia ille mul/
to indigent spiritu fumoso libero qui
elevator in concavo plantarum illa/
rum ex nutrimento qui ascendit per di/
rectos poros laterum plante. sicut a/
rundo et calamorum genus et huiusmo/
di. hec igitur est dispositio medulla/
rum. **C**orticis in plantis sunt sicut co/
ria in animalibus. **E**t sicut in anima/
libus pars corii excorticata et absci/
sa non recrefcit sine magna animalis
cicatrice. sed scissa per longum et la/
tum pellis cito consolidatur. ita est in
corticibus plantarum propter quod
exsiccantur plante frequenter quando
in stipitibus in circuitu cortex ab eis
abradicatur usque ad carnem plante
ligneam uel herbalem. **N**on est autem
cortex ex contextione uenarum sicut co/
rium animalis sed substantia corticis
generatur ex terrestri platea expulso ad
superficiem ipsius. **E**st autem cortex
duorum modorum. interior scilicet et
exterior. **I**nterior mollior et exterior
durior et asperior.

De diuersitate materialium et simi/
plicium partium plante. et de causa
augmenti eius.

Sicut autem in animalibus
inter reticulationes uenarum
et neruorum sunt supplemen/
ta partium simplicium que
sunt carnes. uel ea que sunt loco carni/
um in non habentibus carnes. **T**ra/
sunt in plantis lignee partes uel her/
bales que simplices sunt et materia/
les. quibus auctis augetur planta. et
quibus desiccatis et diminutis plan/
ta uidetur exsiccari et diminui. et talia
dicuntur proprie partes simplices in
plantis et materiales. eo quod ille influ/
unt per nutrimentum et effluunt per
exsiccationem plantarum sicut mate/
rialia supplemeta in animalibus.
Hoc autem quadam communi et uisi/
tata anathomia cognoscatur in urti/
ca maiore et canapo et lino. et in mul/
tis aliis que uias venales habent me/
tum fortes et viscosas et directas. et
quando in aqua computruit in eis ca/
ro materialis. et postea exsiccatur et
comminuitur et confricatur et recedit.
et remanent uene illarum plantarum
ad modum lane longe candidae et mol/
les propter viscosum substantiale
quod est in eis. et fiunt ex eis panni.
et hic est modus quem habebant an/
tiqui philosophi in corporibus ho/
minum. et aliorum animalium. quos
ligabant contra ictum aque uehemen/
tis. et tunc abluta carne materiali et mol/
liori remanet reticulatum ex neruis et
uenis. et demonstrabitur modus di/
uisionis earum in corporibus anima/
lium. **S**icut autem est in urtica canapo c3

et lino. ita etiam sine dubio est in aliis plantis licet materiale non possit ita ab officialibus partibus separari in eis. Pars autem non simplex in planta dicitur esse que ex pluribus simplicibus sit composita sicut radix et ramus et huiusmodi. Planta dicitur a Platone esse figure hominis inuersa. Radices enim habet subtus ori sumiles sed dilatantur undique ut nutrimentum accipiant. et ideo dilatatur planta inferius. superius uero dilatatur propter ramorum infusionem qui multiplicantur ex duabus causis quarum una est materialis. scilicet nutrimenti abundantia. Altera autem efficiens. que est calor solis undique exterius tangens arborem et ebullire faciens succum et euocans ad exterius. et ideo erumpit in ramorum multitudinem in superioribus ubi magis costringitur et per digestionem amplius subtiliatur. Et huius signum est quod plantae que circumspecte sunt multis aliis plantis sicis arbores in nemoribus spissis et umbrosis crescunt in altum. et non multiplicantur in eis rami. nec multum ingrossantur earum stipites. et carentia quidem ramorum est ex eo quod per calorem solis non potest in eis euocari et ebullire succus ad superficiem sed potius frigus umbre concludit calorem interius. qui intus multiplicatus ex fuga contrarii eleuat totum nutrimentum in altum. et cum motus frigoris sit ad centrum quotiens motus caloris a centro expellit nutrimentum ad circumferentiam ut impinguet et dilate stipem. totiens reflectitur a frigore loci umbrosi in se nutrimentum.

tum. et impedit stipitis fieri ingrossationem

De generatione et natura foliorum floris et fructus.

Neo itaque quod folii in omnibus plantis materia est humor aquosus non bene digestus a terrestri sicco. non bene a fece terreitatis purgatus aliquantulum passus et commixtus. Finalis autem intentio foliorum est ad fructuum cooperimentum. eo quod natura purgatione indigeat a superficialitate humidi aquosi. et cum sit salga et ingeniosa. eodem purgamento uocatur ad fructuum defensionem. Materia autem tam foliorum quam fructuum est quoniam duo sunt vapores in genere tam in ventre plantae quam in aliis uaporantibus omnibus. vapor scilicet humidus et aquosus. et vapor siccus et ventosus. Vapor humidus est materia folii. vapor autem siccus uentosus est materia fructus propter quod etiam fructus secundum genus suum ventosi esse videntur et iudicantur. Licet autem folium per umbram temperatam restringat solis arsuram. tamen quia fructus multa indiget ui solis producit folium aliquantulum distans. ut non obstat digestionem que fit per solem. **Florum autem substantia generaliter est facta ex humido subtiliori quod calore primo ebullit. et propter abundantiam que est in ipso dilatatur ad modum folii. Ideo tamen quia humidum habet magis digestum. flos fere uniuersaliter**

est odoris boni. quod nullo modo
esset nisi humidum optime digestum
et subtile haberet. sicut et terrestre quod
in ipso est subtilissimum et ualde com-
mixtum cum humido. **C**um enim ex
vapore terrestri ventoso creatio fit
fructuum. est in ipso vapore subtili-
us aliquid et humidius et minoris ter-
restre itatis quod non de facili constat
et inspissatur calido digestiuo. et hoc
tamen fit magis vaporabile quam residu-
um eiusdem quod est in substantia plan-
te in loco gemme in quo erumpit fru-
ctus. primo calore statim erumpit et
format in florem propter quod ad-
heret flori ros qui mel producit et ce-
ram. et hoc inuenimus in interioribus
florum in profundo. quia tamen na-
tura format subtile humidum quod
passum est a subtili et bene commix-
to sicco. Fluit ex ipso subtile et bene de-
coctum quoddam humidum aqueum
per modum dulcis flegmatis in ani-
malibus. **C**onstat ergo quod florum sub-
stantia fit ex subtili aqueo commix-
to cum subtili terreo. quod subtilita-
te sua potius formabile est in figuram
florum quam in grossiorem fructuum. Et
ideo primo calore veris flores pro-
rumpunt propter subtilitatem substan-
tie sue materialis. et facilius leduntur a
frigore quam folia uel fructus propter
eandem causam. **E**t sunt multum re-
volentes propter subtile humidum
quod a sicco conuenienter passum est.
quod quasi spiritualiter ita resoluitur
in ipsorum substantia. **E**t humidum
foliorum magis grosse aque indige-
ste est. **E**t humidum fructuum in pri-
cipio sui magis est stipticum et terre-
stre. indigens multa digestionem. pp

ter quod ultimo completur post fo-
lia et flores. **A**mplius cum fructus ca-
dunt et germinant non trahunt aug-
mentum uel nutrimentum a carne illa
sed a terra. **C**uius signum est quod cum au-
feratur tota aqua circumposita melius
germinant semina quam quando eis re-
manet. **P**reterea nutrimentum fructu-
um putrescit facile eo quod natura non
excogitauit illud. nisi ut putrescat com-
pleto semine et cadens in loco seminis
fimet. et infundat lutum. in quo semi-
ne facilius conualescat. **C**uius signum
est opus rusticorum. cum enim uites
feraces uolunt facere fimant eas ex pa-
pinis et acinis que colligunt ex ipsa
eadem uinea cuius uites feraces esse
intendunt. hec etiam considerant in
operibus nature. **S**i enim caro fru-
ctus ad fecunditatem seminis non com-
fert cum natura nunquam deficiat neces-
sariis proculdubio separaret semina
per scissuram et aperturam a carne fru-
ctuum cadentium. et huius contrarium
uidemus in nature opere. oportet enim
quod fimatio terre que fit per putridam
carne fructus ad fecunditatem semi-
nis eiusdem operetur. **C**ontingit autem
frequentius deperire fructum quam flo-
rem ex aliqua trium causarum. Aliqua-
do enim magne sunt plantae et humi-
dum ponunt ad nutrimentum ex quo
formandus erat fructus. sed subtile
quod transit in florem non est ita in-
corporabile plantae. et tunc perit fru-
ctus et non flos. **A**liquando autem
non ita cito potest moueri grossum
et uinci sicut subtile humidum. et tunc
secundo tercio forte uel quarto anno
fructificant licet omni anno floreat
Aliquando autem non potest tantum c. x

attrahere propter duriciem suarum
radicum. et tunc forte non attrahunt
sufficiens nutrimentum fructibus ni/
si per duos annos uel tres. Et quan/
do congregatum fuerit in planta suf/
ficiens nutrimentum tunc fructificat
et non in aliis annis. In oleis igitur
pinguibus tale est indicium sicut di/
ximus. sed olea sepe priuantur fruc/
tu. eo quod ad fructum eius multus hu/
mor pinguis exigit. et multus calor
digerens. et ideo ex dictis causis fre/
quenter impeditur.

De vnitione et diuisione plantarum

Et autem unus modus v/
nitionis qui fit per insiti/
onem in qua planta vni/
tur plante sicut radici. et si/
cut ramus stipiti. et continuatur cum
ipsa ita quod per omnia efficiuntur eius/
dem ligni et eiusdem nutrimenti. cum
tamen non sint eiusdem speciei aut for/
te eiusdem generis quando fit insitio
Et planta que inserit in truncum tra/
hit nutrimentum ab ea cui inserta est
quod inferius cui fit insitio natura sua
nihil producit nisi radices. Superi/
us autem neque ramos emittit neque sur/
culos nisi raro. digeritur tamen succus
ad naturam et modum insite et non e/
ius cui inseritur. Et ex hoc scimus in
arbore duas esse digestiones. licet ad/
inaiem sint satis similes. Quarum v/
na est in radice. et altera in stipite et i/
ramis. quare probabile est esse melio/
rem insitionem inferiorem quam superio/
rem. Et quantomagis fiat inferius ta/
tomagis fructum et saporem eius i/
mutari et domesticari. quanto uero fi

at altius tanto minus. quia maior est
immutationis uirtus in toto quam in p/
te. et maior in maiori arboris parte quam
in minori. Et quod huius mirabilis
est caro fructus est secundum naturam
et uirtutem digestionis stipitis. et sa/
por nuclei et vigor est secundum na/
turam radices. Cuius causa est quod pul/
pa carnis fructum est de proximo
fluens. substantia autem nuclei non
potest de proximo fluere. sed de ea
parte que est loco cordis plante. ex
cuius uirtute tota arbor informatur
et hec est radix. Similiter autem est in
seminibus animalium que ex maxima
parte absconduntur de cerebris ani/
malium et attrahuntur. ut distillantia
per totum corpus uirtutem corporis
totius accipiant. sic enim et nuclei tra/
huntur a primo membro arboris ut
accipiant uirtutem totius et maxime
radicis que est uirtutem tribuens to/
ti corpori plantarum. Dubitatur au/
tem quare in animalibus diuisa non
conualescunt. diuisorum autem uerum
quod in plantis conualescit. Solutio quod
videlicet planta propter similitudi/
nem suarum partium undique sicut p/
os quoddam sugit nutrimentum. et i/
se quasi in ventre et uenis digerit. et
ideo conualescere potest. Sed in ani/
malibus quibus habeant in multis si/
milis corpora et ideo diuisa in utra/
que parte sensum et motum. tamen que/
dam organa diuisa a reliquo corpo/
re habent formam sicut os. et ideo quod/
cunque partes illis destituuntur conua/
lescere non possunt. eo quod nutrimentum
non possunt sugere. nec ad congrui/
tatem sui corporis digerere sine illis.
In diuisione autem ista magis lacerat

rata conualescunt. nisi sunt ualde rare substantie sicut uitis et salix. **H**oc autem ideo fit quia cum laceratur ad inferius ramusculus retinet meatus apertos. et vias integras uersus nutrimentum. et ideo statim ut uie ille ad nutrimentum attingunt sugere incipiunt et conualescit planta. **C**um autem inciditur uel secatur tunc pori diriguntur ad nutrimentum ut unum punctum et non per longitudinem aliam nutrimento infiguntur. et in ipsa sectione totum corpus plante concutitur. et ipsi pori artantur per collisionem et compressionem impetus secantis. et ideo frequenter arescunt incisi preter uitem et salicem que sunt rare substantie. sed tamen conualescit magis ex conuerso aliquantulum longo uulnere abscissus ramus quam directe abscissus et circulariter. **E**t hoc contingit ut dixi quia poros plures tunc apertos habebit uersus nutrimentum quam ex transuerso secatur quam quando directo. **C**uius signum est quod quando diuiduntur radices antiquarum arborum secundum longitudinem melius fructificant eo quod per totam longitudinis diuisionem per poros fit attractus nutrimenti. **S**i autem ex directo secetur in profundum nihil omnino confert. et forte nocebit tantum quod arescant arbores ille. **A**dhuc et huius alia ratio est. quia longitudo diuisa non impedit cursum nutrimenti sed latitudo diuisa cursum nutrimenti et viam intercipit. **E**t ideo scissura in arboribus per longitudinem facit nihil omnino in figura et sapore uariat fructus quando fuerit sanata. **S**i autem diuidantur ultra medullam

que in medio est ramusculorum et con-solidentur. statim variabuntur fructus et sapor eorum propter diuisionem. quod contingit propter impedimentum nutrimenti quod fit in nodo sitate que nascitur secundum latitudinem diuisa planta. **E**t ideo diuisio secundum latitudinem est quidam modus infisionis et non diuisio in longum sicut ostendemus in sequentibus. **P**reterea plantis per abscissionem et restitutionem partium redit continue iuuentur. **C**ontingit autem aliquam partem amittere radicem et pullulabit ex stipite alia radix. et nutriet ramos et pullulabit ex radicibus stipites et rami. **E**t similiter contingit amittere et recuperare ramos aut omnes aut aliquos

De transmutatione et mutatione uetus plante in aliam.

Huius modus transmutationis est. quod raro potest pre-scidi silua quercina uel fagina completorum lignorum et magnorum quod recreascant in eadem specie. nam rescisis arboribus predictis recreascunt arbores que tremule dicuntur. et arbores que vocantur mulrice in partibus almanie que sunt maioris ignobilitatis quam prime fuerunt. **C**ausa autem huius est quod radices uetustarum arborum solide et dure sunt et clausorum pororum nec valent ultra pullulare postquam stipites arborum stantium supra eas prescissi fuerint. **P**utrescunt igitur et calor exalans ex ipsis et secum trabes huiusmodi efficit formatus place alterius speciei et quod deficiunt

est a uigore arboris anterioris pul-
lulabit in arborem ignobilem. ⁊ ali-
quando non pullulabit omnino. ali-
quando non generatur inde nisi fun-
gus uel gramen uel aliqua alia her-
ba. **E**st ⁊ alius modus ualde mulci-
plex sicut certissime probare poterit
qui experitur in talibus. fere em̄ quo-
tienscunq; vna ⁊ eadem arbor fructi-
fera in stipite absconditur ⁊ relinqui-
tur inferior pars in terra. sicut fit i in-
sitione. ⁊ ipsius eiusdem arboris fra-
grum in eodem trunco inseritur. fiunt
inde plante quarum fructus nec i fi-
gura nec in sapore cum precedentib⁹
conueniunt. **C**um autem inserunt fra-
gra prunorum ⁊ cinorum uel aliorū
fructuum ossa habentium in truncu⁹
salicis efficiuntur fructus sine ossib⁹
Similiter autem si inseritur uitis i ce-
rasum uel pirum uel malum inueniū-
tur uue mature. quando cerasa sunt
matura uel pira uel mala. ⁊ tales mu-
tationes ualde mirabiles ostendunt
se his qui diuersas faciunt insitio-
nes. **E**tem expertum est qd cum in-
seruntur fragra persici in pruni uel ci-
ni truncum siue stipitem. qd mutantur
ambarum arborum nature. ⁊ fiunt es-
cula maiora ⁊ meliora q̄ sint alia es-
cula. ⁊ uidetur hoc fieri sicut in ani-
malibus ex permixtione vicinorū se-
minum in complexione. sicut asini et
eque ex quibus generantur muli vel
burdones. non enim longe est persi-
cus a pruno uel cino. ⁊ ideo cuz utra-
q; arbor rare substantie sit. utraq; uir-
tutem suam communicat alteri. **E**t sic
ex permixtis uirtutibus in loco insi-
tionis fit succus permixtarum uirtu-
tum. ⁊ ideo tunc illud quod super lo-

cum insitionis extollitur permutatur
in speciem aliam plantarum que ē es-
culus arbor quia per figuram folio-
rum agnoscit qd illa aliquo vicina-
tis habet ad cinum ⁊ prunum. ⁊ ossa
que sunt in esculis etiam hanc indi-
cant vicinitatem. **E**t predicta scribit
frater **A**lbertus. **E**st autem preter di-
ctas mutationes illa qua de siluestri
fit domestica ⁊ d̄ domestica siluestris
cuius modum ⁊ causam oportet cog-
noscere. **E**st enim de expertis qd om-
nis planta domestica subtracto cul-
tu siluescit. ⁊ omnis siluestris dome-
sticatur quando cultus adhibetur.
Siluestres autem habent plures fru-
ctus q̄ domestice sed habent eos mi-
nores ⁊ acriores. s; domestice habēt
pauciores sed dulciores ⁊ minus al-
cres uel maiores fructus q̄ siluestres
Modus autem quo domestica fit sil-
uestris est per subtractionem cultus
⁊ loci indurationem ⁊ arefactionem
⁊ precipue si ad sabulositatem ⁊ are-
nositatem conuertatur. tunc enim
durities non permittit ad plantas
distillare uel euaporare nutrimentu⁹
sufficiens. **A**refactio autem priuabit
nutrimentum. ⁊ sabulositas siue are-
nositas vndiq; facit euaporare ⁊ nō
constabit vapor circa radices plāta-
rum. ⁊ tunc macre ⁊ spinose ⁊ pluri-
morum fructuum efficiuntur. **M**ulti-
tudo autem fructus earum ex siccita-
te prouenit. quia siccitas est causa di-
uisionis in multa ⁊ parua. vndiq; el-
nim intercipitur nutrimentale humi-
dum sicco. ⁊ ideo in multa parua di-
uiditur. **E**fficiuntur autem fructus
acerbi vel amari. propter hoc qd tal-
le nutrimentum non obedit di-

gestionem complete sicut facit humidum domesticationis. **M**odus autem quo siluestres conuertuntur in domesticas valde est multiplex. et uersatur circa tria in genere. hoc est circa naturam fundi. et circa naturam plantarum. et circa umbras et soles ipsarum. quoniam oportet fundum ipsum conuertere et impinguare et solidum et continuum facere et tamen non densare. ita quod superius stillantes bonitates recipere non possit. et inferius ex terra uaporantes circa radices plantarum continere. **E**t oportet congerere eum ex tali terra. que cum stillicidiis in se fluentibus infundatur et cum euaporatione moueatur aperte et congrue comtemperetur ad complexionem plantarum. **C**irca plantas autem est consideratio putando eas per abscissionem spinosorum et superfluum. et per inscisionem. et aliquando per unguenta et emollientia eius. et per diuisionem corticis eius ut ingrossari possit planta. **E**t quando fit inscizio si debeat siluestris domesticari. oportet quod aut frugum eiusdem inferat stipiti suo. aut frugum alterius que etiam est siluestris. aut in fragra eiusdem in stipite suo manentia ultra medullam ex transuerso incidantur et religantur. quia talis nodus inscissione generatus ex soliditate sua magis retinet calorem naturalem. sicut lapis calefactus maiorem et magis diuturnum habet calorem quam lignum. **H**umor enim diutius stat in tali nodo. tum propter tortuositatem etiam propter soliditatem ipsam et ideo ibi melius digeritur. et fructus tunc sunt dulciores et conuenientiores. et iste est precipuus modus dome-

sticationis. **C**onsiderationem autem diligentissimam oportet habere in umbris et solibus talium locorum. quoniam quedam non bene conualescunt nisi in umbra ut cucurbita. et quedam non nisi in sole calido uehementer. sicut uicia. et ita est in aliis multis. et ideo ista sunt multum attendenda. quod autem maiores et pauciores sunt fructus domesticarum quam siluestrium plantarum causa est humiditatis abundantia nutrimenti quod non est tot diuisionum eo quod non tantum habet de siccis et acutis partibus sicut nutrimentum siluestrium. **E**t ideo cum sit abundans non facile diuisibile in pauciora diuiditur sed in ea in que diuiditur abundantius fluit. et ideo magis crescunt et ingrossantur earum fructus

De alterationis diuersitate que fit in plantis.

Secundum autem generationis diuersitatem notanda etiam occurrit alterationis diuersitas in plantis eo quod frequenter causat generationis diuersitatem. **E**t de hoc traditum est ab antiquis quod arbor loci frigidi tate et antiquitate nimis induratur. et compactum habet corticem qui concludit poros radices per quos nutrimentum trahere debet. **E**t si scindatur radix eius precipue in ramis maioribus ipsius radices. et scissure illi lapis immittatur ne iterato claudatur et consolidetur. incipit trahere nutrimentum per poros partium scissuræ. et iterato vegetari et fructificare. et de sterili arbore fit aliquando

fertilis. **A**mplius quedam arbores dicuntur masculine. et quedam femine. et discernuntur in hoc quod prius pullulat mascula propter calidum fortius mouens. et quod folia strictiora et minora sunt propter siccitatem masculi et hec habent in plantis pluribus locum. sed maxime in palmis in quibus ramus uel puluis masculi positus super ramos femine confert ad generationem et maturationem femine fructum. **I**dem est si plantetur masculus iuxta feminam. ut odor masculi beneficio uenti deferatur ad feminam. **S**imiliter si arbores malorum puni. corum plantentur iuxta oliuas. ut uapor balaustrum ad oliuas feratur et ferunt. **E**t per oppositum quedam plantarum connotate aliis impediunt generationem et fructificationem earum sicut corillus uitez impedit. et nux impedit fere omnes alias plantas propter pernecabilem amaritudinem quam habet. **E**x alteratione etiam aliquando contingit quod tantum aliquando ex frigidoitate uel alia causa alteratur planta. quod mutatur omnino in aliam speciem. aut secundum totum aut secundum partem. et hoc modo dicitur calamum mutari in mentam aliquando. **S**imiliter autem triticum in siliginem mutatur aliquando. et econuerso siligo in triticum (ut ait **A**lbertus) **C**ausa autem maxime alterationum istarum est per cultum. nutrimentum et locum. **A**mgdala enim et malagranata et quedam alie plante a sua malicia mutantur per culturam malagranata etiam stercore porcino fumata et dulci aqua frigida irrigata meliorantur. **A**migo ale autem precipue quando hu-

midum superabundat si clauus infigatur. uel etiam perforentur in aliquot locis ut distillet superfluum humidum cum gummi quod multum ipse emit tunc post confixionem et perforationem emendationem recipiunt. **S**ic etiam plante que uermiculosos faciunt fructus curantur. sed rustici non faciunt nisi unum foramen per quod distillat superabundans humidum quod cum emittitur aliud melius digeritur a calore complexionali. hoc etiam artificio plante siluestres in ortenses conuertunt. educit enim ex ipsis humidum in cultum. et per cultum alterantur corpora earum sicut per medicinam. et tunc ad aliam complexionem conuertuntur. sicut medicus ducit humorem malum et postea prebet nutrimentum bonum et alterantibus studiis ad generationem sanguinis homini. **L**ocus tamen et labor industrius multum conferunt maxime ad tales attractiones in cultum et precipue tempore anni in quo fiunt huiusmodi plantationes et alterationes. quedam enim plantarum non emendantur nisi transplantentur **T**empus autem in quo plantentur precipue cum tota adhuc uirtus est in planta. tunc enim transplantata conualescit. quia iam in se attraxit humorem et calorem. ex quibus pullulat et adhuc frigore iuuat. ne humidum et calidum eius euanescat per euaporationem. **P**lante autem plantantur in hyeme. quia melius conualuit que iam facta est plantatio in hyeme quam ea que facta est in uere. **I**n hyeme enim calidum naturale clausum est in seminibus plante. et calidum quod est in uisceribus terre

conclusus facit enaporare subtile hu-
midum ad radicem que in locum ca-
lidum terre infigitur. ex hoc planta
cōualefcit. nam uiscera terre magis ca-
lida sunt in hyeme q̄ in aliquo alio
tempore anni. Cum autē uiscera plā-
te sic humido uaporate implentur et
impinguantur sole appropinquante
emittunt et conualefcunt. Et hec ē cā-
p̄ plantatio que fit profunde in uis-
cere terre optime conualefcit in hye-
me. In autumno autē paucissime plā-
tantur. quia tunc humor euauit et ca-
lor. et terra redacta est in cinerem fri-
gidum per calorem estatis. et sic nec ex
parte terre nec ex parte plante cōua-
lescere potest. In estate autem genera-
liter mala est plantatio propter cali-
dum et siccum. quod euanescere facit
vigores plantarum. precipue tamen
in cancro et leone postq̄ oritur stella q̄
dicitur canicula. quia tunc tempus ca-
lidissimum est. Et sunt corpora plā-
tarum eo arida. et virtutes earum de-
biles. et terra priuata humido nutri-
mentali. In paucis tamen locis que
tanto feruore temperantur fit plāta-
tio in tempore dicto. sicut est locus
qui vocatur codonia frigidus ualde et
humidus aut ex motibus. aut quia
multum est iuxta polum aquilonarē

**De diuersitate plantarum sump-
ta iuxta diuersam fructuum produ-
ctionem.**

Quedam arbores uno an-
no fructificant et in alio re-
ficiunt. et tales sunt multe
precipue magne arbores
sicut oliue piri ficulnee et huiusmodi

que licet ramos producant quibz co-
operiunt et dilatant. tamen in ramis
illis non est abundas fructus nisi al-
ternis annis. eo q̄ multitudo ramoꝝ
trahit succum ad suum nutrimentum
et non permittit pullulare fructus ni-
si in alterno anno. cum redundat hu-
mor in arborem. sicut etiaꝝ magna a-
nimalia minus ponunt in semine q̄
parua. Amplius quedam in iuuentu-
te steriliores sunt q̄ in prouecta eta-
te. quod ideo contingit. q̄ succus to-
tus transit in incrementum eoruꝝ. Cū
autem steterit incrementum tunc me-
lius fructificant sicut uitis que uetu-
la est meliores et uberiores producit
uvasq̄ inuenis. dummodo ad extre-
mam et decrepitam senectutem nō p-
uenerit. Illa enim in omnibus fit ste-
rilis propter frigidum et siccum q̄ a-
bundat in ea. Quedam autem econ-
trario melius fructificant in iuuentu-
te q̄ in senectute. sicut amigдали piri
harum autem plantarum natura p-
fecte est calida et humida in iuuentu-
te. ex quibus qualitatibus post iuue-
tutem mutatur in frigidum et siccum.
et ideo primum tunc steriles efficiunt
deinde in totum aride et hoc plz pa-
riunt amigдали q̄ piri

De his quibz indiget omnis plāta

Omnis planta tota in om-
nibus partibus quatuor
indiget precipue. sicut et ani-
mal seminali scilicet humi-
do terminato. loco cōuenienti. et aq̄ si-
ue humore t̄pato nutriente. et aere sibi
consimili et proportionali. Cum hec
quatuor perfecta et conuenientia fu-
erint. optime nascetur planta. et

crescit. Si autem hec aut aliquid eorum discesserit ab ea debilitat generationem et incrementum plante. proportionem et incrementum plante. proportionaliter discessionem eorum.

De hiis que faciunt ad plante generationem et augmentum.

Ierbe autem et quicquid vegetatur et crescit radicibus infixus terre indiget uno vel pluribus de quinque rebus. Hec autem sunt semen. putredo humor. aqua. plantatio que est plantam nasci super plantam aliam. Horum autem quinque primum quidem in se virtutem habet formativam plantae. et est in ipso materia et efficiens simul. Secundum autem virtutem formativam accipit a virtute stellarum. humor autem qui est mixtus ex elementis cibis est et materia tam generationis quam generata iam plante. hunc enim planta prima digestionem depuratum trahit de terra. Aqua autem sicut in omnibus nutrimentis non deseruit nisi in hoc quod ipsa est alimenti vehiculum. nec fluxum haberet ad partes cibis nisi per motum aque. Interminabilis enim existens in seipsa. bene terminabilem facit cibum ad membra et ad partes illas que nutriuntur. Plantatio autem super plantam aliam est que fit per insitionem. et conualescit propterea quod planta interior habens humorem putridum virtute solis exalat illum. et sic in planta alia infixam plantam in figura differens ab ipsa. Sunt igitur tria istorum generationi plante deferuentia. Duo autem conferunt ad nutrimentum. Ad generationem enim conferunt semen. et pu-

trede. et plantatio in planta alia. quod enim generationi confert oportet quod habeat in se formans aliquid. et ad speciem plante deducens. Hoc autem formativum a virtute inferiori sicut semen a virtute universalis superiori sicut putredo. et hec quidem duo simpliciter conferunt ad generationem.

Tercium autem quod est plantatio plante in planta confert similiter ad generationem et transmutationem ipsius in figura. Similiter autem que conferunt ad cibum plante diversitatem habent duplicem. quoniam humor est cibi substantia. Aqua autem confert proprium cibo motum ad partes nutritas. Sunt autem quedam ad hoc que videntur conferre plantarum generationi et incremento. de quibus est supra facta est mentio. sicut locus conveniens. et aer conaturalis. sed hec non faciunt aliquid ad esse plante. sed ad bene esse. et non conferunt nisi ratione seminis aut putredinis aut humoris. que sunt temperata ex loco et aere plante conaturalibus et convenientibus. Idem autem aeris quod venit in plantam constitutionem inuiscatur humori seminis et putredinis et cibi plante. sicut fit etiam in animalibus. Amplius plante vegetantur in calido tempore in umbra noctis et liquefunt ad solis feruorem. eo quod calore et humore per evaporationem destituuntur. In hyeme etiam quando constringuntur plante exterius. inveniuntur incus succose valde magis quam in estate. Accidens autem quod multum variat et iuvatur naturam plantarum est cultus hominis et hoc ideo quia plante in genere animatorum

iuxta elementa sunt. et elementorum vi-
res et materie multum habentes. et ideo
quod mutat qualitatem terre et humo-
ris in qua sita est planta multum mu-
tat naturam plante.

**De putredine siue letamine et ster-
coratione et cibo plantarum.**

Iacet natura sola sit prin-
cipium rerum naturalium
tamen in omnibus hiis quo-
rum substantie sunt trans-
mutabiles multum iuuat arte et cul-
tu ut in melius uel in peius transmu-
tetur. hac igitur consideratione loque-
mur de agris et eorum cultu et ortis et
pomariis et ceteris per que fit cultus
plantarum et remouentur a siluestri-
tate per domesticationem. Sunt au-
tem maxime quatuor que circa hoc co-
sideranda sunt. cibum uidelicet et ara-
tio siue fossio. seminatio. et inscio. cir-
ca hec student omnes agriculatores p-
cipue. Cibus autem non est aliquod
simplex elementum. oportet igitur ci-
bum plantarum commixtum esse. si e-
nim simplici planta nutriretur ex alio nu-
triret. et ex alio constaret quod omni-
no irrationabile est. Adhuc autem ci-
bus non est aliquis qui ad membra
plante per se deduci possit. propter quod
indiget planta rigato cibo ut hoc o-
ferat ei rigatione quod animalibus
confertur per potum qui uehiculum
est cibi decurrentis ad membra. Cibus
autem proprius plantarum est ali-
quid commixtum humidum. Res au-
tem commixta humida integritate et
salute consistens non est in via muta-
tionis ad aliud. sed saluatur in seip-
sa. propter quod nihil nutritur a nu-
trimeto in sua specie et suo esse salua-

to sed potius ab eo quod iam ante
corruptum est et destitit ab esse pro-
prio. aut est in uia ad illud. propter
quod animalibus creatus est uenter
in quo cibus corrumpat et extrahat
ab eo illud quod nutrit animal humi-
dum nutrimentale. Ipsa enim extra-
ctio humiditatis ipsius quod attrahitur
in cibum corruptio est eius quod nu-
trit. quod in ventrem ingestum est p-
manducationem. Omnis enim corru-
ptio que est secundum naturam. sic fit
quod extrahitur humidum et rema-
net siccum decidens in cineres. sicut ci-
to incineratur omne sterminus animali-
um. Cum igitur non ventrem habeat
plante sed terra pro ventre utant. o-
portet in terra circa plantas esse pu-
trefcentem cibum plante. et tunc attra-
hi a radicibus eius humidum et illo
cibari. hoc autem probant opera ru-
sticorum qui stercore quod letamen
vocant prope omnium plantarum fi-
mant genera. quod non ad radicem
distillat nisi irrigatione plume aut a
que desuper fusa. Hoc autem letamen
in genere duos habet humores. unum
quidem superenatantem et aerium. q-
non facile est incorporabilis plante
sed potius attrahitur et incidit a so-
le. Alterum autem habet adunatum
et immixtum subtili sicco quod est in
ipso. et hic est uere cibus plantarum.
Plantarum generaliter corpus sicc-
us et durius est quam corpus animalium
et tali indiget cibo qui terrestritate
indurabilis et siccabilis sit. Ulterius
enim cibus nutriendus similis est nutri-
to. Iudicatur autem et hoc acciden-
te plantarum que nimis pingui et hu-
mido nutriuntur letamine. con-

trahunt enim fructus earum saporem
ex letamine. **E**t substantie earum hac
de causa contrahunt nascencias et pu
tredines. **E**x letamine autem quod co
adunatum cum suo terrestri habet hu
miditatem et bonam permixtionem
conualescunt et roborantur. et fructus
proferunt congruos et utiles. **A**dhuc
autem si nimis humidus et pingue sit
letamen. aquosam plantam attrahit hu
miditatem plurimam et luxuriabit in
foliis et mollibus ramusculis infecun
dis. et non sufficientem profert fruc
tum. et ille quem profert erit aquosus
et inconueniens. hoc ostendunt omnes
siluestres plantae. quae nutrimentum ha
bent siccum et terrestre. **F**ructus enim
omnium illarum calidiores et sicciores
sunt et fortioris odoris quam ortensum
quae cibantur letamine aqueo. **A**dhuc
autem in prehabitis dictum est fruc
tus causari ex humido vinctuoso.
hoc autem non est nisi quod terrestra
ti fortissime commixtum est. hoc igitur
est maxime quod cibatur et mutat sapo
res et modos fructuum. propter quod
stercus auium et non aquaticarum et
precipue columbarum precipit. **P**a
ladius permisceri cum letamine. stercus
hoc feruens est valde et suo calore in
letamine superfluum consumit humi
ditatem. et tunc magis conuenit plan
tarum cibo. **D**einde etiam asinum et
equinum uel ouium et caprarum ster
cus a rusticis assumitur. hec enim a
nimalia siccas habent egestionem. et
per inductas rationes magis congru
unt letamini plantarum. hac de cau
sa precipitur cauere a stercore porci
no quod tam ex specie quam ex acciden
te quia siccum non est plantis affert.

magnum nocumentum. **S**ic igitur in
communi disposito letamine oportet
quod ipsum letamen sit in uia corrup
tionis potius quam sit iam incineratum
et ad terrestritatem cineream deduc
tum. et calore naturali destitutum. nam
optime congruit quod iam per putre
factionem resudat ad superficiem su
um naturale humidum. **C**um enim
hoc humidum nutriat quam diu ad hoc
radices plantarum resudat tam diu
debitum plantis prebet nutrimentum.
Quapropter neque recens letamen om
nino queritur. neque quod iam vetu
state incineratum existit. sed quod est
annuum uel tres partes anni habens
optimum esse pronunciat a cultori
bus plantarum. **R**ecens enim adhuc
in se claudit humorem. vetustum au
tem in toto amisit in administrando
humorem suum in nutrimentum. **P**ro
pter quod etiam peritiores medicorum
consumptorum habitacula precipi
unt sub tali letamine fieri. **F**omentum
enim huius letaminis a fumigatione
sua aliquando carnibus eorum per po
ros prebet humectationis. hoc etiam
ostendunt industrie alchimorum. qui
optimas quasque maturaciones in cli
bano letaminis precipiunt fieri. vo
cantes clibanum letaminis calorem.
qui cum tali ex quo dictum est humi
do expirat ad finem superficiem. **N**on
huc autem sicco letamine posito et non
bene corrupto. videmus arefcere mul
tas plantarum. nisi multo probi
beantur humido aqueo per concil
uationem irrigationis. quia sicco ca
lor qui ex tali fimo generatur circa ra
dices. incendit vitales radices plan
te et exsiccatur. et in ariditatem conuertit

totam plantam. propter quod ex omnibus hiis colligitur letamen quod mutat plantę habitudinem esse debere in dispositionibus inductis. Sic igitur administratum letamen mutat plantę naturam plus quam cibus mutet animal quod cibatur ex illo. Animal enim magis diuersum est et longius a se alterat cibum quam planta. Et ideo cum letamen hoc sit cibus plantę et vicini or plantę et similior sit cibus quam animal citius mutabitur ex cibo quam aliquod animalium. Adhuc autem iam sepius habitum est quod planta terram habet pro uentre. et in terra primarius cibus plantę recipit assimilationem propter quod trahit ad se plantarum mutationem. Virutes enim terre precipue sunt uirtutes plantarum. et secundum terre mutationem erit et plantarum mutatio. nec est aliquis modus ita conueniens ad mutandum plantę naturam. sicut per letamen et letaminis contemperationem. Jam enim ostendimus quod in planta non sunt tot numero digestiones sicut in animali. Scimus autem quod similitum in corpore facilius est mutatio quam etherogenionum. et ideo uidemus quasdam plantarum ex cibo non solum mutari ad alterum modum saporis fructuum suorum. sed etiam frequenter transeunt in alias species ex continuitate cibi et letaminis. sicut superius de tritico ac siligine dictum est. Hoc autem ostendit artis industria. quoniam si quis in arbore perforatis ramis qui sunt iuxta ramusculos a quibus dependent fructus impletat pulueribus optime contritis foliis ramia. ita quod pulueres ipsi sint ex speciebus multum aromaticis et obstrua-

tur ab utraque parte optime cum cera forti et spissa fructus erunt in sapore aromatici saporem pulueris obtinentes. qui tamen ad fructuum substantiam non perueniunt nisi per euaporationem. Debet igitur quod multum maius letamen cuius humor ingreditur per substantiam corpus plantę et fructuum mutet naturalem habitudinem ipsius. Debet autem diligenter considerare cauendo ne letamen digestum super terram fumet ad flores et fructus. aut etiam ad gemmas plantarum. Fumus enim ille siccus et incensus est et fetidus et per poros ad interiora plantarum ingreditur. et plus erumpit quam malus cibus. sicut et animalium corpora corrumpunt huiusmodi fumi et odores. Hoc autem iam experti sumus in uicibus sub quibus sarmenta et paleę et ouorum teste fumabant ad gemmas flores et fructus. et multe ex hiis perierunt omnino. quarundam autem gemme inuiles factę sunt et quarundam flores. Si que autem aliquid uuarum protulerunt. omnino postea aruit et exsiccatum est. Talis enim fumus maxime nocet hiis que rare substantie sunt plantis sicut uitis. sic etiam plus nocet uiris quam feminis propter raritatem corporis uirilis. Fumus enim hic indigestus et non alteratus pertingit intra corpus. et ideo corrumpit naturas tam plantarum quam animalium. propter quod id quod ex herbis et locis plantarum eradicatum est longius prolixi ab ipsis debet. ne corruptionis fetore plantis afferat nocumentum. Debet etiam nos non latere ex eadem causa paludes ab agricultoribus fieri debere. o

sicca enim palea sarmenta ⁊ stercora non apte maturantur sed potius cor-
rumpuntur ⁊ corrumpunt per fumū
suum quem emittunt. humefacta au-
tem laxius resolvunt in superficiebus
⁊ efficiuntur molliora per quorum spō-
giositatem exsudet ad superficiez na-
turale humidum ⁊ maturetur in plā-
tarum conveniens nutrimentum. hu-
ius autem indicium est quod plantę etiā
sicut animalia attrahunt humidum ⁊
cibi sui vehiculum. Et cum non potēt
sicut animalia paludalis potus earum
permiscetur letamini. qui facit ipsum
in plantis vndique fluere ⁊ ipsarum
partes infundendo nutrire ⁊ mutare.
Nec obstat quod videmus quosdam ru-
sticorum preparare loca cultuum su-
orum per incensos cespites ⁊ ligna/
⁊ tunc terra melius fructificat in plā-
tis. hoc enim non fit propter plātas
sed ad temperandam duplicem terre
maliciam. friget enim terra ⁊ ex frigi-
ditate sterilis ē. hoc modo aliquot
caloris accipit quo semina in ea iac-
tata melius conualescant. Similiter
autem ⁊ humida nimis ex hoc fecun-
da incensione ⁊ unmixto cinere in cuius
poris aqua non tenetur contra/
hie siccitatem temperatam per quam
magis habilis efficitur ad fructificā-
dum. Ex omnibus igitur predictis cō-
stat letamen esse vnum eorum que p-
cipue plantam mutant a siluestreita-
te in domesticationem. Siluestreitas
enim plantę nihil aliud est nisi negle-
ctus cultus eius ⁊ sapor fructus eius
qui usibus humanis non competit.
Et domestica dicitur quando p cul-
tum eius sapor ad delectationem et
utilitatem hominum redigit. Hoc au-

tem fieri per letamen probant ea que
in animalibus videmus accidere. que
cumque enim animalium sunt domesti-
ca plurimum sunt carnum propter nu-
trimenti abundantiam. ⁊ multarum
sunt qualitarum. ⁊ diversorum colo-
rum propter nutrimenti diversitatez
⁊ sapor carnum eorum est alius quam sil-
vestrium. **P**roportet igitur proportio-
naliter hoc etiam in plantis accidere
ex nutrimenti administratione ut ait
frater **Albertus**. **P**aladius autem re-
fert quod stercoreum congestio locum su-
um tenere debet. qui abundet hu-
more. ⁊ propter oloris horrenda a p-
tori conuertatur aspectu. **H**umor a-
bundans hoc prestabit stercore. ut si
qua insunt spinarum semina putrefi-
ant. **S**tercus asinarum primum est p-
cipue ortis. deinde ovium ⁊ caprarum
⁊ iumentorum. porcinum vero pesti-
muz. **C**ineres optimi. sed columbinum
feruidissimum. ceterarumque animum sa-
tis utile excepto palustrium. **C**assius
vero scribit ut refert **Varro**. colum-
binum esse precipuum. post ipsum ster-
cus hominis. tercio caprinum ovium
⁊ asinum. **E**quinum non bonum ni-
si pratis. stercus quod anno requie-
uit satis est utile. nec herbas creat. si
vetustius est minus proderit. **P**ratibus
vero recentia stercora proderunt ad
vbertatem herbarum ⁊ maris purga-
menta si aquis dulcibus eluantur mix-
ta reliquis vicez stercoreis exhibebunt.
Varro scribit quod prope villam duo
debent esse sterquilina. vel vnum bi-
fariam diuisum. ⁊ quod in vno no-
uium est debet dimitti donec mature-
cat. alteruz vetus in agrum tolli. nec
non illud sterquilinum melius cuius

latera ⁊ summum uirgis ac frondib⁹
est a sole defensum. non enim succum
quem querit terra solem exurgere o/
portet. Itaq; periti procurant qd aq
in eum fluat qua maxime retinet suc
cus. Stercorandi sunt agri spiss⁹ in
colle. in campo rarius cum luna mi/
nuitur. que res herbis si seruetur offi
ciet ut ait **Valadius** Vni iugero as/
serit **Columella** uiginti quatuor sterco
rum carpenta sufficere. In plano ve/
ro decem ⁊ octo. rustici autem nostri
dupl⁹ ponunt ⁊ ultra. Sed tusti nō
tantum. Item cumuli tot dissipandi
sunt quot ea die poterunt exarari. ne
stercora exsiccata nil prosint. Eiciū/
tur quidem letamina qualibet parte
hyemis. Sed si tempore suo eici nō
possint anteq̃ seras more seminis p
agros puluerem stercoris sperge. uel
caprinū manu proice ⁊ sarculis mis/
ce nec prodest nimium stercorare v/
no tempore. sed frequenter ⁊ modice
Ager aquosus plus stercoris querit.
siccus minus. Sed si letaminis copia
desit. hoc pro stercore optime cedit.
ut sabulosis locis cretam id est argil
lam spergas. cretosus ⁊ nimium spis/
sis sabulum. hoc etiam ⁊ segetib⁹ p/
ficit. vineas pulcherrimas reddit. nā
letamen in vineis vini consuevit vi/
ciare saporem. uel seminentur lupini
in agris cultis ⁊ vineis de mense au/
gusti ⁊ de mense aprilis uel maii. ⁊ cū
ad debitum quasi augment⁹ perue
nerint euertantur. Sic enim loco leta
minis vineam ⁊ terram impinguant
sed duobus annis ad plus ipsorum
durat in eis pinguedo In partibus
autem tussie cultores experti lupios
serunt tempore quo semināt rape in

terris cultis uel stipulis bis aratis ui
delicet circa tres corbes i iugero ⁊ ex
presse semina operiunt. Deinde tēpo
re octobris ligombus incidunt ⁊ in
sulcis ponunt. ⁊ ibidē seminantes fru
mentum aratro semen operiunt. ⁊ in/
de bonum frumentum colligunt est a
te sequenti. **Mediolanenses** uero se/
minant rauicias spissas. ⁊ cum creue
rint eas euertunt. Alii autē serūt gra
legam ⁊ euertunt cum ad substantie
uenerit complementum. Alii uero ter
ras que sua macredine parum aut ni
hil fructificant ad multam fertilita/
tem cum irrigatione hoc modo redu
cunt. scilicet qd extracto de campis se
gete inducunt in agros aquam p sul
cos uel riuiolos ordinatos. Est autē
melius si aqua est turbida de torrēte
qui super faciem agri terram nouam
inducat. ⁊ replendo sulcos agrum e/
quet. precipue si fuerit ager cretosus.
nā si solutus fuerit sufficit aqua cla
ra. prodest autem maxime talis irri/
gatio in estate cum aqua in agris ste
terit sub radiis solis feruentis. hoc e
nim modo talis ager multum impin
guatur ut plurimum. **Item** dicunt
mediolanenses omnes communiter
hoc obseruant qd ubi linum seri debz
lupinos quos ibi seminauerant euer
tunt non solum si iam magni sunt. s;
etiam si tunc nati sunt. ⁊ valde terrā
fecundant. Et plus dicunt qd si ali/
quibus diebus mollicentur i aqua.
ita qd bonum germen emittant ⁊ ma/
nu serant ⁊ terram arent. eam etiā ual
de fecundant. Idem dicunt de cineri
bus ⁊ ideo fimum comburunt ⁊ ma/
nu seminant ⁊ euertunt cum lini uel al
terius cuiusuis semine. **Monendum ē** 02

autem letamen in campis uineis or-
tis et arboribus precipue a kalendis
septembris per omnes menses sequē-
tes usq; ad mensem maii subsequētis
et in tempore fortis gelu super iā na-
tis segetibus potest congrue spergi.
Potest etiam sequentibus mensibus
in terris spergi si eadez die terra ope-
riatur et uineis et arboribus si letamē
fuerit ualde maturum. Et est sciendū
q; ex vno curru palearum quinq; et
sex currus letaminis fiunt. et q; sex an-
nis optime vna stercoris spersio ter-
ram fecundat. **E**t notandū est
q; letamen absq; animalibus fit hoc
modo. videlicet q; in hyeme palee et
alia stramenta prouiciuntur in vis-
lutosus curus uel fossatis et quibuscū-
q; foueis. et cum ibi per quindez di-
es uel idcirca steterint et fuerint con-
culcate. sepeq; pluuiis madefacte co-
aceruantur. et ad magnum letaminis
montem desuper latum et concauum
ut pluuiarum aquas recipiant post
dies aliquot deferuntur. et cum sic p-
totam estatē steterint sparguntur i
agris.

De aqua que conuenit ma-
turitati letaminis et nutri-
mento plantarum.

Aqua paludalis conueniē-
ter letamen quod est nutri-
mentū plantarū maturat
et plantis irrigat. Aqua e-
nim fluente nō bene maturatur nec ir-
rigatur planta. quoniam illa quidez
frigiditate sua constringit poros le-
taminis. ne expiret in eo calidū aut
humidum naturale ad superficiem.

Similiter autem eadez frigiditate cō-
stringit poros radicū et non sinit eas
aperiri in tractum nutrimenti. et qd
est circa radicem lauat et deducit. Et
ideo in fortiter fluentib; aquis pau-
cas aut nullas uidemus nasci plan-
tas. terrestitas enim fundi lauat et
educitur. nec remanet nisi lapis durus
et frigidus in quo plāta nasci uel nutriri
non potest. Aqua autem stans fixa
in se recipit solis radium. et calefit et
illo calore coadiuuat ad letaminis ma-
turationem et radicū apertionem. et
ad pullulationem seminum et maxie
aqua que descendit in pluuiis et rori-
bus ex nubibus super terram hec em
est calida et uaporabilis et ideo pa-
lus conuenientissime fit iuxta letamē
quia calore ut diximus maturat. et
uaporabilitate commiscet subtili cō-
mixture et confert ei leuitatez et mo-
tum. quibus eleuari possit in uenas
et poros organicos plantarum. Si
autem aqua lacualis uel fontium ad-
hibet in loco paludū oportet q; stet
sub radio solis priusq; letamē iniici-
atur et commisceat cum ea fortiter. et
moueatur ita q; ex motu spumam fa-
ciat et uaporabilis fiat propter dici-
tam causam. Aqua autem grandinū
et niuiū nisi diu stet anteq; fluat ad
plantas plurimū sui frigiditate plā-
tis nocumentum affert. est enim in ea
frigiditas radices mortificans. et hu-
midū letaminis congelans. et hoc no-
cumentum non de facili aufert. Quis
signum est q; terre nuose parum pro-
ferunt graminis. et quod proferunt ē
immaturum. Et licet calefiat aliquā-
do aqua per solem. tamen nocumen-
tum quod intulit prima frigiditate

non aufertur. quia hoc fuit mortifi-
catium. hoc enim uidemus in terris
grandinatis et agris. quoniam infra
tres annos uix postea reducunt ad
cultum. Sed aqua pluuie licet sit fri-
gida tamen excellentiam non habet. et ha-
bet caliditatem ex nube ex qua des-
cendit et vaporabilitatem. Ros au-
tem calidus et humidus et dulcis. qui
de facili mouet ad membra planta-
rum. **B**alus enim de qua dictum est
non erit sita iuxta plantas prope. quo-
niam nimis fusa planta impeditur a
fructu conuenienti. sed mediocriter in-
fusa conualescit. propter quod leta-
men in turri conuenienter in altiori p-
te orti uel agri tenetur. ut ipsius nu-
trimentum et uirtus cum pluuia des-
cendente ad plantarum deducatur ra-
dices. ubi calore terre fumat in radi-
ces arborum et aliarum plantarum.
et fugitur humor eius calore naturali
radicum. **E**t hec est causa quod aque pu-
re macillente et impetu fluentes steri-
les efficiunt terras quas influunt. **A**-
que autem lacunose et paludose faci-
unt eas pingues. et precipue quando
ex pluuiis calidis accipiunt incremen-
tum per quod exeunt ab alueo in al-
gos. sicut nilus qui crescit a pluuiis
sub equinoxiali descenditibus que
sunt calide et humide. **E**t ideo optime
irrigat sata egiptiorum. **A**lia autem
aqua grauis potius est descendens
a partibus letaminis et a radicibus
plantarum quam uaporet in ipsas. et ideo
non est adeo conueniens. **I**n lacu-
nis in quibus stetit aqua medicamen-
tum accipit ex continuo radio solis. et ideo
putrescentes in eius fundo herbe. quasi

in naturam conuertuntur letaminis. pro-
pter quod etiam lutum de fundo ta-
lium lacunarum paludalium accep-
tum pinguem agrum et fecundum fa-
cit habens effectum letaminis in ip-
so. omnino autem conuenientissimum
plantarum nutrimentum est letamen
in palude temperata humiditate pu-
trefacta. et ex conuenienti stercore com-
mixtum propter causas inductas.

Sed aqua salsa pre omnibus cau-
da est ne admisceatur letamini aut pla-
tis. quoniam illa exsiccatiua est et ad-
ustiuu. et omnino contraria plantarum
pullulationi. licet enim acido salis fra-
cta sit in humido aqueo. cum torro-
re tamen solis conuertitur in acredinez
et amaritudinem. et tale nutrimentum
omnino plante refugium. **E**t alia ha-
bet in se similiter siccitatem potentia-
lem ex combusta salis terrestreitate. et
ex hoc contrahit poros plantarum
et obturat et exsiccatur letamen. ita quod su-
um humidum non ualet exsudare in
plantarum cibatione. **N**obis autem
aque metallorum que per mineras de-
currunt aut fistulas metallinas diu
aut longe fluxerunt sunt inconueni-
entes. quoniam ex natura metalli cor-
rodunt potius quam infundant interio-
ra letaminis et plantarum. **A**qua igitur
maturans letamen est aqua palu-
dalis ex pluuiis et roribus congrega-
ta. **S**i illa non habetur sic aqua lacu-
alis sub sole diu calefacta et fortiter
mota. **S**i autem nec illa parata est sic
aqua de fontibus aut fluminibus aut pu-
teis hausta fortiter commixta et sub
sole calefacta.

De utilitatibus arationum ⁊ fossionum.

Arationes autem ⁊ fossiones in genere quatuor conferunt utilitates. quarum una est apertio terre. Secunda est adequatio eiusdem. Tercia est agri commixtio. Quarta eiusdem comminutio. Terram autem aperiri necesse est. quia aliter nec semina in se iacta recipit. nec ea que in se habet sufficienter expirans emittit. ⁊ ideo aperiri oportet in omni mutatione plantarum quando de siluestreitate in domesticitatem mutantur. Soliditas quippe superficie per pondus ipsum terre ⁊ conculcationem hominum ⁊ bestiarum. adhuc autem per imbrium iter ⁊ fluxum facta impedit ne aliquid inde ab exteriori recipiat. aut etiam aliquid ab interioribus suis emittat. unde planta in ea fixa aut germinet aut muretur a dispositione una in alias propter quod terram proscindi oportet aut aratro aut fossorio. Similiter autem nisi fuerit adequata non bene mutabit plantam. sed potius contrarie in ea dispositiones forte corrumpent. Cum enim continetur id quod est in superficie terre suo pondere ⁊ fluxu humoris tendat inferius in terre viscera est terra interius ad duos uel tres pedes magis pinguis quam in superficie. ⁊ ideo inferiorem superius eleuari ⁊ superiorem deprimi per arationem ac fossionem oportet. ut adequata uirtus sua in una uirtute unita moueat plantarum radices ⁊ fecundet. Adhuc autem beneficium radioz solis tangit primitus superficiem sed cum non sit retinens aliquid euanesceat. ⁊ propter rediōantiaz

osuat in inferiori parte terre ⁊ hoc ad equat quādo inferioris superioris ponit ⁊ eōuerso. Et multe alie adequationes uirtutū terre sunt per fossionem terre ⁊ arationem. **C**omixtio etiā necessaria ē quā nisi partes quelibet sibi permixte sint non erit ipsa propriis locis generationis plantarum. Plante enim que commixtarum sunt uirtutum locum sue generationis querūt esse mixturę. nec pōt fieri quod ager sit equaliter hūidus ⁊ equaliter siccus ⁊ equaliter calidus ⁊ equaliter frigidus. nisi fiat hoc beneficio fossiure ⁊ arationū. **C**omminutio etiam est necessaria propter subtilitatem ipsius. nisi enim omniuat non subtilabit. ⁊ nisi subtilietur non erit cōueniens cibis ⁊ materia plantarum propter quod precipit agriculor. **P**aladius quod non aret tempore quo lutosā ē terra quia tunc in puluerem non reducit nec est tempus congruum arationi tempus eximie siccitatis. quia tunc glebe magne non diuidunt. sed potius tempore quo parum mollita est terra. nec tantum habet humoris quod contineat se partes ipsius. cum enim proprie comminuitur ⁊ subtiliat aptat seminibus ⁊ plantis propter causas inductas. **H**ac de causa periti in agricultura teruel quater crudum agrum arari precipiunt dicentes. qualibet de tribus uel quatuor arationibus addere fructibus proportionabiliter sui numeri quantitatem. uel quod secunda aratio addat alteram fructuum partem. ⁊ tertio tertiam. ⁊ quarta quartam. ⁊ ultra non progreditur. quia sufficit quod per quatuor arationes est terra subtiliata et ad idum preparata. hac de causa precipiunt in rusticatione glebas magis

nas malleis magnis cōminui. quia a
liter ut diximus non ouenit generati
oni plantaz. **Q**uod autem diximus
de quatuor uel tribus arationib9 na
nat fm qualitatem agri qui colitur
fortis enim ⁊ glucinosus ⁊ aduiteri/
nis herbis repletus nō excolitur ad
emendationem ⁊ subtiliationem nisi
quatuor arationibus. **P**oroso autē
⁊ subtilem ⁊ mundam terrā habenti
forte sufficit una aratio uel due. aut
ut multū tres ad plus. propter qđ e/
ciam precipit. **M**aladius terrā consi/
derari. quoniam si labor fructus ex/
cellat utilitatem relinquenda est. si at
fructus excedat laboris meritum in
sistendum dicit esse cultui. **S**unt autē
agri qui non arando sed fodiēdo tē
perant. ⁊ hii sunt quorum multum ē
pinguedinis in profundo. quod uo
mer aratri perungere non potest. **A**d
hoc enim oportet adhiberi fossoriū
quod profundius terrā sulcat qđ uo/
mer aratri. **C**ompertum est autē ope
ratione rusticorum usq; ad decem pe
des pluuie humorem pinguedinem
superficieī terre secum deferre cum in
profundum distillat. **A**mplius autē
sicut uidem9 animalia aquatica que
sub terra profunde generant in lacu
bus subterraneis uenenosā esse. eo qđ
lucis experta sunt. ⁊ uaporibus spū
sis nutrita. **I**ta etiam id pingue qđ ī
profundo terre latet incongruum est
⁊ grossum ⁊ frigidum. nisi ad superfi
ciem aliquando tollatur. ⁊ luce solis
lustratum subtiliet ⁊ dissoluat ⁊ spi
ritale fiat. quo uaporabili spiritu ad
radices ⁊ semina perungere ⁊ penetra
re possit. ⁊ vřibus laborantium ad/
aptari. **N**on autem omnis ager colit

uel aratur. **C**um enim antiqui egipti
primo agrum mensuris geometricis
distinxerunt quatuor agrorum gene
ra esse dixerunt. in quibus plāte do/
mesticantur per cultum. satium uide
licet. consitū. compascuum. ⁊ nouale.
Ex his autem duos tantū arando
⁊ fodiendo coluerunt. satium uide
licet ⁊ noualem. uocantes satium q
serit continue singulis annis uel ī eo
dem anno pluries. noualem autē q
alternis annis aut tercio intermisso
aut quarto uel quinto aut sexto aut
forte septimo āno quiescat. ⁊ hos fo/
dere ⁊ arare preceperūt propter cau/
sas quas diximus. **C**ompascuum au
tem ⁊ consitum non fodiendos eē p/
ceperunt. **C**ompascuum autem uoca/
bant eum qui prata ferebat in pastū
animalium. **C**onsitum autem euz qui
arboribus erat consitus. que porta/
bant fructus salubres usui hominum.
Et compascuum nullo modo. **C**onsi
tum uero non fodiebāt nisi forte pa
rum circa radices ⁊ non ubiq; cuius
cultus nos inferius rationem dicem9.
Sed hic dicere sufficit qđ satius ⁊ no
ualis ager fodiendi ⁊ arādi sunt. qđ
aliter semina in eis non bene conua/
lescūt propter causas quas dixim9.

De cultu agri satui.

Diversificantur autem in a
rando satius ⁊ noualis
ager. quoniam satius uir/
tutem habet magnā ⁊ fera
cē fructificādi intantum qđ si cōtinue
non maceretur in partu ⁊ pinguedie
nimia luxuriabit in spuria diuersa/
rum plantarum. quod postea sine **de**

magno labore emendari nō poterit
aut forte in humore. ita q̄ ipse hūor
nimis abundans submerget seminuꝝ
uirtutem. **E**t si quideꝝ adeo ferax est
q̄ timeſt luxuria adulterinarum plā/
tarum. continue ſerit omni anno. aut
forte in anno pluries. eo q̄ calidus ⁊
humidus eſt talis ager. ⁊ ſoli calido
expoſitus. qui etiā ſol ab equinoxia
li deſcendens calorem terre ad pullu
lationem ſeminum ſufficienter immit
tit. nam calor ſolis commiſcet inferi/
ora ſuperioribus ad generationē eo
ruꝝ que in terra naſcunt. **E**t ideo qñ
ſolis calor inferiorem terre humorem
eleuat in ſuperficiem agri ſiccā effi
citur ager continue calidus ⁊ humidus
⁊ eſt ille ager ſemper poroſe terre et
bone commixtionis ⁊ facilis cultus.
⁊ paruo labore multam proſert fruc
tuum libertatem. ⁊ ille proprie uoca
tur ſatiuus. quando autem uincēte
calore ſolis eleuato de profundo hu
midum non commiſcet agrum ⁊ mol
lificat eum ſed conſumit. ⁊ plus con
ſumit ſol de humiditate uel humore
q̄ eleuet. efficit ager puluerulentus ⁊
ſabuloſus ⁊ ſaliſus ⁊ peſſimus qui nō
recipit bonitatem per cultum. ſed po
tius ſiccitate redigit in heremi ſolitu
dinem. in qua nulla plantarum reci
pere poteſt ad bonum uſum mutati
onem. **N**obuc autem ſi tanta ſit ſolis
debilitas ut nihil de profundo terre
eleuari poſſit ad ſuperficiem. ſꝫ poti
us comprimit continue ager loci fri
giditate mortificante. quantumcuq̄
ille colatur non reddit fructum plā
tarum niſi forte ſiluarum. eo q̄ ſilua
rum arbores in ualde magnam pro
funditatem dirigunt radices. ubi eſt

calor fumans ex ſuperiori terre con
ſtrictione. **A**d tantam autem profun
ditatem. nec foſſio perſtingere poteſt
nec aratio nec ſeminatio. ⁊ ideo tales
agri nec arabiles nec ſatiui dicuntur.
Omnia hec que ſuperficie terre naſcū
tur ex uaporibus de ſubtus ad ſup/
ficiem perſtingentibus oriuntur. **S**ati
uus igit ager optimus eſt qui uapo
re perſtingente ⁊ non cōſumpto ſupe
rius eſt calidus ⁊ humidus mollē ha
bens ſuperficiē ⁊ poroſam. qui ⁊ cul
tu facilis eſt. ⁊ ferax ſeminibus in euz
iactis. **E**ſt autem imaginari per ſimi
litudinem caloris balnearū. **I**n his
enim ſi quis calore moderato mouē
te quidem humidum ſed non conſu
mente uſus fuerit. diffundet humidū
naturale immixtum cibali humido p
corpus ſuum. ⁊ extendet carnes ſuas
⁊ impinguabit eas. **S**i enim calore i/
moderato ⁊ diu utat expirabit hūi
dum eius. ⁊ deſtruetur ⁊ macerabitur
corpus eiꝝ. propter quod dixit **p**a
ladius maxime eligendum eſſe pin
guem ⁊ rarum agrum qui calore rari
ficatus non diſſolutus ſit. ⁊ humido
multum ſpiritali ad ſuperficiem re/
flexo impinguatus ſit. **S**ecundi autē
meriti dicit eſſe pinguem ⁊ denſum.
hic enim ⁊ ſi denſus ſit aratione eſt
ſubtiliabilis. ⁊ tunc efficit conueniēs
pingui ⁊ denſo. hic enim labore qui
dem colitur. tamen cultoribus non ne
gligentibus ad uota reſpōdebit. **C**ū
autem iſte due diſpoſitiones magis
inueniantur in culto agro. pinguis et
rarus magis uineis congruit. eo q̄ ui
tes rari ligni ſunt. ⁊ ex denſo non ita
ſurgere poſſunt. **N**obuc autem pluri
mo indigent calore ⁊ humore uinee

propter quod non cōuenit ad uites
terra densa. que ⁊ calorem impedit
ad radices pertingere ⁊ humorem.
pinguis autem ⁊ densus frugibus ma
gis congruit que solidum exigunt fū
dum ⁊ cibum propter grani siccitatē
⁊ soliditatem. sola autem nimis ma
tra ⁊ melancolica quadam ariditate
nec frugibus cōpetunt nec uineis. hec
enim repressam in uicinam sui pfun
ditatem habent humiditatem. ⁊ hec
humiditas parū spirat nisi forte ad
arborum ex profundo generationes
⁊ harum fructus aut nulli sunt. pp/
ter frigus. aut immaturi ⁊ inconueni
entes. ⁊ ideo plante in tali terra non
domesticantur. Ea autem que nimio
calore siccitatem patitur pre omnibus
peior est. illa enim ⁊ in profundo ⁊ in
superficie destituta est humido. ⁊ iō
hecherem⁹ uocatur. eo q̄ redacta sit
in solitudinem. nec aliquid profert
propter adustionem ⁊ salsedinem sa
buli nisi forsan herbas ualde minu
tas ⁊ siccas ex aliquo modico uapo
re alicuius temperati temporis gene
ratas. propter quod optimus agri
cultor **P**aladius dicit illud deterri
mum terre genus esse. quod est siccū
simul ⁊ spissum macrum ⁊ frigidum
calidi expiratione.

De medicamē agri ut fiat satius.

Nunc autem quidam agri
in se quidez frigiditate ste
reles aut humore. qui cul
ti primo accipiunt medi
cinam ⁊ postea in eis optime plante
precipue fruges proueniunt. In tali
bus enim terris argilla fossa terre fri

gide ministratur. ex argilla quidem
terra frigida accipit fecunditate. eo
q̄ argilla calida est ⁊ sicca proprie
tatem habens masculi. Terra autē fri
gida est ⁊ humida. eo q̄ frigus indu
cit humidum. ⁊ cum calidum siccū p/
miscetur frigido humido fit tempera
mentū. ⁊ tunc terra illa ferax ita diu
efficit. donec per alluuiōem imbri
um nō distillauit ab ea argilla. ⁊ tūc
plante in talibus terris ad meritum
ueniunt mutantes siluestrium quali
tates ac proprietates in domestica
rum qualitates. tam in quātitate fru
ctū q̄ in qualitate. si enim terra sic
ca ⁊ amara est nunq̄ recipit medici
nam. quicquid enim ingeri potest ta
li terre. totum in adustionem ⁊ salse
dinem ⁊ siccitatem conuertitur. pp/
ter quod etiam terram adustionē cla
masse in fabulis planetarum legitur
conquestam de incendio **P**hetontis
⁊ non conquestam de gelicidio **Sa**/
turni. sciens q̄ malicia que ex frigore
est potest temperari. non autem adu
sti que ex siccitate salsuginis. Simili
ter autem si terra humore infecunda
est. aliquod recipit temperamentum.
foditur enim fossatis per transuer
sum ad que primo descendat humor
superfluous. ⁊ postea defluat ab a
gro. ⁊ tunc recipit temperamentum.
propter quod omnes fossas agro
rum ad unam maiorem ⁊ decliuo
rem deriuari facias per transuersa
les arationes ⁊ fossas. ut per decliu
orem agri a superfluo mundetur hu
more. eo modo quo etiam mutatio
nes ⁊ euacuationes corpora curant
animalium ex humore ⁊ non quali
tate tantum infirmata. Sicut enim

hec est duplex causa egritudinis in animalis corpore. q̄ videlicet aut qualitate aut humore infirmant. Ita etiam in agro. Et ideo cum terra frigiditate sola uincibili est sterilis studeat agricultor infundere alterantez argillam. Si autem ex humore solo eius infecunditas est. studeat euacuanti bus eam reducere ad cultum per modum fossarum qui dictus est. Sz terra que iam sic destituta combusta est et desperata est. sicut animal corpus mortuum et incineratum. Huius igitur modis ager satius uiuatur ad domesticationem plantarum precipue in frugum cultu. quoniam de uineis sermo erit posterius cum de agro cōsilio tractabimus. In talibus em̄ nō optimis agris qui medicina plurima et continua indigent diligenter obseruanda sunt t̄p̄a cultus et sationis. In terris autem frigidis autumnalem tempestiue oportet fieri sationem ut plāta aliquid roboris ante hyemis aduentum accipiat. nam si debilis nimis ad hyemis peruenerit frigiditatem. ipsa gelante glacie mortificabitur et a fructu operato destituetur. hoc autem maxime est in eo agro qui cum frigiditate etiam est siccus. nisi tunc tempestiue proueniat satio non habebit robur contra hyemem macra et tenella plantatio. In agro autem calido et pingui deferenda est satio quātū omodepōt. Et si proueniat in tali agro satio luxuriabit in herba. et cum totum in herba posuerit humidum substantiale non habebit uerno tempore unde producat semina utilia. nam eius satio non accipit ab hyemis frigore aliquod nocumentum eo q̄ locatū sit

semen in agro calido et pingui. et sic a frigore hyemis ledi non potest. sed plantula potius impinguat et retinetur a frigore hyemis ne luxuriet. et tunc uerno supueniente calore multiplicia ex se formabit semina. et fructus in maxima ubertate producet. Similiter autem considerandum est in agris multum frigidis et humidis qui circumpositi sunt maribus et paludibus multis. hos enim non conuenit seminari autumno. nimium enim perfunduntur humore frigido. et seminum farina abluuntur et perit. ita q̄ euanescent in uere et a fructu destituuntur. Sed uerno tēpore sata habent multiplex humidum affluens et uaporosum tā ex agri fundo q̄ ex locis adiacentibus. et cum calor solis conualuerit cito crescunt et fructificant. Et huius signum est q̄ videmus tales in siccitate temporis que alios agros impedit optime fructificare. temporis em̄ siccitas nimio agri humori contraria facit temperamentum. et fructum reddit ubertatem. propter quod etiam dicimus tales agros per sationem fabae uel lini si aliquando infecundi sint redire ad ubertatem. eo q̄ talia radicis euulsa superfluam ipsius temperant humiditatem. propter quod culture studiū sit circa agros ut per congestos aggeres affluentem redundantiam impediant aquarum. ne agri operiant superficiem. et per fossata in extremitate agrorum aperta ea que iam influxit aut per pluuiam uenit educant aque humiditatem. Nullo autem ingenio ut dictum est curari ualet terra aliqua ex adustione longa et siccitate sterilis effecta.

Raritas enim sua humorem inductū non retinet. Siccitas enim letamē absumit appositum ⁊ amaritudo in natura impedit seminum aut plantarū nutrimentum. Frequenter tamen super huiusmodi salugine superficiē quādam terre leuis ⁊ pinguis que alluione maris adducta est inuenimus aut forte longa putredine herbarū ibi est generata. Flumina enim ī mare intrantia plurimam secum trahūt terram. quam radunt de terris optimis que dum ad mare perueniunt refluxu prouicitur super saluginem litoris. ⁊ dum hoc fit continue tempore longo superficies talis terre feracissima est in frugibus que non in profundum figunt radices eas uero que in profundum figunt radices nutrire non potest. Et ideo talis terra frugum quidem fert copiam. sed arbores aut nulle aut paruule ualde nascuntur in ea. Huius autem signū est quod uidemus maria que bis in die naturali influunt ⁊ refluunt iuxta litora sua tales habere agros. **C**onaria autem stantia omnino iuxta litora sua sunt sterilia.

De cultu agri montuosi ⁊ ualliculosi.

Agri autem in conuexitatibus montium sicut frequenter patiuntur siccitatem ⁊ macredinem. quoniam pingue quod est in ipsis defluit ad ualles. Et ideo ualles quidem pinguis sine conuexa autem montium sunt arida. propter quod plante in eis non bene domesticantur per cultum. prop-

ter quod etiā talia loca precipiuntur ab agricolis per transversum sulcari ut in sulcis steteret retenta pinguedo. que decurret in preceps si ex directo sulcus descendet. propter quod etiā fiunt retinacula per materias ex transuerso ante agrū. ne humus defluat postquam fuerit exarata. Quidam autem subtiliori ingenio humū hanc serunt non exaratam sed durā. ⁊ postquam seminata est humus euerit eā super semina aut aratro aut ligone aut alio fossorio. ⁊ non arant eam nisi semel nec omniunt in eam magnas glebas. quoniam si arata sepius conuenerent cum pluuia que impetu descendit ex ouero montis tota portaretur ad uallem. ⁊ periret quod seminum est. Semē igitur in tali agro tenue ⁊ non bonum debet esse. tunc propter cultus defectum. tum propter impossibilitatem retinendi pinguedinem et humorem ex quibus semina oualescunt. Et ideo etiā sumus letaminis sub terra in montibus non ponit. sed potius in superficie ne terra ī intimis mota per humorem ⁊ impetum descendat in uallem. nec letamen equaliter spargit in montibus per totum sed altius plus letaminis ponit. ⁊ secundum quod declinat ouexitas de letamine ponit minus ⁊ minus. Inferiora enim per se descensu humorum pinguescunt. Superiora autem pinguedine per alluionem destituunt. dum autem plus letaminis ponitur ubi plus de humore abluatur ⁊ minus in loco ad quem plus letaminis per abluionem ymbrum apportatur fit quedam temperamenti equalitas. Fructus autem conuentiores sunt montium quam uallium. quoniam reuerberatio solis ad

montem maior est et humor modera-
tus citius obedit digestiōi. et loca ip-
sa montium sunt uaporosa. qui uapor
maturantem adiuuat calorem. **E**x
hīs ergo aduertendum est quod quacun-
que plante aromaticos et calidos et sic-
cos habent fructus. has autem con-
gruit in montibus plantari et semina-
ri. propter loci calorem et siccitatem.
Quecunque autem solidos et humidos
habent fructus hīs magis conuenit
in uallibus seminari quā in montibus
propter quod uina et aromatica me-
liora sunt in montibus. et in genere fru-
gum auena melius quā triticum uel sili-
go in montibus prouenit. frumentum
autem ordeum et siliago melius in ual-
libus proueniunt propter suorum gra-
norum soliditatem. **I**n ualliculoso
autem agro necesse est fieri fossatum
in medio uallis magnum. et multa p-
ua ad ipsum descendencia. per quā hu-
moris impetus defluat. ne uenientes
de monte torrentes submergant semi-
na que iacta sunt in ualle. **S**ic autem
agro culto domesticum seminibus et
radicibus plante ingerit nutrimentum
et ideo planta tunc domestica efficitur
cum ager satius ut dictum est tem-
peratur. **C**um enim uenter et mater sic
uegetabilium oportet ut ipsa ad cul-
tum redacta semina secundum agrorum
suas mutant dispositiones. **D**igerit
enim cibum et facit eum colericum aut
flegmaticum aut sanguineum. et postea
per dispositiones cibi alteratur cor-
pus et substantia plantarum. nam si-
cut arte medici dispositiones lauda-
biles acquirit uenter. et tunc ad lau-
dabiles dispositiones cibi mutat et
corpus. **S**ic sapiens agricola ad lau-

dabiles dispositiones mutat agrum
per cultum. quo laudabiliter dispo-
sito etiam plante laudabiles acqui-
runt dispositiones. **E**adē autem opatio
est inter partem et matricem et agrum et pla-
tam. quoniam licet opator sit sperma mas-
culi qui sicut artifex mouet et format
partem. tamen quia sanguis menstruum tra-
hitur in nutrimentum partus in multis
sequitur matris et matris dispositionem.
In agris autem et plantis hoc est plus
quā in matrice et partu. quia sicut in
ante habitis est ostensum non est pro-
prie masculus et femina. sed permixte
sunt hee uirtutes in eodem. propter
quod terre dispositio est que alterat
plantam ad domesticam uel siluestris
dispositionem.

De cultu agri noualis.

Ager autem qui noualis ab
antiquis sapientibus vocatur
duplex est. unus quidem qui
primū ad cultum redactus est
Alter autem ad quem interpositis quibus-
dam quietibus necesse est redire ad suam
nouitatem. sicut est ager qui duobus annis
seminat in tercio quiescit aut in quarto
aut in quinto aut in sexto aut in septimo
usque ad hunc enim terminum inuenimus diuersi-
ficari quietes agrorum. noualis autem
qui anno uno seminatus pluribus annis
quiescere uult per certo malus est et cultui
et cultori ad uota non respondens la-
boris. **S**tudium autem quod habet in
agro noualium qui nunc prius ad cul-
tum sunt redacti. est extirpatio stir-
pium siluestrium. quarum radices ni-
si extirpentur omnem sugunt agri hu-
morem. et non permittunt semina

nutriri. et ad debitum uegetari. propter quod etiam precipitur agrum non feri diuersis seminibus. ne unum adurat aut exsiccet aliud attrahendo ad se nutrimentum. **E**xtrahatis autem illis feritur ager. **E**t primo quidem propter non exhaustam uirtutem terre quam contraxit longa ex ipso putrefactione herbarum et stirpium diuersorum diu ferax est. aut sine aut cum paruo letamine. **D**einde oportet adhiberi letamen si ferax debeat permanere. et nisi sit pinguius ager oportet aliquam interponi quietem presertim quando cum substantia herbarum et palearum plantis seminate aut metuntur aut radicibus expelluntur et euelluntur. **E**xtracta enim agri pinguedine et uirtute necesse est. ut nudus ager soli exponatur tercio. uel alio anno. cuius calore et lumine uirtutem accipiat generandi sicut habent in prima agerminatione. spiritus enim uiuificus plantis dum per semina et plantas attrahitur humore et spiritu uiuificis terra destituitur. et determinato tempore quiescens ad agrum iterum reuocatur. sicut reuocatur ad uterum uirtus concipiendi per quietem inter partum et partum. **A**d unum enim agrum redit citius et ad alterum tardius. **S**ed quod ager magis et minus fecundus et calidus et humidus et porosus et pinguis et subtilis inuenitur. hoc autem ostendit et ipsum nomen. quoniam nouale est quod redit ad uirtutem primam per quietem innouatum. **D**um enim operum philosophorum testatur hec opera. **Q**ue enim cum labore et expensa uirtute perficiuntur. nisi quicquid interposita restauratur accipiant dissoluantur et corrumpuntur. **Q**ui

cumque igitur agri continuatis sationibus fructificant continue ex celo et humore suorum principiorum accipiunt innouationem quibus instaurati semper possunt accidere pullulationem. et ideo continue seminantur. **S**uicunquam autem ager continuo humore non modo infusus. sed etiam coopertus illo in maiori parte anni. hoc est in hyeme et in vere quando debent pullulare semina. et in autumno quando se rendum est aut coopertus nimio humore frigido et grosso infusus. **H**ic ab egiptiis qui primitus agros distinxerunt uocatur ager subcenes aut cenulentus. ille neque noualis est neque satius. quod in estate quando in superficie siccatur scinditur magnis scissuris lutum quod est in superficie ipsius ex aqua frigida grossa que cooperuerat eum in superiori parte luti eius. et hic impedit pullulationem bonarum plantarum. **S**i quidem enim nascuntur plantae in tali agro siluestres remanent. quia acide uel amare sunt in sapore propter grossitatem et frigiditatem et cruditatem humoris et in semine et in fructu destituuntur propter defectum subtilis humiditatis ex quo causantur semina et fructus. **N**ohuc autem quod tempus estatis non est ad pullulationem fructuum sed ad maturitatem et exsiccationem. et ideo pronuntiant de hoc **A**gricultores quod deferendus est. quia nulla utilis planta in eo mutari potest ex siluestri ad conuenientes domesticis plantis proprietates. **A**lium autem agrum uiginosum esse dixerunt antiqui cultores. de quo ratiocinati dixerunt ipsum ad cultum redigi non posse. hec autem est uiligo sicca siccitatem continue obtinens. **H**ec est siccitas puluerulenta

ta. et hic est qui heremi habet naturā cum enim partes in superficie nō habeat solidas et continuas non radicabit in eo et florebit aut fructificabit aliqua perfecta plantarum. nam planta querit locum solide continuitatis in quo radicetur et floreat et fructum ferat. In vliginoso enim tota superficies est potus. et quod est subtilis humoris in fundo totum euaporat. nec retinet aliquid in superficie quod reflexum contineat et constet et planta perfecte formetur ex ipso. et ideo quod talis ager plantam nō suscipit. nō potest etiā per arationes aut fossas ad hoc redigi. ut in ea fiat aliqua domesticatio plantarum. et ideo relinquentis esse censet et in piscinas et lacunas redigendus. Que predicta sunt de terra vliginosa sunt verba et sententia Alberti. Alii tamen dicunt quod terra vliginosa est in qua semper inseparabilis manet humiditas dicentes quod vligo est naturalis humor terre ab ea nunquam descendens nec recedens ut inseparabile accidens. et in hac opinione videtur esse. **Paladius** qui ait. quod donec triticum solo vliginoso post terciam sationem in genus siliginis commutatur talis transmutatio ex superflua humiditate potius quam ex superflua siccitate procedit. et in multis aliis locis. Idem **Paladius** sentit. et cum eo concordat **Varro** et alii multi qui de hac materia tractauerunt.

De tempore et modo arandi et dissipandi herbas malas.

Dingues et siccus agri locis arandis de mense ianuarii et february pōt pscindi et arari. In

locis vero temperatis et in humidis de mense maii et aprilis videlicet quā in eis superflua humiditas est consumpta. et terra iam ad equalitatem iter humiditatis et siccitatis puenit. **Eodē mēse** aprilis et maii pingues agri qui diu aquam tenent pscindant cū omnes herbas protulerint et earum semina nō dū sunt maturate firmata. et siccis de quibus primo diximus possunt secunda vice arari mense iunii et iulii. secunda vice arant agri hūidi quos diximus de mēse martii aprilis vel maii esse succandos. mense augusti hūidi agri secundā. siccis vero tertia vice arant mēse septembris. pinguis ager et qui diu tenere consuevit humorem tertia vice arabit quāvis hūido anno possit et ante terciari. nunc ager humidus planus exilis sentit et aratur. **Cuius** gracies nunc primum arandi sunt et serenari. **Boues** melius collo quam capite iungunt quos ubi ad uersuram uenerint arator retineat et iugum propellat ut eorum colla refrigerent. **Sulcus** autem in arationibus secundum **Paladium** longior quam centum. xx pedum esse nō debet. sed ex consuetudine cultorum lombardie et romaniolae usque ad duodecim pedes et ultra sulcus extenditur. **Creiosa** terra profundius. soluta uero minus profunde aret. **Seruandū** est ne inter sulcos terra nō mota relinquatur. **Glebe** omnes sunt volabre et maleis aut ligonibus dissipande. **Et** equaliter totā terrā motam esse agnoscis. si transversim per sulcos pica mittes quod res sepius facta bubulcos ab hac negligentia submouebit. **Observandū** est ne lutosus ager aret aut qui sepe sit post longas siccitates imbri leui per

fusus. nam terra que lutosa tractat^r i principio toto fertur anno tractari non posse. que vero leniter superius infusa est et subeus sicca si tunc aretur asseritur per triennium fieri sterilis et ideo mediocriter ager infusus ut nec lutosus sit nec aridus debet proscindi. Si collis est transuersus sulcet^r per latera. que forma tunc cum semen accipit est seruanda. Si agros incultos aperire uolueris. considerabis an sit humidus ager an siccus siluis aut gramine filice uel fructibus uestitus. Si humidus erit fossarum ductibus ex omni parte siccetur. sed aperte fosse note sunt. Cetero uero hoc genere funt imprimuntur sulci per agrum ex transuerso altitudine pedum trium. postea usque ad medietatem lapidibus replent^r aut glareis. et desuper terra equaliter. Sed fossarum capita unaque patentem fossam petant. ad quas decliues recurrant. Ita et humor deducetur et agri spacia non peribunt. Si defuerint lapides sarmentis uel stramine cooperiant^r. ut quibuscumque uirgulis. hec autem de mense maii apta sunt. etiam aliis mensibus secundum qualitatem humiditatis terre consumpt^r. Si nemorosus est extirpatis aut rare relictis arboribus colat^r. Si lapidosus per multas partes saxorum turba collecta purgari poterit et minui. Juncus gramen et filices frequenter aratione vincuntur. sed filicem si sepe fabam conseras uel lupinos et si subinde nascentem mucrone falsis recidas intra exiguum tempus absumes. mense iulii utiliter uel ante caniculares dies filicem extirpabis et caricem. hoc mense cum sol cancri tenebit hospitium. luna

sexta in capricorno signo posita. gramen albatum greci asserunt nihil de radicibus reddiditum.

De seminatione in communi.

De seminis natura et uirtute iam in precedentibus dictum est. Sed hic attendendum est quod semen duo continet quorum unum est uirtus formatiua quam habet e celo cum calore et spiritu. qui instrumentaliter formatiue deseruiunt. Talis quidem digerendo segregando et subtilizando. spiritus autem vehendo uirtutem. Alterum autem quod habet semen est substantia formalis que immixta sibi humido suscipit formationem et figurationem in plantam et plantae organa. Aduertendum est igitur in omni seminatione ut seratur semen quando adiutorium maius habet e celo. hoc autem est quando iuuatur calido humido. et uiuifico lumine solis et lune simul. Luna enim quia terre vicina est regit omnia terrea ad pullulationem et precipit propter hoc quia ipsa mouet lumine solis temperato. quod in ipsa aliquantulum temperatum est. In sole enim coniunctum sicco et ideo est aliquantulum adustiuum humidi seminis et ideo nouella semina et plantas teneras aliquando obumbrant a feruore solis huius quod ortos prudenter excollunt. sed in lumine lune est lumen eiusdem solis coniunctum frigido temperato et humido ut ex lumine solis habeat caliditatem mouentem. et ex frigido temperato recipiat temperamentum. et ex humido moueatur siccitas ipsius. Incenso igitur primo lumine in luna cum ipsa est calida

temperate et humida iacienda sunt se/ mina quia tunc conuenientius iuuat' uirtus eorum a luna per rationes iam inductas. mouebit enim tunc uirtute formatiuam calor eius. et spiritus iu uatur a temperato calore lune. et ab humido lune iuuatur materia forma lis que formanda est. nec oportet at tendere ad stellas alias. quoniam uir tus illarum communicatur lumini so lis et lune per applicationem lune ad eas. que omnibus applicat' aspectu bus earum quolibet mense per acces sum et recessum. Et ideo ab antiquis sapientibus luna regina celestis mili tie uocata est. et uitrea Dyane lapas. Ratio nominis prioris est quia uici na nobis existens plus influit super inferiora quam alia celestis uirtus et ap plicans se in spacio mensis quolibet mense perficit mutuo lumine. quod omnia perficiunt in spacio multorum annorum propter quod egregius Ari stoteles dixit quod luna facit in mense quod sol facit in anno hoc est hyemen et es tatem uer et autumnum. quoniam a pri ma accensione usque ad dimidiationem luminis eius est calida et humida si cut uer. et a dimidiatione luminis eius usque ad plenitudinem est calida et sic ca sicut estas. et a plenitudine usque ad dimidiationem secundam est frigida et sicca. Et a dimidiatione secunda us que ad defectum est frigida et humida. corrupto et seminali humore fleuma tico. propter quod si satio fiat tempo re quo est calida et sicca exsiccabitur humidum substantiale seminum quod formari debet in organa platee et non proueniet plante perfectio. Si autem tempore illo fiat satio quo est frigi/

da et sicca. non mouebitur calor semi ni nec iuuabit humidum. et ideo sa tio non erit conueniens. Si autem tem pore quo est corrupte senectutis fri gida et humida existens. putrescent forte semina. et non proueniet utilitas sationis. In prima autem accensione omnia iuuantur et prouenient utili ter. Et ideo dicitur uitrea lapas Dyane a frigidis luce succensa. Dyane enim lumen aeris fabulant' esse poete. quod aer spiritualiter existit in corporibus animatorum. lampas enim huius spiritus corpus lunare est. quod lucem conceptam et temperatam a sole formate profundit et spiritus ani matorum. et mouet eos ut moti perfe rant uirtutes ad naturales operatio nes quas sol si per se moueret dissolu eret propter nimiam sui intemperatiam et siccitatem. Ideo enim frigus lune peroptime obsequitur. quia conti nens extrinsecus et accidens intrinse cus temperate et mouet interius spiri tus ad naturales operationes. et non sinit eosdem dissolui per euaporatio nem. quia frigus temperatum circun dans extrinsecus reprimat et reflectit spiritus ut in interioribus conforten tur. maxime autem hoc est in plantis. que non agunt nisi naturales opera tiones et non sensibiles. sensus enim magis confortantur extra. et natura lia magis vigent in interioribus. Ad uertendum igitur est ut in accensione lune seminet istis rationibus.oportet autem considerare quartam circuli decliuis in qua mouentur lumina uiuifica cum in circulo decliui fit generatio et corruptio uege tabiliu. non est tamen in omnibus partibus causa generationis. sed in quarta que est ab ariete

in cancrum. **O**mnis ergo satio est p/fecta anteq̃ sol accipiat arietē. quia tunc semina in matricibus suis nō inueniens. sed in matrice terre. euocabit ea ⁊ uiuifico lumē mouebit. **E**t autē uales quidem sationes tunc radicate mouebunt in debitam sue substantie quantitatem. ⁊ floris ⁊ seminum formationem. **V**ernales autem semina/ tiones etiam in matrice terre iacentes tunc pullulabunt ⁊ coadiuuante so/le temperato florebit ⁊ germinabit ante tempus eximie siccitatis. **N**ec oportet q̃ multum obseruentur uenti. quoniam licet auster euocet terram et pullulare facit plantas. tamen aquilo quando non est mortificantis friguitatis continet semen ne euaporet ⁊ dissoluat. **S**ed plerumq̃ cauendū est q̃ ager non serat diuerso simul semine. sepe enim contingit q̃ vnum semen magis contrahit q̃ alteruz. ⁊ tūc vnum adurit alterum. ⁊ aliquādo p̃posituz tractum vtrumq̃ impeditur a germine. **V**idemus enim q̃ plāta iuxta eleborum uel scamoneaz posita contrahit p̃prietates eius. **E**t ⁊ zania iuxta triticum posita ipsuz adurit. **S**imiliter facit corillus uel caulis uitem. ⁊ sic de multis. ⁊ sic etiam absq̃ dubio diuersitas seminis subtile humidum quod est in agro otrariis uirtutibus corrumpit q̃ non bene proficit ad fructum domesticum. si/ cut etiam diuersitas seminum animalium. quando vnum coit cum femina alterius speciei corrumpit utrumq̃. ita q̃ neutrum proficit fecunditati. propter quod cauendum ē ab huiusmodi diuersitate in plurib⁹. **Q**uedā tamen semina per experientiam inue

niunt se inuicem non ledere. sed simul sata conualescere ⁊ fructus ubertatē successiue afferre. ueluti cum seruntur tempore congruo in pastinato solo semina atriplicum spinatorum feniculorum lactucarum petrocilli satu/ reie blitis ⁊ caulium. **E**x quibus primo euellunt atriplices. secundo spinaria. ⁊ ex caulibus quidam ut transplantent uel omnes ⁊ nimis spissi rarificent ⁊ sarculant ⁊ successiue colligunt. remanentibus ex quolibet genere quibuslibet propter semina. **I**te serunt congrue simul frumentū ⁊ spelta milium panicum ⁊ saxeoli. **E**t similiter ordeum ⁊ frumentum. **A**mplius si ultra mensuram semina iacentur i agro macillenta ⁊ non proficientia erunt. **S**ed si serat ager secundum p̃portionem cibalis humidi quod est in ipso. ita q̃ radices dilatari ⁊ sforvari possint. tunc etiam planta exurgens fortis erit ⁊ proferens fructum quē querit ex labore culture. hec igitur diligenter esse attendenda ⁊ naturalis suadet ratio. ⁊ experientia cultus. **O**portet etiam attendere ne forte ul' semina ipsa iacta sint corrupta. **E**t ideo precipit a **P**aladio. ne semina iacta uetustiora sint q̃ annua. si enī uetustatem habent ultra annū nimis exsiccata sunt. ⁊ uirtus formatiua p̃prio subiecto destituta humoris radicalis euauit. ⁊ ideo talia raro p̃ficiunt. **P**reterea frumentum ⁊ cetera semina elegantur precipua in ea regione quam colimus. uel exprobem⁹ aduecta. nam omnium surchilorum uel frugum genera preclara. terris tamen tuis experta committere debes. **I**n nouo autem genere seminuꝝ ante

experimentum nō est spes tota ponē
da. Et nota q̄ semina locis humidis
citius q̄ siccis degenerant. Omnia le
gumina a grecis auctoribus seri iubē
tur in terra sicca. faba tantummodo
in humida terra iubet spergi. Licet
temperatis agris serendum sit tamē
si siccitas longa sit semina iacta non
minus in agris q̄ i borreis seruabū
tur. Si necessitas cogit de salsa terra
sperari aliquid post autumnum plā
tanda uel conferenda est ut malicia e
ius ibernis imbris eleuat. aliquid
etiam terre dulcis uel fluminalis arene
subiiciendum est. si illi uirgulta omic
timus. Locis uiginosis aut exilibus
aut frigidis aut opacis de mense sep
tembris circa equinoxium triticum ⁊
alia semina que ante hyemem serunt
dum serenitas constat congrue semi
nantur ut eorum radices ante hyemē
conualescant. Siccis uero aut pingui
bus aut calidis aut soli expositis lo
cis post dicta tempora seminent. dū
modo usq̄ ad hyemis gelicidū nul
latenus differant. Funt preterea se
minaria in quibus nutriuntur tam se
mina q̄ surculi. ut cuz adoleuerint in
alium transferantur locum. hoc semi
narium talem terram ⁊ taliter prepa
ratam desideret. ut infra in tractatu
proximo scriptum est. Sed ut scribit
Varro que in seminario nata sunt si
loca erunt frigidiore que molli na
tura sunt per brumalia tempora tege
re oportet frondibus aut stramentis
Si erunt umbres secuti uidendum ne
alicubi aqua consistat. Venenum em̄
est propter gelu radicibz tenellis sub
terra ⁊ super uirgultis. ne eodem tē
pore eque crescant. quia recte terre tē

pore propagant supra terrā aere fri
gidiore cingunt. Itaq̄ ita esse docēt
siluestria ad que sator nō accessit. nā
prius radices nasci solent. nec longi⁹
procedūt nisi tempore quo uenit sol
Duplex est causa radicum. nam que
dam arbores naturaliter longius p
ducūt radices q̄ alie. ⁊ quia alia ter
ra facilius uiam dat radicibus q̄ a
lia. Si autem seminarium surculis cō
stitutum est cacumina que molliora erūt
natura ut oliue aut fic⁹ integēda sunt
binis tabellis dextra ac sinistra liga
tis. Preterea scribit Varro. q̄ terra
seminarii talis esse debet qualez desi
derant semina ⁊ surculi in ea sata.
Idem dicit q̄ surculi nō debent emi
nere nisi quatuor digitis supra terrā
⁊ cacumina debent fimo bubulo ob
liniri.

C De plantatione ⁊ modo plantan di ⁊ de electione plantaz.

Arborez quedā fructū faci
unt ⁊ semē in fruct⁹ carne
reclusum. Quedā uero nul
lū fructū ferūt i quo semē
aliqd inueniat ex quo possit planta
simul generari. Que fructū ⁊ semē faci
unt. quedā illud parū ⁊ debile faci
unt. quedā grossum ⁊ potēs in dura
testa reclusū. Que semē parū ⁊ debi
le faciunt uirtutem generatiuā habēt
tam in semine q̄ in ramis diffusaz. ⁊
ideo ex utroq̄ plantari ⁊ conualescere
possunt. licet plātatio ex tali semine
sit periculosior. ⁊ quandoq̄ in lōgā
numis speret etatem. ⁊ ex ea non do
mestica sed siluestris planta nascetur
Ex ramis uero plantatio citius et

Facilius conualescit. unde domesti/
ca planta prouenit nō siluestris si ex
planta domestica fuerit ram⁹ accep/
tus. ⁊ i hoc genere est uitis malagra
nata ⁊ ficus ⁊ multe alie. **Q**ue uerō se/
men forte faciunt uirtutem generati/
uam habent maxime in ipso semine
collectam. **I**deoq; ex ipso semine me/
lius q̄ ex ramis proueniunt. **E**t hui⁹
generis sunt nux castanea amigdal⁹
⁊ alie similes. **A**rbores uerō que nul/
lum faciunt fructum uirtutem gene/
ratuam diffusam necessario habent
in ramis cum natura specialē eis de/
putat locum. ubi earum sperma uel
semen colligerent. **I**deoq; ex ipis ra/
mis cum suis gemmis aut ex plantis
cum radicibus cū matre diuulsis op/
tume conualescunt. ⁊ maxime que po/
ros habent apertos per quos facile
transeat nutrimentum. **S**ive autē ex
semine siue ex ramis siue ex radicatis
plantis aliunde diuulsis plātare de/
sideras considera utruq; locus i quo
plantare intendis sit insidiis bestia/
rum expositus aut clausus ⁊ tutus a
nocumento corrosione earum. **S**i ē
insidiis bestiaꝝ expositus melius est
q̄ in aliquo loco clauso umbris ta/
men libero cuius terra sit libera solu/
ta dulcis ⁊ aliquantulum stercorata
⁊ optime subacta ligonibus. ⁊ maxi/
me noua sursum desubtus eleuata. ō
nia semina rami uel plantule duob⁹
distantes pedibus aut uno in semi/
nario plantentur. uidelicet si sint for/
tia semina ut nuxes amigdala ⁊ simi/
lia singulariter. **S**i uero sint debilia
ut uitis malagranata palme ⁊ pira ⁊
similia tria uel quatuor coniunctim
ponantur. ut debilis uirtus unius al

terius auxilio sustēret ⁊ a tidua seu
frequenti fossione dissipentur herbe
nascentes. nec ibidem aliquę domes/
tice seminentur. **F**iant etiam irrigati/
ones tempore magni estus. cum cele/
stis diu negatur infusio. **S**it autem
aqua irrigans non frigida mortifi/
cans nuper de puteis uel fontibus
hausta. sed de piscinis seu palude le/
taminis aut de foueis corruptis ac/
cepta uel sit puteoz uel fontiuꝝ post
q̄ eam exhaustam ⁊ in aliquo loco
positam rectificauerit calor solis. cui
multum proderit si in ea modicum
fimi ponas eamq; sepe moueas ⁊ im/
pingues. **E**t cum earum summitas in/
iuriam corrosione bestiaruꝝ duob⁹
uel tribus annis elapsis euaserit cum
uniuersis radicibus trāfferantur ad
scrobes uidelicet in loco ubi eas post
modum stare disponis. **I**uxta quos
palos figas. ⁊ spinis si oportunum
ēē uidebit munias. **S**i uero loc⁹ clau/
sus ⁊ ab inimiciis bestiarum tutus
existit statim semina ramos uel plā/
tas in loco ubi perpetuo stare debe/
bunt confidenter pone. ⁊ eis eadē tri/
bue auxilia que supra in hui⁹ quas i
seminario nutriendas esse dixi rela/
ta sunt. **S**pacia uero inter arbores
uices seruentur secundū magnitudi/
nem arborum ⁊ terrarum consuetu/
dinem approbatam ⁊ precipue secū/
dum q̄ de singulis plantandis suo
loco dicitur. **S**crobes autem fiant la/
te ac profunde secundū magnitudi/
nem plātule ⁊ radicū. dū tamen in so/
lo arando uel proclui p̄fundius. ⁊ i
humido aut depresso aut min⁹ pro/
funde plantent. ⁊ i mediocri medio/
criter infigāt. **S**i terra nimis cretosa e 2

est eidem plurimum contrite letamen
et sabulum misceat. et si nimium sabu-
losa. letamen cum creta ponatur. Ita-
tamen quod in macra terra plus et in pin-
gui minus letaminis apponat. Sic
autem fumus qui huic apponitur non
porcinus sed aliorum animalium be-
ne maturus. Cum autem planta trans-
fert domestica uel siluestris. pars ad
meridiem uersa rubrica signetur uel a-
lio modo ut translata eisdem celi quod
bus ante steterat cardinibus appona-
tur. Cum uero plantas in scrobe de-
ponis. quod de radicibus lesum iue-
neris amputabis. **O**bseruandum est
tamen ne terra in qua plantatur sit ni-
mis madida aut nimis sicca cum pla-
ta disponit. quia nimis mollis incon-
grue radicibus adaptatur. que uero ni-
mis sicca est sua superflua siccitate ra-
dicum plantule naturalem humidita-
tem consumit. Sed inter utrumque pre-
dictorum tenens medium puluerisa-
bilis seu dissolubilis sit. ut conueni-
ter aptetur radicibus. aut ramis sine
radice plantatis. et pedibus medio-
riter conculcetur. **Q**uod si necessitas te
coegerit in terra nimis sicca uel molli
plantare. de locis aliis conueniens ap-
portetur. et in scrobe usque ad omnium
cooperationem radicum et etiam usque
ad quasi scrobis repletionem si habu-
eris abundantiam eius. **F**iant autem
plantationes predictae de mensibus
octobris uel nouembris in locis ari-
dis et montuosis et calidis. ut eiusdem
terre superflua siccitas circa plantas
humiditate hyemis temperet. In hu-
midis autem aut ualliculosis locis et
frigidis conuenientius in februarii et
martii mense plantatur. ne superflua

hyemis et loci humiditas debilis pla-
te naturalem calorem extinguat. **I**n
temperatis autem locis utroque tempo-
re satis congrue plantantur uel etiam
transplantantur. hec quidem que di-
cta sunt in his que cum radicibus plan-
tantur proprie locum habent. **Q**ue
uero plantantur semina mense ianua-
rii ponenda sunt non amplius qua-
ternis digitis sub terra posita. ut se-
mine de mense subsequenti februa-
rii tumefacto. statim cum primo ve-
ris et solis calorem senserit aperiatur
cortex et pullulet noua planta. **Q**uod si
locus sit calidus et siccus conuenienti-
us octobris uel nouembris mense po-
nunt. **E**t rami qui sine radicibus pla-
tantur de mense martii infigantur ab
arbore nuper abscisi cum uiridi succo
sic cortici iam infusus. quorum qui-
dem plantatio satis etiam apte fieri
poterit de mense octobris post humi-
dum autumnum cum nondum humor
et spiritus uinificus plante fugam ha-
buit ad radices. nam tempore maxi-
mi frigoris calore naturali arboris
ad terre uiscera calida fugiente. secum
que humorem et spiritum trahente. si tunc
rami aut palmites plantandi recidan-
tur a matre plantati debiliter conua-
lescent. **R**amusculus qui plantatur
torquendus non est nec aliquo mo-
do uexandus. et pars ea de qua radix
sperat iniurie nulli subiciatur et maxi-
me in his que amplos poros et lig-
ni ratam compositionem habuerint aut
medullas magnas. ut est salix et ui-
tis et similia hoc seruabis. **S**ed in
his plantis que solidum et spissum
lignum habent ut buxus et sauna et
similes. forsan proderit si rami pars

inferior scindat. ⁊ in scissura immit/
tatur lapillus. ut per longitudinem
pororum plante facile humor terre/
stris ingrediens plantaz nutriat ⁊ cō/
ualescere faciat. Caput inferior i ter/
ram figendus non rotundo sed lon/
go vulnere transuersum ferramenti
incidat acutis. aut ab arbore lacera/
tus plantet. sic enim poros quibz at/
trahit nutrimentuz apertiores habe/
bit. In omni plantatione que post
hyemem in locis calidis ⁊ siccis faci/
enda est utile puto si scrobe terra mo/
dico maturo letamine mixta repleta
succo aut lauatura letaminis aspgat
leuiter tamen ne terrā condenset ⁊ fo/
uea modicum uacua relinquatur. ut
estatis tempore umbres colligat faci/
lius qui eius superflua temperet sicc/
tatem. In his autem plantationibz
que ante hyemem fiūt erit meli⁹ ter/
ram circa plantas exaggerare ipsam
qz fortius comprimere. ne ad plātas
superflua humiditas digestionē im/
pediens colligat. Rami qui plantan/
di sunt potius biennales qz anni ex/
stant. exceptis uitibus ⁊ quibusdaz
aliis in quibus annui tantummodo
esse debent. atqz tales eligantur qui
sint leui succosi nitidi gemmis grossis
⁊ pluribz oculati. ⁊ ad vnā tantuz
materiam sint reducti. In pluribz au/
tem amputat ogrue summitas ⁊ īde
terminata longitudine relinquunt.
ut in salice uite oliua ⁊ ulmo si pla/
cet. ⁊ in quibusdaz aliis his similibz

C De insitionibz per quas plante
mutant ad domesticaz dispositionē

Insitio fit multis modis.
sed ea que maxime profi/
cit ut per eam rudis silue/
strum dispositio mutet i
domesticam ⁊ usui conuenientem dis/
positionem est qz similiuz fiat insitio
in similia secundum genus ⁊ nō secū/
dum speciem sicut piri i pirum. ⁊ ma/
li in malum ⁊ sic de aliis. si em̄ diuer/
sa genere in diuersa inserāt nutrime/
tum talium ad aliam dispositionem
alteratū uix bene nutrit ⁊ forte cor/
rumpet plantam insitaz per rationē
quam diximus de corruptione semi/
nis animalium. ⁊ agrorum quando
diuersa genere semina permiscuntur.
Est autem plantarum ad inuicem i/
ter omnia animata plurima similitu/
do. licet enim arbores speciebus suis
differant tamen lignū vnius speciei
arboris non multum distat a ligno
speciei alterius. Et hoc contingit iō.
quia forma formalis plantarum in/
ter animata plus ē immersa materie.
⁊ quasi in nullo uel modico eleuata
super eā propter quod uita etiā eius
occulta ē. Hac igit de causa fit qz ar/
boris vnius nutrimentum digestio/
nem habet sufficientem primā ut nu/
triat aliam. ⁊ secunda digestio adhi/
bita per aliam conuertit succuz sapo/
rem ⁊ figuram fructus secundum qz
conuenit secunde. Et ideo etiā quan/
do dissimiles sibi plante inseruntur
conualescunt ⁊ fructificant. **C** Op/
tima tamen insitio est ut diximus. si/
milis quantum potest in similem pre/
cipue in truncum aut ramos omnes
inseissos. ut sepe probaui. **C** Item
ait Varro qz melior est insitio in ar/
borem domesticam qz siluestrem. e 3

quia meliores fructus producit. **I**tem
melior est si fiat inferior i stipite q̄ i
ramis in altum. quia melior fit imu
tatio in toto q̄ in parte. **Q**uia autez
omnis insitio fit per infixionem uni
us in aliam. ⁊ per fortem alligationē
ita q̄ insita quasi uenas radicales sp
git in eam cui inserit. sic q̄ nulla cuius
mollicies tanta est q̄ citius conterit
q̄ infigi ⁊ colligari ualeat non pos
sit inseri alicui plante ⁊ iō herbe mol
les hñtes stipites ⁊ olera ⁊ nimis te
nelli surculi nulli plante q̄ diu tales
paulo post. **¶** Voluit campestris frumen/
tarius ager hoc modo. **¶** So diligenter
exculto secundum doctrinam in gene/
ralibus traditam. et eo seminato iterum
areat et ligonibus uniuersum semen o/
periat. glebe rumpantur et ex eis sulci
mundentur tam directi minores quam trans/
uersales maiores per inferiores agro/
rum partes impressi. per quos aque
pluentes libere sine obstaculo ad fos/
sata deriuentur. que si tempore quo gra/
num est in lacte et incipit germinare in
agro remaneant semen extinguit. **¶** De
se uero ianuarii post gelicidii et febru/
arii et martii postquam frumentum est qua/
tuor foliorum sarculo et manibus ab/
omnibus adulterinis herbis munde/
tur. ita quod herbosis locis maturis. non
herbosis seruiat. **¶** De se uero maii non
sunt tangeda frumenta. quia florent oc/
to diebus. Deinde flore deposito di/
ebus quadraginta grandescunt usque
ad maturitatis euentum. **¶** Item dicit
Baladus de ordeo et de ceteris que
sunt seminis singularis. **¶** De se iunij
locis maritumis et calidioribus ac sic/
cis. temperatis uero et frigidis mense

iulij tritici messis abscondit. quaz pa/
ratam esse cognoscis si equaliter spi/
carum populus maturato rubore fla/
uescit. **¶** Et modus quidem metendi so/
litus notus est. **¶** Pars uero galliarum
planior hoc compendio utitur ad mel/
tendum. **¶** Et propter hominum labo/
res unius bouis opera spatium totius mes/
sis assumit. **¶** Fit igitur uehiculum quod
duabus rotis breuiter fertur. huius su/
perficie tabulis munitur que forinse/
cus decliues in summo reddunt spa/
cia longiora ab eius fronte carpenti
breuior est altitudo tabularum ibi de/
tricula plurimi ac rari ad spicarum me/
suram constituuntur in ordine ad supe/
riorem partem de curru. **¶** A tergo ue/
roeiusdem uehicle duo breuissimi ti/
mones figurantur ubi bos capite in
uehiculum uerso iugo aptatur. et bos
mansuetus qui non modum compul/
soris excedat. **¶** Sic ubi uehiculum per/
messes ceperit pellere omnis spica in
carpetum denticulis comprehensa cu/
mulatur abruptis et relictis paleis. al/
titudinem uel humilitatem plerumque
bubulco moderare qui sequitur et ideo
per paucos itus et reditus breui tem/
poris spacio tota messis impletur.
¶ Hoc campestribus locis uel equali/
bus utile est ubi necessaria palea non
habetur. **¶** Secata frumenta in mane us/
que ad terciam. uel tota die cum aer tem/
peratus est ligantur. quia in horis ni/
mie siccitatis spica ac ligamina ex ea/
dem semine franguntur. deinde ligata
portantur ad aream fasciculis nume/
ratis. et sub tecto aliquo aut in barchis
taliter disponuntur quod aqua plures in/
trare non possit. ibique congregentur
donec fuerit uniuersa messis expleta **¶**

Postmodū trituran^r aut uirgis aut
equabus. sed uirgarum tritura meli⁹
totum frumentum de paleis excutit.
triturationo uero equaz uelocius. ⁊ fra
ctione paleaz eas nutrimento ani
malium melius preparat. Ab omni
bus folliculis ⁊ seminibus extraneis
euentatiōe mūdāt ⁊ oueniēter exsicca
ta ⁊ refrigerata ī areis ad orrea suā
da portāt. cui⁹ durabilitati pderit
si sepe inquirat ne intra se acervi ca
lore inficiant extraneo. Quod qui
dem cum acciderit per granaria siue
orrea moueant. uel euentent. uel qd
melius est ad solem ⁊ aerem deportē
tur. ⁊ refrigerata iterum orreis inferā
tur. Generaliter tamē de omnib⁹ gra
nis preter milium compertum ē q^d in
stipulis suis diuici⁹ q^d excussa seruan
tur. Frumentū fm Isaac caliduz
est ⁊ humidum temperate. Cortex ei⁹
calidus ⁊ siccus est ⁊ mundificati⁹.
nutrimentum ei⁹ est paruissimū. in a
qua calida missus ⁊ perfricatus atq³
colatus coctusq³ pectora ⁊ pulmo
nes uiscosis humoribus purgat. et si
aqua mittat in lac nutritibilior efficit^r
Si cum uino aqua mixto coquatur
⁊ fiat cathaplasma de eo. mamillis
duris propter lac coagulationē dis
solut. Ascorus autem dicit q^d fari
na frumenti cū melle mixta faciei pu
stulas sanat. mamillis ex coagulatio
ne lactis induratis cūz adipe ⁊ uino
decocta duriciem molliciat. Collecti
ones ⁊ apostemata maturat. uernos
induratos ⁊ indignatos ⁊ quasi spas
maticos relaxat. Et eadem dicit Dyas
corides. Fermentum cum sale mixtū
apostemata maturat. Tritici recētis
⁊ noui nutrimentum parum crudum

flanticum ⁊ inflatum existit. rugitū
⁊ dolorem lateribus commouet. assa
tum magis nutrit uentositatem min⁹
facit ⁊ stipticum est. In aqua coctus
grauissimum est ⁊ inflatum. Digesti
oni durum. ⁊ rugitum mouet. humo
res densissimos uiscosissimos gene
rat. Sed tamen si bene digeritur mul
tum nutrit ⁊ membra confortat. ppl
terea dari oportet eis qui magnis la
boribus exercentur. Granū fractū si
cum lacte coquatur sanguinez bonū
⁊ laudabilem generat ⁊ nutrimentuz
multum. Si tamen sepe sumantur ol
pilationem epatis ⁊ duriciem splenis
⁊ lapidez in uesica ⁊ rembus faciunt
maxime si renes calidos naturaliter
uel accidentaliter inueniant. Et pass
ta quidem frumenti qua pluribus u
timur modis siquidem azima. uiscol
sa est inflatiua ⁊ ad digerendum du
ra. ⁊ deoq³ inflationes ⁊ dolores. ⁊ o
pilationes generat. ⁊ nutrimentū tu
rum ⁊ grossum ⁊ illaudabile reddit.
quare exercitantibus tantum conue
nit. Si uero fuerit fermentata bonū
⁊ laudabile generat nutrimentum.
Si uero frixa l sub prunis cocta ma
la est. quia exterius dura ⁊ interius uis
cosa ⁊ semicocta remanet. ⁊ deoq³
nec oasosis competit propter uiscosi
tatem ⁊ cruditatez intrinsecam nec ex
ercitantibus propter duriciem ⁊ ad
ustionem extrinsecam. Panis in for
ma magnus corticem subtiliorē ⁊ du
riorem habet. propterea eius cortex
parum nutrit ⁊ est ad digerendū du
rus. humiditatem desiccāt unde ⁊ uē
trem constipat. medulle uero multuz
habet. ⁊ ipsa medulla est grossa uis
cosa humida inflatiua. ⁊ flegma uis

cosum generat. **P**anis autem parui
et subtilis interiora ignis perforat et
medulle humiditatem desiccatur. unde
parum nutrit et tarde egerit. uentrem
enim constipat precipue si frigidus sit.
et uno uel duobus diebus a coctione
longinquus. **S**ui uero est mesure me
die in forma medie est potestatis.

Et panis quidem cuius ignis in coc
tione magnus fuit habet exteriora ex
siccata et indurata. Interiora uero non
bene cocta. quia uelociter cortex in
durata non permittit focum ad inte
riora penetrare. **I**deoque cortex est du
ra non nutriendus sicut fere incensa. un
de siccissimum sanguinem parit et co
stipat uentrem. **E**t mica quidem uiscol
sa grossa et indigesta. unde crudos et
uiscosos generat humores. Si enim an
tequam coctus sit extrahatur uiscosus erit
fortiter digerentibus et exercitantibus
tamen necessarius. **E**t si dimissus fuerit
usque quam coctus erit siccus erit et stiptri
cus et durus digeri. **M**ediocris uero
focus temperatus est quia totum pe
netrat corpus panis equaliter. **E**t co
ctus quidem in furno melior est. quia
tota equaliter coquitur. sub testis ue
ro deterior. quia focus in una parte
magis operatur et altera cruda reman
et et uiscosa. et ideo ad digerendum du
rus est. **S**i ergo sepe comedatur post
multum temporis inflationes et do
lores lateris generabit. **S**imiliter sub
cineribus aut super carbones coctus ue
lociter extrinsecus desiccatur. interior uero
grossus remanet et uiscosus. et mul
tum cineris cum eo admiscetur. maxi
me si ligna sint mollia et cito incendun
tur. et ideo inflationes grauitates me
brorum et obscuritates facit. **E**t panis

quidem calidus aut recens magis est
humidus et nutritiuus. qui post unum
aut duos dies accipitur laudabilis est
quia temperatus est interior et exterior.
Siccissimus rarus est et leuis causa ab
late humiditatis. unde humores de
siccatur et generat sitim propter desicca
tionem stomachi. et uentrem constipat.
Panis autem temperate habens fer
mentum et sal et bene confectus et sicut
oportet coctus facile in stomacho di
geritur et sanguinem clarissimum in cor
pore generat. **U**nde commodior est
eis qui in quiete sunt et deliciarum de
lectatione. **E**xercitantibus et laboran
tibus inconueniens est. propter sui sub
tilitatem et facilitatem dissolutionis
ex membris eorum. **P**anis uero pa
rui fermentatus sal non habens nec
bene coctus uiscositatem creat et gros
siciem. propter hoc aptus est exercitan
tibus et fortiter digerentibus. **P**anis
uero superfluum frumenti et salis habens
minime nutrit et confortat. **D**urem enim
salis humiditatem eius desiccatur. ferme
tum uero coniunctionem rectificat.

De faba.

Faba quedam grossa que
daz parua est. **E**t quedam
alba quedam nigra est. **E**t
iterum quedam facile co
quitur quedam dure. **E**t alba quidem
que facile coquitur est melior. et par
ua saporosior est et magis fertilis quam
grossa. **G**rossa uero pulchrior sed mi
nus fertilis. **I**n omni aere habitabili
prouenire dicitur. **T**erra desiderat plu
uiam et cretosam. et in ea subtile facit
coracem et facile coquitur et mediocriter

soluta satis conuenienter nascit̃. **I**n
fabulo uero ⁊ macra non bene pro/
uenit. ⁊ que ibi nascit̃ grossum habz
corticem ⁊ dura est ad coquendū. ni
si talis ager letamine impinguet̃. tūc
enim eius malicia emendat̃. **M**elior
tamen semper est que nascit̃ in terra
pingui cretosa. **S**eminat̃ autem i sti/
pulis ⁊ terra non arata. licet ⁊ in ara
ta seri congrue possit. **S**pergit̃ autē
semē in locis calidis aut temperatis
mense nouembris ⁊ decembris. **F**rigi
dis autem aut temperatis de mense
ianuarii ⁊ februarii. cū p̃ terra forte
gelicidium talis est q̃ possit arari p̃
spersum semen. **E**t melius quideꝫ in
humida q̃ sicca terra serit̃. **S**ed ⁊ se/
ri potest de mense martii maxime in
terra ualde pingui. cui multum p̃de
rit cum tarde serit̃. si madida semine
tur sic enim statim germinare ⁊ nasci
coget̃. q̃ si in aqua letaminis duobꝫ
uel tribus diebꝫ mollificari sinat̃. q̃
nascet̃ ex ea melioris erit cocture. ⁊ e
tiam talis mollificatio pinguis eidē
contra terre macredinem auxilium ex
hibebit. **Q**uidam dicunt fabam in a
qua uitrata cum serit̃ respersam coe
turam non habere difficilem nec ē ne
cesse ut nascat̃ q̃ glebe in eius semina
tione rumpantur. hiis enim non ob
stantibus licet plurimum infra terrā
submersa fuerit. erumpit pullulans
ad superficiem terre. **C**orbis una ⁊
minus bubulcam complet. nam late
spergenda est. ut dilatari i stipitibꝫ
possit. **L**una autem plena melius se
rit̃ faba. **H**oc genere letaminis terra
non ledit̃ ⁊ maxime si radices dimic
tantur. nisi per accidēs ager fuerit hu
midus. **N**am **C**olumela dicit agrum

frumentis utiliore probari. qui an
no superiori uacuis fuerit. q̃ qui ca
lamos fabacee messis eduxit. ⁊ uerū
dicit duplici ratione. una ratio quia
de nutrimento frumenti aliquid con
sumpsit. altera quia non potuit in ef
fate sic commodē exarari ut nudus.
Faba secundum **P**aladiū truncāda
est cū quatuor digitis eminet super
terram. deinde alia uice sariat̃ cū her
be noue fuerint in ea renate. quo qui
dem non affligit̃ sed proficiet ⁊ mul
tum fructum reddet. **E**t fixa quideꝫ
prope modum sicut integra respon
det. **M**ense maii ⁊ iunii faba quadra
ginta diebus floret simulqꝫ grandef
cit. **I**dem est in omnibus que sunt se
minis duplicis uelut pisum ⁊ cetera
legumina. **M**ense iunii faba luna mi
nuente uelletur ante lucem sane. ⁊ an
teqꝫ luna procedat ⁊ excussa ⁊ refri
gerata ponat̃ i orreo. ⁊ sic gurgulio
nes aut nullo modo aut minus pati
etur infestos ut **P**aladius ait. **V**ar
ro scribit q̃ faba ⁊ cetera legumina i
uasis oleariis cinere oblita per diu i
columia seruant̃. **F**abe ut ait **I**saac
aut comedunt̃ uirides ⁊ tunc frigide
sunt ⁊ humide in primo gradu ⁊ hu
mores generant grossos crudos ⁊ in
flatuos. **N**ū uentositatem faciunt. et
ideo stomacho ualde nociue sunt. sic
ce uero ⁊ maturate perfecte frigide
sunt ⁊ sicce i primo gradu. ⁊ illauda
bilē generāt sanguinē. ⁊ carnē inflant
⁊ dilatant. ⁊ operant̃ in ea quod fer
mentum in farina. **U**nde in superio
ribꝫ uētris plurimā grossiciē generāt
⁊ inflatiuam. ex qua fumꝫ in caput
ascendēs cerebro nocet. ⁊ somnia me
ta ⁊ corrupta ioucit. **C**ū igitur buꝫ

nature sint fabe non eis aliquo decoctionis modo potest auferri sed minui. Experimento autem hoc probatur. quia fabis quotidie utentes indigestionem et inflationem patiuntur. etiam si sanctissimi sint. Mundificatiue autem sunt. et ideo ualent ad lentiginem et qui cutem sui corporis mundificari uolunt ex farina eaz lauari assuescant. Diuersis coquitur modis. Quedam enim aqua coquunt. quedam enim igni assantur. Cocte in aqua laudabiliores sunt. quoniam aqua eis plurimum aufert uentositatis et grossicie. maxime si eiecta aqua priori altera iungatur. Hec quoque decoctio duobus fit modis. aut cum cortice. aut sine cortice. Et cocte quidem cum cortice dure sunt ad digerendum grosse inflatione stipicitas enim corticis egressionem prohibet uentris. et mora eius diuturna in uentre uentositatem et inflationem generat. Cocte uero sine cortice minus sunt inflatione et cito digeruntur. et si secundum ius fiat calefactiuis rebus appositus ut pipere zinzibere uel oleo pfecta est medicina ad coitus operationem. Comeste autem cum origano menta cimino et similibus suam uentositatem et inflationem minuunt. Assate minus uentositatis et inflationis habent. sed ad digerendum durissime sunt. uerumtamen si aqua infundantur post assationem et cum cimino mēta et origano comedantur duricie amittunt. Fabe confracte bobus in cibis continue abundanter exhibite. cito eos impinguant. et hoc modo boues magni et senes a peritis beccariis impinguant in diebus quindecim et renouatur caro eorum. Auicenna dicit quod fa-

baz rectificatio est. plonatio infusionis earum et bonitas decoctionis et comedere eas cum pipere et sale et similibus et cum oleo. et meliores omnium sunt grosse albe non perforate a gurgulionibus. Et ex proprietatibus earum est quod abscondunt oua gallinarum cum nutriuntur ex eis. et quod faciunt uidere somnia cum alienatione perturbata. et quod faciunt accidere pruritum proprie recentes. Item emplastrum ex corticibus earum super femur infantis prohibet ortum pilorum. Similiter quando sepe iteratur super locum rasum. Et fabe abstergunt morpheam in facie et precipue cum cortice et pannum et lentiginem et faciunt colorem bonum. et earum emplastrum est bonum apostemati mamille. et casei tati lactis in ea. et quod ex eis cocta sunt cum aceto et aqua conferunt solutionem antiquae et proprie cum fuerint cum corticibus suis. et conferunt dissinterie. Plinius dicit quod faba cocta cum colatura eius potata pulmonem mundificat apostemata mamillaz curat cum rosas mixta dolorem et liuorem et leppitudinem oculorum curat masticata et temporibus apposita. huius res ad oculos reumatizantes opescit. Item scissa et super uenam inscisa posita sanguinem restringit. lac affluens de mamillis sistit. et defluere de mamillis non permittit. Podagricis et arteticis cum adipe ouis decocta subuenit si super doloris locum emplastrum. Tumores et inflationes apostemati repercutit si in principio decocta in aceto tumori apponatur. Item dicit quod quando faba est in flore aquas maxime concupiscit cum uero effloruit di-

ligit siccitatē. Item dicit q̄ in aqua marina uel salsa uix coquit. Dicit etiā q̄ in insulis maris oceani nascitur faba per se que coqui non potest. Item in egipto nascit faba spinosa longa decem cubitorum quam coco/drilli fugiunt. timentes ne oculi corū spinis eius ledantur.

C De farre

Her est quasi similis plante. sed est grossior ī herba et grano. Seritur tempore tritici et spelte. Et corbis unā habulcā complet. Munda et metitur ut triticum. Far temperate complexionis est. et est cibus bonus sanis et egris. satis enim nutrit et confortat. et bonum generat sanguinem. et potius est stipticum q̄ laxatiuum.

C De faseolo.

Haseoli noti sunt et eorum quidam sunt rubei. Terrā autē desiderant qualē panicum et miliū. et inter ipsa et cicera commode seminant. Seruntur etiam in ortis inter cepas et caules. sed et in minus soluta terra pueniunt. et eisdem temporibus seminantur. Et q̄tomagis terra pinguis fuerit. tanto rarius seminant. herbis sepe mundentur. Colliguntur autē successiue ipsorum silique quotiēs albedine sua maturitatem fatentur. et suplintheis aut sextoriis ad solem siccantur. Rubei calidi sunt et humidi ī medio secundi gradus. Albi uero parū minus calidi sed magis humidi. Testat hoc quia eorum grana ut cetera siccari nō possunt. et si desiccant diu

seruari non possunt. humores generat grossos et inflationem uentositatem fumumq̄ plurimū caput implet. et somnia pessima ac terribilia faciunt et corrupta. Auicenna preterea dicit q̄ generant humorem grossum. sed sinapis prohibet nocumentū eorum. et similiter acetum cum sale pipere et origano.

C De gith.

Gith est semen nigrum et quasi triangulare. cuius herba nascit in frumentis et spelitis et siligine. et vulgarter dicit gittironus. et facit flores rubeos ad modum campanellarū. Est autem calidus et siccus in secundo gradu. Virtutem habet dissoluenti et osumendi. contra opilationem splenis et renum et yliacam passionem et dolorem stomachi ex uentositate ualet puluis eius in cibus. Contra lumbricos datur puluis eius cum melle et fit etiam emplastrum ex puluere eius et succo absinthii circa umbilicum.

C De lolio.

Lolium siue zizania nascit inter triticum. siccis corruptisq̄ partibus. vim acutam habet et uenenosam. Opilat. mentem perturbat. et inebriat. Cum uino cocta et stercore asinino et semine lini cathaplasmate facto apostema dissoluit et strophulas. Coctam radicis cortice et vulneribus iam putrefactis apposita sanat et mundificat. Item est adustiuā tritici. quia trahit nutrimentum eius. sicut papa uer est zizania auene et caulis uici

quia adurit eam ut ait **Albertus**.

De lenticula

Lenticula nota ē. hec vult
habere locū tenuē ⁊ reso/
lutum uel etiam pinguem
sed siccū maxime. quia lu/
xuria ⁊ humore corrumpit usq; ad
lunam duodecimaz. De mense febru
arii seritur. Quartarium corbis in sa
tione bubulce sufficit. Cum aut lens
ualde cito pullulet ⁊ incrementū ac
cipiat oportet q; si ager fumandus ē
priusq; seratur cum fimo arido mis/
ceat. ⁊ cum in illo quatuor uel quin
q; diebus steterit tunc spargat in a/
grum. hoc **Albertus**. Sed **Paladius**
precipit hoc fieri debere ut cito nas/
catur ⁊ crescat. Frigida est in primo
gradu. sicca in tercio. Nutrimētū e
ius est grossum ⁊ ad digerendū durū
melancolicū sanguineū generat ⁊ si cū
corticibus comedat cerebrum fumo
grosso implet ⁊ melancolico. vñ cau
sa est doloris ⁊ fallacium formido/
losorumq; somniorum. Ventositatē
⁊ inflationem ⁊ constipationem faci
unt. Preterea ceteris granis stōacho
nocuior est. ⁊ pulmōi ac dyasfrag/
mati ⁊ pelliculis cerebri ceterisq; ner/
uis pellicularum ⁊ precipue oculorū
quia humiditatem eorum desiccāt et
exasperat. sanis oculis officit. q̄to/
magis infirmis. Est igit complexio/
ni sicce noxia. sed eis qui hūde sunt
complexionis aliquando profunt.
si sine cortice coquantur. Itē ⁊ ydro/
pici valent. cum cortice uero nocent
nimis propter uentositatem in infla/
tionem quam faciunt. grandis ⁊ no/
ua ⁊ coquibilis melior est secundum

cibum ⁊ medicinam q̄ parua uetus
⁊ dura. Si cineri misceatur melius ser
uabitur.

De lupinis

Lupini autem terras vel
uineas impinguandi aut
seminis colligendi causa
seruntur. Quia prima cau
sa in uineis uel agris spergunt de mē
se augusti. uel collectis uinis serendi
sunt. ⁊ ligonibus cooperiendi uel a/
ratro. Deinde mense aprilis uel maii
cum ad debitum augmentum perue/
nerint euertendi. sic enim uineas ⁊ a
gros letaminis more impinguant et
fecundant. ⁊ in agris tunc seratur. et
milium panicum ⁊ tempore uenien/
te frumentum. Et uineis quidem ma
gis letamine conferunt. quod eis nō
bene competere dicit. quia consuevit
uini uiciare saporez. Serunt etiā op
time post collectas messes in stipu/
lis uel faualibus bis aratis uel circa
principium augusti. Deinde mēse oc
tobris iuxta terraz ligonibus incidū
tur ⁊ per sulcos ponunt. super quos
seminato frumento uomere terra uol
uitur. ⁊ sic denuo optimum granum
ibidem efficitur. ubi etiā anno sequē
ti iterum frumentum seri potest uel si
ligo. Possunt etiam seri eodem tem
pore inter panicum in secunda ei⁹ sar
culatione. qui collecto panico rema/
nebunt ut agrum impinguent frumē/
tarium secundum modum predictū.
⁊ tunc due corbes eius uel plures in
bubulca ponunt. Qui uero seminis
colligendi causa seruntur mense octo
bris ⁊ nouembris debent seri. ⁊ cor/
bis una bubulcam complet. limoso

agro lupinus non nascit. **E**retaz for-
midat. ⁊ exilem terram ac lubricā di-
ligit. **L**upini sarculandi non sunt et
sarculati extinguunt. quia vnam tan-
tum radicem habent. nec hoc quidez
desiderant. quia herbas preter auxi-
lium cultoris affligunt. **A**dense iunui
uel iulii colligit. ⁊ statim si placuerit
fertur ex area. sed est ab humore lō/
ge ponendus in orreis. sic enim diu/
tissime custodit. maxime si ad grana-
ria eius afflauerit fum⁹ assidu⁹. **L**upi-
ni (ut ait **Y**saac) calidi ⁊ siccī sunt ī
secundo gradu. **E**t eorum alius est a-
marus qui ex natura sua talis est. et
hic medicine competit. **A**lius dulcis
⁊ insipidus. qui ex mora multa in a/
qua dulcoratus est ⁊ insipidus faci-
tus. **F**arina lupinorum cum melle ua-
let contra lumbricos. ad idem valet
panis factus ex farina eius melle et
abstinthio positus super stomachū
⁊ melius si addatur ad modū aloes
Eadem farina apostemata maturat
⁊ rumpit. **L**upinus (ut ait **N**uicen/
na) subtiliat capillos ⁊ abstergit pā-
nos ⁊ morpheam ⁊ faciem. ⁊ tūc ma-
xime quando decoquitur cum aqua
pluviali donec dissoluatur. **Q**uidaz
dicunt qd farina lupinorū pilos na-
tos adurit ⁊ exurgere alios non per-
mittit. **Y**saac ait qd si aqua ī qua dul-
corant loca cimicum abluantur mo-
rientur. **D**ulcorati uero lupini nutri-
mentum grossum est ⁊ ad digerendū
durum. **I**deoq; humores generāt uis-
cosos.

C De lino.

Linum desiderat aerē tem-
peratum ⁊ terram solutā
⁊ pinguem. ⁊ quanto pin-
guior fuerit tanto ipsius
stupa erit grossior. quanto uero ma-
rior. tanto eius stupa subtilior erit
sed ex eo parum ⁊ breue in tali terra
nascet. huius autem seminatione ter-
ra satis maculari ⁊ leui credit. **I**deo
q; auxilio letaminis eget si tale semē
recipere assuescit. **I**us terra semel an-
te hyemem debet arari. ut glebe p-
ter gelu sequentis hyemis in pulue-
rem reducantur. deinde post hyemē
cum primum poterit secunda uice ar-
rabit. deinde erpegat ⁊ iterum arat
quinq; uel sex uicibus. inter omnes ī
tantum qd quasi in puluerem redigat-
ur. **I**ta tamen qd prima uice profun-
dus. secunda uice minus. ⁊ funde al-
retur. ⁊ sic semper profundatio usq;
ad uicem ultimam minuat. **D**einde a
medio aprilis usq; ad eius finem ip-
sius est optima satio. que in summo
terre fit minus uno palmo. terra su-
pra semen aratro reuoluta. **I**n cuius
satione secundum morez alexandrie
ubi linum optime procuratur potest
unus bos vnūz ducere aratrū. ⁊ duo
simul iuncti possunt ducere duo. uel
mum aratrum per vnum brachium
parum plus quodam fune sequatur
ad primum. quorū unumquodq; su-
um habeat bubulcum qui aratrū te-
neat ⁊ conducatur. **T**res corbes huius
seminis uel parum plus sufficiunt in
bubulca. **C**ui multum proderit si ca-
lis ager erpegat postq; fuerit semina-
tus. **S**i si tempus magne fuerit siccit-
tatis ei ualde proderit si poterit irri-
gari. p-ter etiā feri ante hyemē in locis

calidis. in quibus linum natuꝝ frigo
re non ledat. ⁊ tunc melius prouenit
in terra mediocriter cretosa q̃ in ni/
mis soluta. nec ē necesse q̃ sic piguis
⁊ q̃ ultra duas uices aretur dummo
do terra puluerizetur. ⁊ cum fuerit se
minatum melius est q̃ cuꝝ erpexe so
lummodo de quibusdam spinis fac
to semen operiat. **M**elius etiam ē q̃
unus homo cum fune trahat erpexē
q̃ boues propter nocumentum vri
narum. ⁊ hoc est cuilibet homini faci
le. hec herba bis mundanda est que
maxime gr̃igo id est cūstute uel lini
podagra inuolvente suffocat. **I**deo
q̃ excirpandus est anteq̃ circa li/
num inuoluatur. licet per ipsum am
bulando ledatur cum magnum ē. et
ideo mundator debet ate se manibꝯ
aperire. ⁊ ire per eum eleuatis optie
pannis. **S**ed cum prima uice munda
tur quia tunc paruum est ⁊ conculca/
tum releuat ⁊ nō ledit ambulādo p
eum. **C**olligitur cum maturato colore
flauescit. ⁊ eodē die ne rore tangatur
sub tecto portat ligatum in fascibus
Deinde malleolis ligneis excutit se
mina. ⁊ ipsum linum ad maceranduz
in aqua ponit. in qua quatuorlꝯ quī
q̃ diebꝯ si putrida sit stecisse suffici/
at. **S**i autem nō sit corrupta usqꝫ ad
septem dies ī ea stare oportet. ut pu
trescat caro herba. ⁊ cortex ex quo
fit stupa remanet incorruptus. **D**el
potest optime macerari hoc modo.
ut mediolanenses obseruant. **C**ū ma/
turum est colligit sine aliquibus her
bis admixtis ⁊ in paruis fasciculis
ligat cum herbis uel siligine aut iun/
cis. ⁊ in campo siccatur. ⁊ quantū po
test defenset a pluuiis. precipue cū ē

siccum. postea deferitur ad domum ⁊
sub tecto ponit ⁊ seruat usqꝫ ad mē
sem augusti donec completa sit tritu
rationis necessitas. tunc autem semen
aufert ⁊ ad aquam portat ⁊ ī ea po
natur ac sepe cum particis submerga
tur uel ponderetur quibusdaz lignis
ut optime balneetur. ⁊ in ea dimittet
per dimidiam diem tantum. ⁊ sic bñ
balneatum reducatur ad domum. et
totum ponatur in cumulo iuxta mu
rum sub tecto. ⁊ paleis operiatur. et
sic dimittatur tribus diebus in qui/
bus calefiet ac macerabitur. ⁊ tunc cū
infrigidatum fuerit uel tenerum ac le
ue effectum. uel semina in eo remanē/
tia incipiunt germinare. uel stupa eiꝯ
a carne remota per se non torquetur
completa erit maceratio. ⁊ tunc unus
quisqꝫ fasciculus diuidatur in tres p
quatuor manipulos magnos ⁊ cū ip
so lino ligentur ⁊ in area optime ex/
siccetur ⁊ reponatur. **P**ostea poterit
quolibet tempore reparari ut moris
est. **E**rit autem signum temperate ma
cerationis quando maceratur in aq̃
cum tactu mollescit. adeo q̃ omnem
rigiditatem amiserit. **C**ognoscitur eti
am si ex eo aliquid extrahatur de a/
qua. ⁊ siccatum probetur. si caro her
balis a stupa facile separatur. **V**erū/
tamen si minus q̃ expedit maceretur
erit stupa fortior ⁊ albior. sed nō p
fecte separabitur ab ea caro herbalis
⁊ erit durior ad filandū. **D**einde op
time lauatur ⁊ ī aqua excutitur ⁊ ad
solem siccatur. **C**um autem siccātū fu
erit concutitur malleolis ligneis. ut
eius caro rumpatur. **D**einde ad so/
lem calidum ponitur. ⁊ cum fuerit ca
lefactum. in pannis calidis in

domo simul ponit̃ ⁊ cooperit̃. ⁊ cuꝫ
per aliquas horas sic steterit grame/
tur. hoc enīz modo mundat̃ optime
nec stup̃a rumpitur gramodo quod
fieret si statim gramaret̃. Et si tempꝫ
fuerit humidum cum multis pannis
calefactis ad ignem preparat̃ grami
ne. Deinde a spatulis eius mundifi/
catio completur. deinde pectinat̃ et
filatur. Virtus seminis lini secundūz
Auiennā ē proxima uirtuti seminis
fenugreci. Validum est in primo gra
du. ⁊ mensuratum in humiditate ⁊ sic
citate. Si sumat̃ cum melle ⁊ pipere
mouet coitum.

De ordeo.

Ordeum tolerat omnē ae/
rem ⁊ desiderat terram p̃i
guem ut optime proficiat
⁊ in mediocri etiam p̃ue/
nit. Et patenti magis q̃z umbroso lo
co letatur. hīs temporibz eodē mo/
do ut triticū serit̃. ⁊ septēz diebz sub
terra morat̃ ⁊ tunc egreditur (ut ait
Varro) Legumina uero quinqz die
bus preterq̃z faba. Seri etiam ab Al
berto dicit̃ in principio ueris ⁊ utrū
qz fieri potest. Sed huiꝫ satiōis mes/
sis ad maturitatem tardīꝫ puenit.
Ordeum cum marzolum qđ bononie
marzola uocat̃ serit̃ toto mense mar
tīi ⁊ principio mensis aprilis. ⁊ men/
se iulii est maturum. Item inuenit̃ or
deum quod in trituratione mundat̃
ut frumentum. ⁊ istud eodem tempo
re serit̃ quo frumentum. in seminādo
corbis vna bubulcam perficit. Coli
tur ⁊ mundatur ut frumentum. ⁊ ma
turatur modicū ante ip̃m. ideoqz mes
sis eius primo recipitur. que consum

manda est anteq̃z grana refractis spi
cis lapsa decurrāt. quia nullis uelut
triticum folliculis uestiuntur. Eīꝫ cul
mos quos pinguiōnes dicimus in a
gris aliquādiu iacere sinamꝫ. qz hoc
modo grandescit tritatur ut triti/
cum. Ordeum secundū Isaac ⁊ A/
uicennam frigidum ⁊ sicum est ī pri
mo gradu. uirtutem habet mundifi/
catiuam ⁊ excolatiuam. plus tamen
faba desiccatur ⁊ propterea ab inflati
one liberatur. ordeum ⁊ triticum nutri
biliora ⁊ laudabiliora sūt ceteris gra
nis. Sed ordeum citius digeritur. et
ideo de membris citius dissoluitur.
frumentum uero tardius digeritur et
tardius a membris dissoluitur. Gal
lienus de ordeo ⁊ faba secundūz me
dicinam dicit. Ordeum ⁊ faba quo
niam temperamento sunt uicina ī me
tis secundū medicinam locum habē
bent sicut cera ⁊ oleum in cathaplas
matibus. fit de ordeo confectio uti
lis. elixatur ordeum prius aqua. p̃
assatur. Deinde farina facta cum zu
charo conficitur. hoc ī estiuo tempo
re ad stomachi ⁊ epatis refrigeriū ua
let. Ad sitim etiam ualet cum aqua re
peratum. siue grossum ut cum coclea
ri comedatur siue liquidum ut biba
tur. Ex eo psisana conficitur hoc
modo. ut cortex auferri possit. men
sura ordeī sumatur vna. aque nouēz
⁊ tamdiu coquatur donec redigatur
ad vnā. ⁊ colatum potui detur.
Hoc ualet ad custodiendum sanita
tem. corpusqz humectat. Si corpus
refrigerium plus appetat parum. ace
ti misceatur. vel addatur semen pal
paueris albi. Psisana sanis cre
bro vsu clarissimum et perfectissimū

mun sanguinem generat nec min⁹ q̄
panis nutrit. que sanis dāo a est. In
firmis uero diuersis modis prout cu
iusq̄ expedit infirmitati. Si enim
uelis sitim ⁊ epatis calorem extin/
guere bibe supradicto modo. Si ex
colatiuam ⁊ mundificatiuam ptisa/
nam esse uolueris cum cortice coque.
Si laxatiuam ⁊ refrigeratiuam cocte
in mane superpone mel uioaceū. Si
propter epatis opilationez illud ue
lis accipere cum eo coquis simul ra/
dices apii ⁊ feniculi. ⁊ accipe illud cū
orizacara. Alii autem dicunt q̄ pti/
fana fit hoc modo. ordeum munda/
tum decoquat multū bene in aqua
⁊ colet per pannū. Farina sic fit. or/
deum bene mundatum in mola poni
tur ⁊ terit. mola tamen aliquantulū
subleuata ut grossam operet farinā.
Farina talis in aqua cocta diu ē op/
timus cibus febricitantibus ⁊ preci/
pue laborantibus apostemate spū/
tualium. Auicenna dicit q̄ habet p/
prietates dictas de siligine. Item si
fit linimentum ex eo cum aceto forti
⁊ ponat more emplastri supra scabi/
em ulceratam sanat eam. Item fit ex
eo emplastrum cum citoniis ⁊ aceto
super podagram ⁊ prohibet fluxum
superfluitatum ad iuncturas. Et aq̄
eius confert egritudinibus pectoris.
Et quando bibitur cum semine feni/
culi facit abundare lac. ⁊ aqua eius ē
infrigidatiua ⁊ humectiua februm.
In calidis quidem pura ⁊ in frigidis
cum apio ⁊ feniculo.

De milica.

Milica est notissima. Eius
quidem duplex est mane
ries. Est enim quedā ru
bea. quedam alba. Itē in
uenit tertia species que est albior mi
lito. Et iterum quedam in herba mul
tum excrecit. quedam parum. Et rur
sus quedam morat in agris ut lōga
⁊ quedam in paucis maturat dieb⁹
ut milium. ⁊ hec est que in herba pa
rum excrecit ut milium. terram desi/
derat ualde pinguez ⁊ potius creto
sam q̄ solutam. ⁊ eam ualde macrat
propter multum nutrimentū quod
querit. Et locis quasi paludosis leta
tur ibiq̄ optime prouenit cū primo
reducuntur ad cultum. nam nimia pi
gue dine talis loci frumentum ⁊ faba
periret in eo nisi primo per sationez
milice superflua consumeretur pigue
do. Serit in pastinata terra uel ī so
lida. potest etia⁹ seri per sulcos faba
ruz ⁊ ciceruz. ⁊ ubicunq̄ rare nate fue
rint fabe ⁊ cicera in secunda sarculati
one ipsarum. que fabis a ciceribus e/
radicatis erit denuo sarculanda. In
temperato aere circa finem martii et
initium mensis aprilis. In calido ue
ro maturius ⁊ in frigido serius est se
renda. Sed ea que parua est toto tē/
pore quo milium seritur potest seri.
quia tantumdem moratur in agris.
Et ideo quidam mixtim eam semi/
nant cum milio uel panico. uel etiam
cum utroq̄ simul. Et parū huiusmo
di seminis uidelicet octaua corbis
sufficit ad complendam bubulcam.
Circa quindecim uel uiginti dies se/
men eius sub terra morat anteq̄ nas
catur ⁊ natum licet sit parua milica
tamen runcatur circa finem aprilis et g

initium mensis maii. et tunc ipsa herba oblaqueat ut melius germinet et pullulet a radice. Deinde mense iunii ferit siue runcatur secunda uice et tunc circa ipsius herbam terra cumulet ut a casu melius defendat et sole mense augusti uel septembris colligitur eis iuxta terram insas. et postea iuxta panoclas si melegaria habere uolueris. Si uero eis non eges particis flectit et panocle insidunt et in fasciculis ligantur melegariis super radices in campo relictis. et in bubulca mediocris milice circa sedecim corbes proueniunt. siccanda est quantuz potest postquam equabus fuerit tritura per uirgis. et in loco reponenda uentoso quam tum potest aperta. ne nimium adunata calefiat et corrumpat. Melegaria competunt ad claudenda tuguria. et uias tempore luti sternendas. et competunt igni et clibanis calefaciendis. cum fuerint exsiccata. et plantis salicium inuoluendis ne excoerentur a bestiis et ne sole urant estiuo. Semen milice bonus cibus est porcis. pro cibo et bobus et equis dari potest. et homines ea tempore necessitatis utuntur et sola et cum aliis granis in pane. et precipue rustici qui continuis laboribus exercitantur. Et est frigidum et siccum. generat melancolicum sanguinem. Item inflatum est. et propter suum pondus facit descendere cibum quem in uentre inuenit.

C De milio.

Milium notum est. cuius duplex est maneries. Quod dicitur seget quod circa tres menses semoratur in agro. et aliud quod maturitatem recipit in sexagin

ta diebus postquam fuerit seminatum. Terram desiderat ualde aratam solutam et pinguem. nam et in sabulo et arena prouenit dummodo solo irriguo et humido celo ferat. nam siccum et argillosum formidat agrum. et terre in qua feritur pinguedinem ualere consumit. Feritur etiam per sulcos fabarum et inter ipsas ubi rare fuerint in secundae earum sarculatione si terra fuerit soluta uel media non cretosa. quod euulsi fabis sarculandum erit. Ferit etiam optime inter faseolos. et in uineis feri potest. Mense aprilis maii et iulii feri potest. Paladius uero dicit quod cum eo concordat experientia rusticorum quod feratur milium de mense martii. et erit maturum in mense iulii. Ex quo probabiliter sequitur quod si terra sit bene pinguis poterit in eadem estate iterum seminari. Corbis octaua pars sufficit in bubulca. Herbis preterea liberetur assidue. Maturum est cum totum albescit. Ab aniculis cum multo labore defenditur. Cum secatum est in fascis ligatum erigatur ad solem. ibique per duos uel tres dies motetur. deinde portetur ad aream. et statim trituretur ne si in magnum ponatur aceruum calefiat et corrumpatur. Eo triturato siccetur optime antequam portetur ad orreum. quia milium non bene siccatur statim calefit et corrumpitur. Optime uero siccum longissimo tempore seruatur. et quidam colligunt solum spicas sicut in panico seruatur. Milium secundum Isaac frigidum est in primo gradu. siccum in secundo. Testatur hoc leuitas et concauitas eius. et uiscositatis uentositatisque absentia. minus nutrit ceteris granis ex

quibus fit panis. Gratia tamen sue siccitatis confortatiuū est stomachi et aliorum membrorum corporis. diureticum est et ideo affatur ad ignem. et ad corticem doloremque uentris calidum supponitur. Causa autem sue siccitatis et nutrimenti minimi non est accipiendum ab hiis qui carnes suas augmentari et impinguari desiderant nec ab eis qui in corporibus suis laudabilem sanguinem generari uolunt sed ab illis tantum a quibus refrigeratio aut confortatio humorumque superfluorum desiccatio appetit et desideratur.

C De panico.

Panicum desiderat eandem terram et aerem quam milium. et eisdem scribitur mensuris. et eodem modo. et tamen eandem seminis requirit in bubulca et eodem modo herbis sepe mundatur quod etiam inter fabas cicera et faseolos et in vineis congrue seri potest secundum doctrinam de milio traditam. Est etiam quoddam panicum genus quod in prope recipit complementum. Et istud congrue seminat post messes completas in stipulis bis uel ter aratis et glebis confractis et in quibus optime provenit nisi tempus eximie fuerit sic aratis. **P**anicum secundum Isaac et in forma et natura simile est milio. minus tamen nutrit. uentrem uero constipat magis. Accipit diuersis modis et per eorum diuersitates actionem suam mutat. quocumque tamen modo melius milio est. Coquitur autem sepe aut cum pinguedine aut cum oleo. sepe cum lacte caprino uel amygdalino. Et coctum quidem cum oleo aut pinguedine lau-

dabilius est. quoniam siccitatem suam amittit et uaporositatem bonumque nutrimentum acquirit. et constipationem perdit. Cum lacte uero coctum laudabilius est eo quod cum aqua sola coquitur. Sed coctionis cum aqua duo sunt modi. coquitur enim aut integre aut mola fractum. Integrum ablato cortice coquitur. ut in una panici mensura quindecim aque ponunt. Ita coctum grossum est et ad digerendum durum sed non est uentris constipatiuum. quia propter suum pondus ad inferiora descendit. Mola tritum coquitur ita ut farine mundate decies tantum aqua ponatur. et postquam bis uel ter buluerit digitis fricetur et coletur. et colamentum susceptum donec dure scat excoquitur. sicque comedi utile est et ceteris subtilius. digeriturque facilius. magis uero stipiticum

C De piso.

Pisum est robilia alba et grossa. Et seminat de mense septembris et octobris et ianuarii et februarii ut puto melius in terra facili et soluta. loco tepido et aura humida. due partes corbis uel parum minus in bubulca sparguntur. et colligi hoc debet siliquis exsiccatis. et granis fortiter induratis. luna decedente postquam multum processerit in defectu. **F**rigidum est in primo gradu et temperatum inter humiditatem et siccitatem. Cortex eius stipiticus est. cortice ergo mundatum laudabiles generat chimos. nec inflationem aut uentositates facit sicut faba et ad usum edendi bonum est in esta

te ⁊ in calida regione.

De spelta.

Spelta nota est. Eius qui-
dem diuersitates sunt. qꝫ
quedam est grauior ⁊ hec
est melior. quedam vero
leuior ⁊ hec deterior est. **A**erem desi-
derat qualem frumentum ⁊ terraz. sꝫ
melius defenditur in macra qꝫ frumē-
tum. ⁊ in creta ⁊ patenti campo opti-
me prouenit. **E**t huius temporibꝫ semi-
natꝫ quibus frumentum ⁊ eodem mo-
do. sed due corbes in bubulca seruntꝫ
cum ex frumento corbis una suffici-
at. **C**olitꝫ ⁊ mundatur sicut frumentū
Apetitꝫ autēz immediate post frumē-
tum cum post ipsum modicum matur-
retur. ⁊ eodeꝫ modo trituratꝫ. uerū se-
parata a paleis pluries trespasatꝫ id ē
uirgis semen eius excutitur. ut ab ari-
stis mūdetur. **T**emperate qualicatis
est. ⁊ equis ⁊ bobus ⁊ similibus pre-
bet optimum nutrimentum. sed ⁊ ho-
mines cauti commodē possunt. quia
eius panis temperatus est ⁊ ualde le-
uis. ⁊ ideo si tres partes spelte cum
quarta misceatꝫ parte fabarum ex su-
perflua grauitate fabarum ⁊ multa
leuitate spelte fit pāis satis pulcher
⁊ bonus ⁊ familiaris conueniens. si in
eius artificio diligētia obseruetꝫ que
supra dicta est in pane frumenti.

De siligine.

Siligo nota est. ⁊ eius qui-
dez non sunt diuersitates
Aerem enim cum frumēto
desiderat. ⁊ frigidiorē to-
lerat. ut alpes. quia citius maturatꝫ.

In nemoribus enim alpium inscidē-
tur mense maii ⁊ iunii omnes ramus-
culi arborum. deinde cum siccati fue-
rint insciduntꝫ de mēse augusti. zapā-
tur quasi in cinere tantum ⁊ spergan-
tur per totum agrum. ⁊ in eis semina-
tur siligo que optime prouenit illo ā-
no. **D**einde usqꝫ ad septē quiescit an-
nos. ⁊ eadem satio denuo iteratur.
Sed ubi non sunt nemora. herba cuꝫ
suis radicibus ⁊ modico terre insci-
ditur. ⁊ exsiccata comburitur. in cuiꝫ
cinere ⁊ puluere siligo postea pꝫfata
tempore seminatur. ⁊ circa octo an-
nos quiescit. ⁊ idem opus postea ite-
ratur. **T**erram desiderat solutam ⁊ sa-
bulosam ⁊ in pingui ⁊ patenti. cam-
po melior prouenit. ⁊ his temporibꝫ
quibus frumentum seritur. cōue-
nientius tamen ante qꝫ post seratur.
Una quidem corbis seminis sufficit
in bubulca. **C**olitꝫ ⁊ mundatur si-
cut frumentum. octo diebus floret
circa finem aprilis ⁊ initium maii lo-
cis temperatis. quo tempore tangi a
cultore non debet. **E**t quadraginta
diebus deposito flore grandescit us-
qꝫ ad maturitatis euentum. **N**atura-
tur autem ⁊ metitur ante qꝫ frumentū
⁊ tritatur ut ipsum frumentū. **E**iꝫ
quidem substantia est tenax ⁊ uiscos-
sa ualde. ⁊ ideo conuenienter misceatꝫ
cuꝫ milica milio faba ⁊ similibꝫ. ⁊ pa-
nez pro laboratoribus ⁊ familiaris fa-
ciendis. qꝫ coniungit ⁊ conglutinat pa-
llas eorum. que per se cocto panem re-
tineri non possunt. sed franguntur ⁊
teruntur. **S**iligine uero sola in pane
raro uel nunqꝫ utimur. **A**uicenna di-
cit qꝫ est de natura ordeī scilicet fri-
gida ⁊ sicca in primo gradu. **E**iꝫ

nutrimentū est minus nutrimento tri-
tici. et eius aqua frangit acuitatē hu-
morum. et similiter farina eius. super
pannum ponit epithima calidū ex
ipsa. et fit ex ea decocta sicut sorbitio-
nes cū pice. et colophoniam emplastrū
super apostemata dura. et cū solo fur-
fure suo super apostemata calida.

De uicia.

Uicia dupliciter utimur aut
seminis colligendi aut pa-
buli secandi causa. Est ei-
nim optimus cib⁹ equis
et bobus herba eius et semen. Bereda
est de mense ianuarii et februarii nō
in aurora quando ros est. sed quan-
do sol per duas uel tres horas calue-
rit et absorberit rorem. quoniam cō-
pertum est uiciam rores sustinere nō
posse sed euanescere uirtutez eius. Ca-
uendum est autem ne serat anteq̃ lu-
na sit i ultima sui circuli quarta. hoc
est post uicesimā primā lunaz. cō-
pertum est enim q̃ ante satam lima-
ces persequuntur et deuorant. Habz
hec uicia p̃priū qz uiridis messā si cū
ro quod in terra remanet ager statim
aret letaminis more terrā impingat
Si autem exaruerint radices ei⁹ an-
teq̃ terra aret succum aufert ab agro

Et sic est finis huius terciū libri.

Incipit liber quartus de uicibus et uineis et cultu eaz. et de natura et u- tilitate fructus ipaz.

Superius in libro se-
cundo multa de na-
tura et cultu uitis dic-
ta intelliguntur. cum
de natura plantarū
et rebus cōmunibus
cultui cuiuslibet generis agrorum. ge-
nerali sermone diceret. Nunc uero in
hoc quarto libro de natura et cultu
uitis et uinearum et omni utilitate fru-
ctus ipsarū specialiter est agendūz

De uite quid sit et de uirtute folio- rum et cineris eius et lacrimę.

Uitis apud nos nota est.
sed in frigidissimis regio-
nibus in quibus uiuere
nō pōt ignota est. Ideo/
q̃ dicamus q̃ est quedāz humilis ar-
buscula multum tortuosa nodosa et
scabrosa latissimos habens poros et
magnam medullam et frondes latas
et interscissas. que sine putatione et pa-
lorum et arborum auxilio diu uiue-
re et commodē stare non potest. et ei⁹
quidem fructus est uia ex cuius suc-
co fit uinum preciosissimus liquor.
Folia uitis sunt multūz medicinalia
nam vulnera mundant et sanant. in a-
qua decocta calorem febrilem refrige-
rant. estuationem et tumorem stoma-
ci cathaplasmata mire sedant. preg-
nantem adiuuant. somnūz prouocāt
et cerebrum confortāt. Eius lacrima
potata sepe calculos frangit ut dicit
Dyscorides. Visum acuit. lippitudi-
nem oculorum tollit. moribus uene-
rosis succurit. et uentrē sistit. Cuius ei⁹ 33

ualz ad predicta cū succo rute ⁊ oleo
admixto. **P**lini⁹ at̄ dicit q̄ folia vi/
tis dolorem capitis amputāt. infla/
tionem sedant. ⁊ cum farina ordeī ca/
lidam arteticam curāt. Discintericos
ualde iuuant si eoz succū bibāt pati/
entes. **C**ortex uitis ⁊ folia arida vul/
nerum sanguinē sedant. ipsumq; vul/
n⁹ oꝛglutināt ⁊ sanāt. **C**inis uitiū mox
fistulā purget ⁊ curat. neruoz dolo/
res ⁊ strictiones mitigat. scorpionū
⁊ canum plagas cum oleo sanat. ⁊ ci/
nis corticis per se pilos ablatos re/
staurat ⁊ multiplicat.

De uineaz diuersitate.

Uinearum genera diuersa
sunt secundum diuersos ⁊
uarias consuetudines re/
gionum. Nam quedā cū
auxilio palorum ⁊ particarum in or/
dine fiūt. ⁊ hoc duobus modis. uno
quidem modo ut cuiuslibet palo sit vi/
tis adiuncta. ⁊ sic fiunt in pluribus p/
tibus Lombardie ⁊ Romaniole. **E**t
hoc quidem modo in exili terra tri/
bus plantentur pedibus distantes
quaq; uersum. **I**n pingui uero quatu/
or. in mediocri tribus ⁊ semis. **A**lio ue/
ro modo ut una uitis supra multos
palos ⁊ particas extendat. ⁊ sic fiunt
in plurib⁹ partib⁹ **M**archie. **A**ntho/
nitane. **E**t hoc quidē mō plantentur
distantes cōsiderata pinguedine uel
exilitate terre adeo q̄ spacium uni/
uersum possint cōgrue operire. ⁊ hec
quidē ligonib⁹ tantū colunt nisi fue/
rint alte plurimū ⁊ distantes. **Q**uedā
rursus fiunt uelut arbuscule more p/
uinctali. quas sine pali auxilio stare
constat. **E**t hec quidem aut fiunt per

certas acies adeo abinuicem distan/
tes q̄ arari possint ⁊ diuersis semi/
nibus seri. aut eque distantes undiq;
q̄ arari non possint. ⁊ hoc quidē mo/
do tribus distent pedibus aut min⁹
uel ampliy secundum q̄ fuerit letum
aut exale solum in quo plantant. que/
dam etiā in aciebus fiūt cum partici/
aut in forma pergularioz paruoz
que a parte stipitis sunt depressa. et
ab opposita eleuata. ⁊ hic modus a/
quibusdam **M**utine ⁊ in aliis locis
pluribus. ⁊ maxime in ortorum spal/
ciis obseruatur. **Q**uedam uinee fiunt
cum arbusculis ad hoc formatis per
agros plus uel minus eque distātes
secundum q̄ magis uel minus de ui/
no uel tritico paterfamilias optauit.
mediocris tamen modus distan/
tie sedecim uel uiginti pedum habet.
⁊ iste modus maxime apud **M**edio/
lanum ⁊ in illis partibus obseruat.
Quedaz plantantur in ripis fossato/
rū cū fiunt. aut postea super ripas.
aut etiā per agros iuxta magnas ar/
bores. ut eas que sunt in agris aut ri/
pis operiāt ⁊ fructificēt. ⁊ hic mod⁹
plurimum obseruat in multis parti/
bus ytalie. **E**t iterum supradictis ui/
neis que i ordinib⁹ fiūt quibusdam
ponūt pali ⁊ ptice. quib⁹dam uero pali
aut frasciones loco ipoz solummō ⁊
sarmētes in q̄tuor ptes aut duas can/
tum. uel ut partice extēdunt ⁊ ligāt.
⁊ hic modus apud **C**redonā ⁊ **C**reō/
nam ⁊ **P**iscorum precipue obserua/
tur. **E**t quedā sine amniculis iacere si/
nunt in terra. quod pro sola necessi/
tate uel indigentia puincie faciēduz
est. ⁊ hoc maxime potest in montib⁹
ualde aridis tolerari ubi uue non

putrescunt in terra iacentes. sed a so-
lis nimio feruore seruantur.

De diuersitate generum uitis.

Diuersitates generum multe
sunt. Nam quedam ualde
timēt nebulam et pruinas
quedam parum. Et quedam
timent siccitatem et uentos et quedam
ea facile tolerant. Et quedam ualde
fecunde sunt. et quedam parum. Et quodam
uites sunt quarum fructus cito
maturantur. quedam tarde. Et quedam
ualde fructum suum in flore perdunt
quedam non. Et quedam melumine
fructu priuantur. quedam fructum
suum ab eo defendunt. Et quedam fa-
cile uentis rumpunt. quedam adeo te-
naces existunt ut ab eis facile non le-
uant. Et quedam timent pluuias. quodam
nimiam siccitatem. Et quedam
sunt spissos nodos habentes quedam
earum gemmas per longa internodia
distulerunt. Et quedam sunt longos
et grossos palmites facientes. quedam
paruos. Et quedam magnam medul-
lam faciunt. quedam paruam. Et que-
dam frondes faciunt ualde intersci-
sas. quedam parum. Et quedam ro-
tundas et continuas. Et quedam fa-
ciunt uas albas. et quedam rubeas
quedam nigras. Et quedam botrio-
nes multos et paruos. quedam pau-
cos et magnos. Et quedam faciunt gra-
na colloso. quedam mollia. Et que-
dam durum corticem granorum. que-
dam subtilem et tenerem. Et quedam
faciunt grana ualde pulchra et lucida.
quedam obscura. et quedam dulcia et
quedam acra. Et quedam faciunt ui-
na seruabilia et quedam corruptibilia

Quas omnes diuersitates facile uidere
potest uir industrius et expertus.

De diuersis speciebus uitium.

Species uitis ualde multi-
plices inueniunt. et ipsarum
multe diuersis nominibus
in diuersis prouinciis et ci-
uitatibus appellantur. Sed quoniam
ex eis quedam sunt meliores. et que-
dam minus bone. primo meliores et
earum bonas conditiones apte scribam. et ea-
rum ponam nomina. Deinde breuiter
dicam de aliis minus bonis ut habita-
trariique noticia sciatur uolentes plantare
uel inferere uineas eligere meliores.
Dico itaque in primis quod est quedam spe-
cies uue que uocatur sciana. que satis
tarde pullulat. et est uua alba quasi ro-
tundum habens granum. et faciens me-
diocriter magnos et spissos botrio-
nes et folium mediocriter interscissum
et in quolibet sarmento etiam in ueteri
nato duos uel tres quatuor et quicquid
quandoque botriones producit. Et tam-
ta est duricies ligni eius quod sarmentes
non flectuntur inferius propter uua-
rum pondus. Unde ultra modum ra-
mulus implet. et uua eius est ualde ui-
nosa et lucida. et cito maturitate reci-
pit. Et uinum eius est ualde subtile et
diaphanum. et mediocriter potens. et
seruabile et maturum. Ad acram terram
aut mediocrem et montuositatem de-
siderat. et in ea melius quam in aliqua al-
lia fructificat si stricte putetur. Nam
longos palmites cum uis nutrire
non potest. et hec apud brixiam et p-
tes montanas maxime precipue fre-
quentatur. et pre ceteris in speciali ue-
neratione habetur. Est alia species

que uocat albana q̄ caridissime pul/
lulat. ⁊ est uua alba modicuꝝ longū
habens granum ⁊ faciens satis mag
nos botriones ⁊ spissos ⁊ longos. ⁊
mediocriter fructificat. et facit folia
mediocriter interscisa. ⁊ eius sarmen/
ta vi ponderis non flectunt tanta ē
duricies ligni eiꝝ. **E**t eius grana a so
le plurimum colorantur. ⁊ ualde cito
eius maturatio completur. ⁊ est satis
dulcis in sapore. sed corticem auster/
rum habet. ⁊ ideo melius est q̄ uinū
ex ea exprimatur q̄ q̄ ferueat in uuis
diu cum corticibus ⁊ racemis. **E**t ui/
num quidem eius est ualde potens ⁊
nobilis saporis bene seruabile ⁊ me/
diocriter tenue. **E**t si tempestiua pau/
lisper fit eius vindemia melius serua/
tur uinum eius. **E**t hec species uue p̄
ceteris apud **F**orlinuz ⁊ in tota **R**o/
maniola in ueneratione habetur. ubi
strictissime putatur. nam cum longis
palmitibus minus defenditur. **E**t ⁊
alia species uue que tribiana uocat.
que est alba cū grano rotundo ⁊ mul/
tos botriones faciens. **I**n iuuentute
sterilis. ⁊ procedente tempore fecun/
dat nobile uinum faciens ⁊ bene ser/
uabile. ⁊ hec species per totam **A**dar/
chiam precipue commendat. **E**t ⁊ a/
lia species que gragnolata dicitur que
vniꝝ os tantum habet in grano ⁊ ē lu/
cidissima. ⁊ longum habet aliquantu/
lum granum ⁊ facit uinum ualde lim/
pidum ⁊ potens ⁊ durabile ⁊ nobi/
lis saporis ⁊ odoris. ⁊ hec apud **T**ri/
donam ⁊ in illis partibus maxie co/
mendat. **E**t alia species que a qui/
busdam malixia ⁊ a quibusdam fara/
cla uocat. que granum album ⁊ rotū/
dum habet ⁊ turbidum cū subtili cor

tice. que miro modo pōderat. ⁊ t̄r/
ra satis macra defendit. ⁊ uinum fa/
cit mediocris bonitatis ⁊ potencie nō
multum subtile nec multū seruabile. ⁊
hec precipue apud **B**onomiā in bol/
nore habet. **E**t ⁊ alia species q̄ gor/
gonica dicitur. que alba est ⁊ rotunda ⁊
mirabiliter dulcis clara seu lucida ⁊
colore aurea. ⁊ cum grosso cortice. ser/
uabilis ultra ōnes alias. ⁊ ualde fer/
tilis scilicet femina. quia mascula nil/
bil ualet. cuiꝝ grana sunt longa ⁊ i co/
lore ualde aurea sed sterilis ē ōnino
⁊ eius uinum est ualde subtile ⁊ dia/
phanum. parue potencie ⁊ satis ser/
uabile. ⁊ hec apud **B**onomiam ⁊ **P**a/
douam in magna ueneratione habet.
Et ⁊ alia species que albamaza dicitur
que est alba non lucida sed macu/
lis plena rotunda ⁊ mirabiliter dul/
cis. ⁊ uinum facit dulcissimum. ⁊ qui/
busdam annis est fertilis sepe sterilis
⁊ precipue si stricte putetur. s̄z satis fer/
tilis est si cum longis palmitibus rel/
inquatur. ⁊ hec in multis partibus bo/
nonie inuenit. ⁊ maxime i burgo pa/
uicalis in honore habet. **E**t ⁊ alia
species que uocat buranex. que ē u/
ua alba multum dulcis ⁊ pulchra. et
in arboribus bene fructificat. **T**remē
uua que uocat affricogna que nō ē
delectabilis ad edendum et in arbo/
ribus miro modo fertilis est. et ideo
precipue comperit in locis ubi homi/
nes uuas inuadunt. et hec due speciei
es apud piscorium pre ceteris diligitur.
Sunt etiam quedam alie uuarū
albarum species sicut luiddella q̄ bo/
num et seruabile facit uinum et mul/
tum. que apud pisanuz precipue plā/
tat. **E**t verdiga que puos facit pal/
lulat.

mites et multum fructum. Et verde/cla que genera facit uiridia et parua. et multas fert uuas. Que due species et inferiores que minus bone dicuntur. In antiquis uineis et in quibusdam nouis per comitatum inueniuntur bononie. Sunt et alie species uuarum albarum. quarum quedam licet apud quosdam in magno habeantur honore. tamen apud nos diuersis rationibus aut propter paucitatem fructus ipsarum. aut quia nimium mellinum timeant. minus bone per experientiam reperiuntur. Et hee sunt muscatellus et liuatica. que optime ad esum sunt. et in arboribus. sed in uineis spissis et iuxta terram non respondent ad uotum. Et greca et uernatica que licet apud nos bonum faciant uinum tamen faciunt nimis parum. Et herbigones et cocerua et graposa et fusolana et lina. que bonum faciunt uinum. et quibusdam annis sunt miro modo fertiles et maximos botriones agentes. sed quasi singulis annis fructu destituuntur in flore non ferentes aliquo modo mellinum. Uuarum similiter nigrae uel rubrae multe sunt species. quedam valde bone. et quedam parum. Et bone quedam sunt grilla et zizaga siue mardiana que sunt quasi eiusdem conditionis. sunt enim modicum nigre. multum fertiles. omni anno habentes longa grana. et ipsorum corticem subtiliter et pulchrum. et delectabile uinum faciunt et satis seruabile. sed propter nimiam pluuiam crepant eorum grana et in montibus non proueniunt. sed in campestribus agris letantur. Differunt tamen quia zizaga nobilior uinum facit. sed minus. quia paruos facit botriol

nes et raros sed multos et parua grana. Grilla uero facit omnium horum opposita. et hee species abundanter inueniuntur bononie et in multis aliis terris. Est et alia species uue nigre que uocatur nubrolum. que non est delectabilis ad edendum. et est miro modo uinosa et uult terram pinguem et stercoreatam. et ualde timet umbras et mature pullulat et uinum facit optimum et seruabile et potens ualde. nec auidet ultra unum diem uel duos stare in grapis. et hec in ciuitate Astensi et in illis partibus in maximo honore habetur. Est et alia species que uocatur mayolus que est uua nigra ualde cito maturabilis. et pulchros et longos et spissos botriones faciens. in sapore dulcissima. et uinum facit durum et satis seruabile quasi nigrum et satis fertilis est. sed mellinum aliquantulum timet. et in plano et in montibus prouenit. et hec maxime apud bononiam in locis infinitis habetur. Est et alia species que buracula uocatur que ualde nigra est habens longa grana. et uinum faciens ualde nigrum. et bonum in terris humidis et aquosis. sed in montanis et siccis locis non letatur. et hec apud ferrariam pre ceteris speciebus eligitur. Est et alia species que uocatur gimaresca. hec non est multum nigra longum habens granum et ante maturitatem omnia folia perdit. in sapore acris siue acida. mediocriter fertilis. botriones facit raros. et uinum optimum et diu seruabile. et hec uua non comeditur ab auibus uel canibus nec libenter ab hominibus. et ex ea plurimum inuenitur in partibus montanis bononie. Est et alia spel

cies que dicitur graionus quasi predictae similis in sapore et vini durabilitate et forma. sed maiores ualde bonitones facit et grana grossiora. et abundantius uinum. sed minus nobile. et magis pingui loco letatur. et hec in pluribus partibus Bononie inuenitur. Est et alia species uue nigre que dicitur paderinga. que grossos et spissos facit grappos et multas uuas profert. et uinum grossum et pro hyeme delectabile facit. sed in estate non durat. et hec in infinitis uineis Bononie inuenitur. Sunt et alie multe species uuarum nigrarum. que propter uarias conditiones malas minus approbantur sicut est pinguiolus que multum diligitur apud mediolanum super arbutulis. sed apud nos non bene fructificat. Et albatia cum qua tinguntur alia uina que nimis mellinum timet. et uinum nimis austerum facit. Et uarana clatina et portina. que licet sunt mirabilis dulcedinis ad edendum et bonum faciunt uinum. tamen sunt fere steriles et nimis mellinum timent. Et valmurica et rusta. que ualde nigre sunt. Et melogonus qui ante omnes species denigratur. et canicula que pulcherrima uua et seruabilis est que omnes alternis fructificat tantum annis. Est etiam quedam species uue rubee ut cinapium ualde dulcis et seruabilis. sed parum fertilis. Sunt etiam quedam genera et species uuarum siluestrium que lambrusce uocantur. quarum quedam sunt albe. quedam nigre. que ualde pua faciunt grana et paruos grappos. que super arbores et sepes spiarum uiridum suo naturali motu conscendunt et non putant. sed si putarentur

et per cultum domesticarentur grappos facerent maiores granaque grossiora quam prius. Et hec que nigre sunt tingunt uinum et clarificant si integre uel cum racemis conuassate ponantur in dolis nec uiciant saporem uini. Et que albe sunt clarificant et purificant uina alba. Sunt et quedam species uuarum grossarum et durarum que dicitur pergule et brumescere. quarum quedam sunt albe. quedam nigre. quedam rubee. et quedam habent grana rotunda. quedam longa ualde. quedam mediocriter. quedam specialia non habent nomina. Et earum quedam tempestiue maturationem recipiunt quedam tarde. Et ex hiis eligende sunt que magis placent ad esum. quia propter nihil aliud plantantur. tamen ex eis uinum non fiat. satis tamen competunt ad agrestum faciendum.

De aere qui uitis competit et de situatione vinearum.

Quod elum mediocris qualitatis tepidum magis quam frigidum esse debet. siccum potius quam nimis umbriferum. Sed ante omnia uitis procellas uentosque nimis formidat. Aquilo tamen uites sibi obiectas fecundat. Auster uero nobilitat. Ideoque in arbitrio nostro est an plus de uino habeamus an melius. De situ vinearum etiam sciendum est quod campi a motibus remoti et ualles non aquose largius uinum ferunt. Colles uero et campi iuxta eos existentes et naturam eorum habentes nobilior uinum faciunt. Preterea est sciendum quod in locis frigidis in montibus a meridie uineta ponenda sunt

calidis a septentrione. temperatis ab oriente. uel si necesse fuerit ab occidente. ut hac industria excellens qualitas temperet. Loca naturam sepe uiti-
bus mutant. ideo earum grana conuenienter aptent. Plano igitur loco statues uites. que nebulas sustinet et pruinis collibus que siccitatem et uentos. pingui agro graciles atque fecundas macroferaces et solidas. frigidum et nebulosum eas que hyemem celeri maturitate preueniunt. aut que duris acinis inter caligines securius florere. uentoso tenaces. calido grani tenerioris et humidi. sicco eas que pluias ferre non possunt. Et ne multa dicam eligenda sunt genera que defensione uiciorum suorum contraria loca diligunt hiis in quibus durare non possunt. placida sane regio et serena tute generum omne suscipiet. Industrius ergo uir probata diligat. et locis talibus mandet que imitari possunt ea unde sumuntur. sic merita queque seruabit.

**De terra que uiti-
bus apta est.**

Nolum ad uineas ponendas nec spissius nimis nec resolutum sit. propius tamen esse resolutum debet. nec exile nec letissimum. tamen leto propius. nec campestre nec preceps. nec siccum nec uliginosum. modice tamen rosicidum. nec salsum nec amarum quod uitium saporem corrupto uino contrahat. Tofus et alia duriora ubi gelu relaxant et solibus pulcherrimas ferunt uineas refrigeratis estate radicibus et humore detento. sed et soluta glareas et calculosus ager et mobiles lapides.

si tamen hec omnia se glebis pingui-
bus miscuerint et silex circum terram superpositus. quia frigidus est et tenax humoris. radices estate siccare non patitur. Item loca ad que de cacuminibus terra decurrit uel ualles quas fluminum saturant aggestio. Argillosa terra comoda est sed argilla sola grauiter inimica. Niger sabulo et rubeus utilis est cui fortis est terra permixta. Car-
bunculus nisi stercoret macras uineas reddit. In rubrica difficile comprehendunt. quibus postea nutrantur in eas hoc terre genus est ualde operibus inimicum. quia paruo uel humore uel sole aut nimis madescit aut nimis siccat. Ideoque maxime utile solum est. quod inter omnes nimietates temperamentum tenebit et proximius raro quam denso. Utilem uineis terram per hec signa cognosces. si coloris et corporis rari aliquatenus ac resoluti est uirgulta que protulit lenia nitida. per cera et fecunda sunt ut prunus siluestris prunus rubus ceteraque huiusmodi neque intorta neque sterilia neque scabrosa. nec macra exilitate languentia. Ad pastinandum preterea rudes agros uel maxime siluestres eligamus. Ultima est eius conditio in quo fuerunt uineae uecusta. quo si necessitas coegerit prius multis a rationibus exercitatur. ut abolitis radicibus prioris uineae et omni eius acie et squalore depulso nouella uitis tutius possit induci.

**De pastinatione et dispositione
terre in qua uinea est plantanda.**

De mense septembris usque octobris locis aridis. aut ianuarij seu february seu martij locis humidis fieri debet pastinum siue cultura ubi uinea est plantanda. quod tribus fit generibus aut terra in totum fossa. aut sulcis. aut scrobibus. Tota terra debet effodi ubi ager est immundus. ut siluestribus truncis et radicibus filicis uel herbarum noxiarum spacia liberentur. ubi autem sunt munde nouales scrobibus pastinemus aut fassis. sed melius erit sulcis. quia humorem uelut in totum pastinata spacia transmittunt. fiunt autem sulci longitudine qua destinaueris. Tabule latitudine trium pedum uel quatuor. altitudine unius pedis in locis humidis uel duorum in locis siccis. deinde si ligonibus per homines uinea est colenda. tantum crudi soli relinquimus quod altero sulco impresso utrumque acies tribus uel quatuor distent pedibus. scilicet tribus in solo exili. quatuor in pingui. et tribus et semis in mediocri. Si uero arande sunt uinee quinque uel sex pedum spacia que non fodienda sunt in medio relinquuntur. Quod si scrobes fieri placeat tamen fiat longe quod tamen uites distare debebunt. ut in quolibet scrobis capite planta una ponatur. Possunt tamen commodissime sulci fieri distantes in triplo quam uinea spissa finaliter esse debet. et in quolibet sulco plante in duplo spissiores quam esse debeant poni. Sicque acies ligonibus procurari. et spacia per triennium aut quadriennium arari. et omni genere seminum feri. Cumque uites excreuerint unam trahi a dextris et alteram a sinistris et de utraque duas

fieri uites. sicque spacium totum impleri. Scrobes non sunt ultra duos pedes altius fodiende. ne que pangimus frigore sarmenta laborent. latera scrobibus equaliter sint infassa. ne obliqua uitis saucietur alte nitentibus sarmentis cum fossor incumbet. Pastinum autem omne quod uersabitur duorum pedum altitudine uniuersa terra foditur. In quo erit diligentia ne crudi solum occulta fraude fossor includat quam rem per spacia que fodiuntur uirga custos exploret. in qua motus est predictae altitudinis designatus. Et radices omnes et purgamenta maxime rubi et filicis in summum reuolgi faciat. que cura in omni positione genere est undique seruanda. Possunt etiam commodissime fieri fouee parue et stricte conuenienter tamen profunde ubicunque uites per uniuersum agrum perpetuo stare debent. secundum bonum et in locis aliis pluribus obseruat. Possunt etiam foramina in terra fieri ubicunque uitis plantanda est que quidem cum palo fieri consueverunt. Sed est melius ualde quod fiat cum foraterra quod est instrumentum ferreum per me primitus in rerum natura inuentum. quo terra quantum expedit profunde foratur. forasque terra eouocatur. nec in foraminis parietibus concutatur. ut infixionem debilius radicibus impediatur. et hoc quidem paruo ualde labore perficitur. nisi ager lapidosus fuerit uel saxosus. Locus quidem qui pastinandus erit prius impedimentis et omnibus liberetur arboribus. ne fossa terra per calcatu assiduo solidetur. Aliud quidem experimentum

assiduis compertum est. vites melius
provenire si uel statim fossē terre uel
non longe ante pangantur cū tumor
pastini nōdū repetita soliditate sub
sedit. et hoc quidem in sulcis et scrobi
bus est probatum.

**Qualiter debēt colligi plāte uitis
et quales et qualiter seruari et ad par
tes remotas portari.**

Dante uitis que taioli di
cunt colligi debent quan
do plantande sunt. et etiā
ante colligi possunt si be
ne seruent. Et meliora quidem tēpo
ra colligendi eas sunt tempus octo
bris. quando pars foliorum cecidit
et pars adhuc retinet in uite. tunc em
calor naturalis uitis adhuc est expā
sus in ramis. sed qū omnes frōdes ce
ciderunt omnino. et superuenit gelu il
lensum in aere. tunc rami eius calore
naturali destituti sunt. qui propter
frigus aeris fugam habuit ad radi
ces ad calida uiscera terre. quare tales
plante difficilius comprehendunt.
Tempus preterea martii in quo iā ca
lor et humor ad ramos reduit. ita q
eorum gēme iā tumescere incipiant ē
optimū ad plantaz collectionē pp
ter eandem rationē. Eligendaz qui
dē plantaz ratio ē multiplex. et pri
mo quidē ex tali terra eligi debēt q
non sit multū pinguior ea in qua pā
gi debēt. s; sit equalis aut exilior. nā
si a pingui terra ad solū exile transfe
rantur utiles esse non possunt nisi sepe
stercore adiuent. Itē eligenda sunt
pangenda a sarmēta de uite media nō
de summa neq; de infima quicq; l sex
gemmaz spacio a ueteri procedētia.

quia non facile degenerāt que de ta
libus locis colligunt. Summa flagel
la repudiem; ac surculos. qui licet lo
co bono nati sunt. tamen feracitatis
beneficio caruerunt. pampinus autē
qui de duro nascit etiam si fructū ac
tulit pro frugifero non ponatur. in
suo enim loco secundat a matre trās
latus uero tenet sterilitatis uiciū. qd
nascendi conditione suscepit. Sumā
tur etiam de secunda uite. neq; estime
mus ea brachia fertilia que uuas sin
gulas ac binas produciunt. sed que
multa ubertate curu antur. Nam po
test ferax uitis in se feratiores habe
re materias. Erit autem in hoc signū
fertilitatis si de duro aliquo loco fru
ctum citabit. si feti impleuerit ramu
los ex omni parte surgentes. sed hoc
signis propriis per uindemias ē no
tandum. Afferit autem Columela u/
no anno explorari fertilitatem non
posse sed quatuor. quo numero cog
noscitur vera generositas surculorū
Ad pangendum nouellus palmes de
bet eligi duri in se nihil habens et ue
teris sarmenti. quoniam hoc sepe cor
rumpitur et putrescit. Adēsura sarmē
ti unius cubiti secundum Paladium
esse debet. Adibi autem uidetur lon
gius esse debere. maxime in locis de
cliuis montuosis et aridis. cum in fo
ueis oblique panguntur. ipsumq; ra
mulis et capriolis siue anchis eē pur
gandum. Seruande sunt plante vi
tis taliter. q; uento aut sole non urā
tur. aut aliquo modo leuantur. et p
cipue sub terra usq; ad dimidiā par
tem merse. et paucis erunt seruande di
ebus. Si uero diu eas seruare neces
se fuerit. et maxime iam multo ad

ueniente calore usq; quasi ad summi-
tates ipsarum terra ualde trita operi-
antur aperte. adeo q; terra tam itra
q; supra posita diligenter singulas
plantas tangat. **¶** Si eas transuehi
ad partes multum remotas oportu-
erit. purgamentum tritici quod uoca-
mus loctum. uel palee molles et mol-
dicum lutose cum plantis optie mis-
ceantur. et sacco uel sextorio quod est
melius inuolute stricte ligentur capi-
te grossiori cum prefatis paleis et sco-
rio cooperto. et cum portantur quan-
tum tumefieri potest a sole defendant et ue-
tis. **¶** Si nimia est aeris siccitas pos-
sunt quandoq; utiliter capita grossi-
ora in aqua demergi. sic enim dispo-
site diu ferri poterunt et teneri sine le-
sione ipsarum.

¶ Qualiter et quando uinea et uites
sunt plantande.

Tempore septembris et apri-
lis in locis frigidis vinee
sunt plantande. Tempera-
tis uero de mense octobris
et martii. Calidis de mense nouembris
et februarii. ita tamen q; in omnibus
prefatis locis si bumida et caestria
depressa fuerint post hyemem pan-
gantur. ne calor naturalis ipsarum.
duplici aquositate loci uidelicet et
hyemis extinguatur. Si uero arida
et montuosa sint loca pangenda ante
hyemem plantent. ut superflua loco-
rum siccitas circa plantas humidita-
te hyemis temperet. In locis uero te-
peratis ante hyemem et post congrue
potest pangi. Item ponende sunt ui-
tes placidis diebus ac tepidis. quan-

do solum est modice bumidum. sed po-
tius aridum q; lutosum. **¶** Cum ui-
nea plantatur in ordine aut plantat
in foraminibus palorum grossorum
uel in foramine instrumenti quod fo-
ratura uocat quod est ualde melius
et tunc factis foraminibus directis et
parum obliquis. duo sarmentes in p-
te inferiori oblique in scissis foraminibus
primant. et sabulum uel terra soluta
et trita et cum paucis maturissimis le-
tamine palearum mixta usq; ad mel-
diuum foramen ponatur. Deinde cre-
ta uel terra ibidem inuenta repleat.
¶ Aut in paruis foueis conuenienter p-
fundis panguntur capitibus planta-
rum longe positis in parte infima et in
suprema iuxta signum cum fune pro-
portionaliter undiq; positum coniunc-
tis. et terra contrita mediocriter sup-
inducitur et conculcatur. Caput sari-
menti cum deponitur torquendum non
est. nec aliquo modo uexandum. nam
pars ea de qua radix speratur iurie
nulli subiicienda est. Due gemme feni-
les remaneant supra terram. nec di-
uersa penitus fecundiori parte supra
eam quod est sterili proximum relin-
quat. Vbi pinguis est natura terra-
rum maiora inter uites spacia relinqua-
mus. scilicet quatuor pedum. ubi exilis an-
gusta scilicet trium. ubi uero medio-
cris trium pedum et semis. Preterea
non est tantum uno genere uicium om-
ne pastinum conferendum. ne annus
uniquis generi uindemie spem omnem
excludat. et ideo quatuor uel quinque
generis eximu sarmenta pangemus
at expediet maxime genera tabulati
disponi. et sic generum diuersitate ui-
tundem posita poterit earum operariorum

minor numerus expedire. et gradatim
que uelocius maturant prius conde
re. deinde que serius ac melius puro
sapore sine luctamine alterius gene/
ris unaqueque uina seruare. Et si hoc
facere tibi difficile uideatur non alia
simul conseras quam que sapore et flore
et maturitate conueniant. In scrobibus
uero magnis et latis ut uicium distan/
tia esse debet per angulos quatuor
sarmenta deponas. et uinarias (ut di
cit Columela) stercore mixtam simul
sparges. et si exile soluz fuerit pingue
inseras terram scrobi. Si uero nimis
cretosum eidem misceas sabulum. Quia
si arbutum te delectat habere. plan
ta generose uitis prius in seminario
nutrire debebis. Unde radicata trans/
ferat ad scrobez cui arbor est iuncta.
In seminario autem breui spacio di
stantia inter se sarmenta depones. et
cum conualuerint. hinc post biennium
radicabit uitis uel arbuscula et trans/
feret. Quas cum depones in scrobez
ad singulas materias rediges puta/
tis omnibus que scabra sunt curtatis
etiam radicibus. si quas poteris inue/
nire uexatas. In scrobe autem ad ar/
butum faciendum duas radicas ui/
tes depones obseruans ne se in radi/
ce contingant. et ipsas uites ad scro/
bis latera discreta coniunges. Ma/
ro assent scrobem non primo anno esse
complendam que res faciet uitem al/
tius fundare radices. sed hoc aridis
prouinciis forte conueniet. Humidis
uero sata putrescent humore suscep/
to. nisi terra statim cumuletur. Sed ar/
buta qui faciet plantas arborum de
his generibus ponat. uel si agro sup/
petit abundantia hiis utatur ulmo

oplo salice populo fraxino ceraso nu/
ce pruno et similibus. sed salice et po/
pulo in locis humidis tantum uti pos/
sumus. ceteris uero in hiis et aliis lo/
cis. Ex hiis autem generibus triscos
radicatos uel salicem et populum sine
radicibus circa scrobem uitis consti/
tui oportet. In scrobe uitis ab arbo/
re sua sesquipedis uel duorum pedum
spacio distare debet. Nam arbori
numis proxima uitis aut ipsius obti/
net incrementum aut oprimitur ab ea.
Aliud etiam de transferenda uite in/
genium fieri potest. Ex uimine par/
ua corbicula ad arborem uel pergu/
larum fertur cui uitis adheret. et in/
fundi media parte pertunditur et in/
ducto in eam sarmento uitis suspen/
ditur et terra repletur. quod sermentum
exacto anno in corbicula fundo in/
scisum. cum ipsa corbicula portabit
ad locum ubi plantare proponis. ibi
et cum ipsa corbicula obruitur circa
arboris maritande radices. et hec qui/
dem fiet sine ambiguitate prendendi.
Cauis etiam munienda est aduersus
pecoris appetentis iniurias. et arbori/
sue protinus alliganda. Cum ue/
ro arbores riparum uitibus munire
desideras. optimum est et facile sulcum
in ripa facere. ibique spinas ac tayo/
las mixtim ponere et fossato effosso
terram superinducere. Sic enim spi/
nis muniatur ager. et per eas uitis tu/
te conscendet. Optimum preterea ge/
nus est prouincialium uinearum que
sunt ut uites uelut arbuscule stent. que
quidem plantantur ut hee que in ordi/
ne disponuntur. Et hee quidem aut uno
et paguntur equaliter. aut unum ordi/
nem tantum seruatur ab alio proximo

ut placet remotus. sed in his una sola plāta in qualibet fouea potest poni in duabus uidelicet aciebus. In tertia uero bonum erit ubique duas poni quibus proxie plāte perditae possint annis sequentibus reparari. quod si in quolibet loco due ponantur. cum conualuerint debiliior auferatur ut una sola remaneat. Breterea sciendum est quod naturam uitis celum solumque sustentat. si genera conuenienter aptentur. Ideoque in earum plantatione precipue obseruanda sunt ea que supra diximus cum de aere et situ uinearum loqueremur.

De propagatione et renouatione uitium et vinearum.

Propagationes quandoque in uineis. quandoque ad arbuta fiunt. In uineis quidem quandoque propagatur in locum uacuum ubi uitis secundum ordinem uinee debet esse. quandoque uero in locum alterius que infamati generis est sarmentum uitis nobilis propagatur. et quandoque per circumferentias ducitur. ut uinea incrementum recipiat. Et primo quidem modo ad ordinatum protrahitur locum. aut statim cum sarmentum est sufficienter longum aut successive per annos ubi eiusdem deficit longitudo. Et idem obseruandum est in omni propagationis genere. Si autem in locum eradicande uitis propago ducatur. aut hoc statim fiat. aut primo anno per unum pedem prope uitam auferendam protrahitur ut habito uitis damna de fructu anni prioris. sequenti leuiter in locum prius eradicato trahatur. Cum autem

protrahitur ad arbores uel arbuta ad unum pedem ad minus ab arbore fiat remota propago. In omnibus autem prenarratis modis letamen in fouea supra terram circa propagationem apparentem relicta ponatur. nec sub terra per tractum propagationis apponatur. alioquin superfluo letamine calore debilitabitur uel arescet. nisi fuerit adeo maturum et uetus quod omnis calor letaminis exalauerit. Est autem sciendum predictas propagationes fieri aut in fessione totius uitis que propagatur. aut uirgis siue curuatura sarmenti ut uelut arcus supra terram relinquatur alia parte uitis in fossa. quod si fiat uirgis post biennium recidantur aut triennium quod est tutius. propter debilitatem biennialium radicum que uitam nouam sepe non conuenienter defendunt. Vetus et antiquata uitis et que longe nimius producat frugiferos palmites renouatur per stolidosum cultum congruis temporibus eidem adhibendum et per fimationem letaminis. aut sarmentorum aut sabuli in loco nimis cretoso aut creta et terra nimium sabulosa. et per strictam putationem aut insicionem factam in loco stupitis nitido et succoso. Columella dicit quod si uitis pergularii uel arbuti que est in integro trunco in solo robusto stricte putetur. et ablaqueata fimeatur. et intra tertium uel quartum pedem a terra mucrone feratur acuro. ac fossa frequentius incutetur. ex eo loco germen plerumque producit in uere. ac materia uitis fundit qua reparatur uitis. **¶** Si truncus uitis est nimia vetustate corruptus. de mentis martui iuxta terre superficiem uel

sub ea modicum rescidat ut similis i
absciso trunco uitis eadem renouet.
uel cum uitis que sola est nimium lo
ge producit frugiferos palmites plie
tur vnum remotum a uite et intrans
ibi in terraz exeat appodiatum ad ui
tem. et post biennium inscivat mater
uince renouande. Vites aut oēs lau
dabilis sunt generis. et tunc de omni
bus fiat ut de singulis uitis supra
dictum est proxime. Aut omnes sunt
male. quo casu nil erit utilius q̄ eam
uniuersaliter extirpare atq; sufficien
ter uetustis consumptis radicib; eā
denuo plantare. **¶** si quedam uites
sunt bone quedaz male. radicibus ex
tirpatis peioribus uel apposis pa
lis in omnibus locis in quibus uites
aptantur. que relicte sunt adeo fodi
antur q̄ facile flecti possint. et totali
ter submerse in duas aut plures par
tes secundum exigentiam et possibili
tatem iparum vnaqueq; distribu
tur. et duobus palmitibus i singulis
locis ad plus relictis. cum duab; gē
mis supra terram ceteri amputentur.
et unicuiq; uiti ex fimo aliquid appo
natur. Nec est pretermittendum q̄ d
nouis palmitibus tantū de vnoquo
q; sub terra mergendum est. q̄ radi
ces in loco congruo nouas emittere
possint que in ueteri. nisi sit quasi no
uiz. facile non nascunt. **¶** si aliquis
remaneat locus ad quem pullus pos
set palmes produci. eidē aliunde trās
lati noui palmites tribuant. Omnis
preterea propagatio fieri potest in
mensibus octobris et nouembris fe
bruarii et martii cum terra nec adeo
mollis est q̄ commode tractari. non
possit et eius partes comminui. nec a

deo dura q̄ nimium fossioni resistat
In aquosis autem nimium locis p̄
hyemem. et in siccis ante hyemem uti
lius propago ducetur. Ita tamen q̄
in plano sub terra uno pede. in cluiis
et ruinosis usq; ad duos pedes. uitis
trahenda mergat. Vel forsan ea que
fit ante hyemem in omnibus locis ē
melior. dum tamen in aquosis terra
circa eam bene disponat. quia firmā
dis radicibus (ut ait **Paladius**) ui
tis incumbit. cum proferendi palmi
tes eam cura non promouet.

C De insitione uitiū.

Uites inseruntur aut in ui
tibus aut in arboribus.
Et in uite qdē isicio duo
bus pōt fieri congrue mo
dis. In trunco uidelicet et palmitē.
Insicio in trunco fit hoc modo. Eli
gat truncus inferendus talis qui sit
solidus et humoris exuberet alimen
to. neq; ulla uetustate aut iniuria la
ceratus arefcat. Rescidat circa terraz
ad pedem medium infra terram. naz
supra terram difficiliter comprehen
dit. Varro autem uitē scribit inserē
dam secari debere triduo anteq̄ inse
ratur ut q̄ in ea nimis est humor ad
uenticijs effluere possit. Inserendi sur
culi sint solidi rotundi. gemmis spis
sis et pluribus oculati. ex quibus tres
oculi uel duo in insitione ponantur.
Radat ergo sarmentum ad duoz di
gitoz mensuram. ut ab una parte sit
cortex. nec patiaris nudari medullā
sed leuiter rade ut isicifura possit sen
sum in acumen exire. et corticata pars
cortici noue matris adaptetur. Insi b

mus oculus ita infigat. ut trunco iun-
ctus adhereat. qui oculus exteriorē
debet respicere partem. Deinde liget
ut in aliis insicionibus est narratum
Tegumento quoq; aliquo a uentis
sole defendatur. ne huius quatiānt. hic
adurat. Vbi calor temporis ligatu-
ram inuaserit ipsi pānculo tenui hu-
mor circa uesperam debet frequenter
affundi. ut hoc alimēto contra uim
celi torrentis animeat. Potest etiam a
liquido ueteris cum nouo conuenien-
ter inferi. Cum ergo germen ceperit i-
crementum adiutorio calami uel pa-
li debet anecti. ne motus aliquis fra-
gilem sarmenti procedentis quasset e-
tatez. Leni uinculo et non stricte lige-
tur. ne adolescentia mollissimi germi-
nis nodo dure constrictionis anga-
tur. Si infra terram inferueris eā be-
neficio cōgestionis accumula. ut hoc
quoq; nouis sarmentis preter nutri-
cis alimenta subueniat. Aliqui etiam
in uite uel ramo biennali uel ultra in-
serunt surculum longum modicuq; ue-
teris habentem. et trunci grossitudinē
possidentem uel etiam inaequalem. ut
simul utramq; uinctis ad scissam uel
supradicto modo insicione parata.
et lege propaginum obseruata. In
palmitē autēz insitio duobus fit mo-
dis. Et uno quidem qui omnib; me-
lior est. ut nouum sarmentum nouo
per scissuram addatur insitura utri-
usq; in eodem iuxta gemmam adhi-
bita loco. et ligatura cum peciola ex-
cera imbuta et molli uimine. Deinde
argilla congrue subsecuta. Alio mo-
do ut gemma uitis unius excidatur
usq; ad medullam profundato vul-
nere et transuerse utramq; obliquato.

et tantundem de gemma uitis alterius
obruatur. et loco prime ponat. et fiat
colligatio ut in aliis et tunc conuale-
cit et fructificat. Quidam etiam exper-
tus mihi asseruit se usq; ad medullas
uitez parua terrebra perforasse. et ibi
surculum conuenientem foramini mo-
dicum rasum infixisse et comprehen-
disse. non absca uite. que quidem si
abscedatur debet melius provenire.
Est et alius modus optime proveni-
ens ut insciodat inferenda uitis obli-
que usq; ad medullam uel prope eaz
intantum q; cuneus duorum prope
digitorum possit immergi et tunc sur-
culi duaz gemmaz modicuq; habēs
ueteris usq; ad medullam rasus ab
una parte ut inscitura in acutum ten-
dat et preparatus eo modo quo meli-
us adequet. alterius partis exteriori
remota corticula imprimatur in pla-
gam et ligetur et creta circumposita pe-
ciola postmodum inuoluatur. et per
quatuor digitos uel idcirca mater su-
pra insitam sit absca. nec supra eam
aut infra permittatur aliquo pullu-
lare. et possunt circa uicem plures sur-
culi conuenienter aptari. Optime et-
iam provenit si unus tantummodo i-
seratur surculus. et si eiusdem grossi-
tudinis sit cum trunco. erit melius qd
esse possit. Alioquin cum una parte
corticis adequetur. Vel secundum
Varronem fiat adequatio medulla-
rum. Insitio in arbores duobus
potest fieri modis. Et uno quidem
ut uitis trabatur per cerasu. uel ali-
am arborem. ubi uia a tempore fru-
ctus arboris maturetur. Alio uero ut
inseratur in arbore. sicut omnis insi-
tio in dissimilia fit quandoq; Et

primus quidem modus est ut plan/
ter uitis iuxta cerasum uel aliam ar/
borem pirorum ⁊ malorum ⁊ perfo/
ratur ille ⁊ per foramen uitis trahi/
tur. ⁊ cum creuerint arbor ⁊ uitis ita
q̄ efficiuntur ligna eorum continua.
presciditur uitis ex parte radice ita
q̄ non nutritur nisi per radicem ⁊ si
pites alterius arboris. ⁊ tūc maturat
uua cum fructibus illius arboris. In/
seritur autem in arbore ulmi. ⁊ forsan
in quibusdam aliis secundum **C**olu/
melam. ut truncus arboris gallica us/
q̄ ad medullā perforet terrebra. ibi
q̄ affigatur surculus uitis secundum
modum supra traditum cum in com/
muni de insitionibus locutus fui.
Sunt preterea dicte insitiones lo/
cis calidis mēse february. frigidis ue/
ro mēse martii cum uites non aqua
to sed spisso lacrimant humore. licz
facte tēpore quo aquosas effundūt
lacrimas aut postq̄ emisē pampi/
nos. quādoq̄ insite comprehendant
Possunt etia de mēse maii ⁊ iunii
tam consumptis lacrimis si palmitē
inserendi loco frigidus ⁊ umbrōsus a
pullulatione fuerint preseruati. Aliū
insuper modū quo nuda gemma lo/
co alterius cum melle uel alia quacū/
q̄ re ponit a quibusdam vulgariter
predictum. non pono quia eum nul/
latenus approbare uidetur naturalis
ratio propter nūmiam teneritudinem
gemme. verumtamen quidam frater
minor mihi asseruit q̄ de mēse apri/
lis cum folia uitis incipiunt appare/
re accepit summitatem gemme rema/
nentibus foliis paruulis euz quādā
concauitate. ac in eo loco posuit aliā
gemmam similem recentissimam aliū

de acceptam cum molli fūno bubulo
⁊ sine quolibet alio auxilio conuasu/
it. Ideoq̄ probari potest licet uide/
atur contra naturalem rationem pos/
itam a fratre **Alberto** teuthonico.
Catho autem scribit. q̄ uitis insitio
vna est per ver. altera cum uua floret
ea optima est. Per ver uitem sic inse/
rito. prescindo quam inseres eaz me/
diam defindito per medullam. eo sur/
culos preacutos acuto quos inse/
res. medullam cum medulla compo/
nito. **A**ltera insitio est si uitis ui/
tem concinget. utriusq̄ uitem teneraz
preacuto obliquo inter sese medullā
cum medulla libro colligato. **T**ercia
insitio est terrebra uitem quam inse/
res perundito eo duos surculos ui/
tigeneos quod genus esse uoles in/
sectos obliquos acuto ad medullā
facito huius medullā cum medulla. cō/
iungas. arcitoq̄ eam que terrebraue/
ris alterum ex altera parte eos surcu/
los facito. sint longi pedes binos e/
os in terram dimittito. replicatoq̄
ad uitis caput medias uitis uncu/
lis in terram defigito. terraq̄ operi/
to. **H**ec omnia luto depressa oblini/
to alligato integitoq̄ ad eundē mo/
dum tanq̄ oleas. **E**go autem aliam
insitionem sepe probaui ⁊ eam inue/
ni infallibilem ⁊ securam a pollutio/
ne ⁊ lesione fossure. hanc insitionem
hoc modo facere debes. Accipe pal/
mitem longum nouum habentē qua/
tuor digitos ueteris pcedentis anni
⁊ remoue dimidiā ueteris pte usq̄ ad
medullā. ea salua remanēte in pte ise/
renda. ⁊ ex alia dimidia ueteris for/
ma cuneum longum tribus digitis sci/
licet usq̄ ad palmitem nouum. et h

ibi fiat una etherca et cuneus ibi bene
 fortis existat incisus non a parte me-
 dulle sed ab altera tantum. et fiat bene
 acutus. Postea scinde per medium sti-
 pitem inferendum eiusdem grossitu-
 dinis si esse potest. alioquin sit gros-
 sior parum. et de parte habente minus
 de medulla. demat quantitas unius
 digiti grossi. et in cesura infige cuneum
 ut etherca fortiter adhereat capiti
 breuiori stipitis scissi. et alia duo ca-
 pita equalia sint aliquanculum ultra
 nouum ut uinculum possit stringere
 utrumque caput ueteris sarmenti equa-
 tum. Deinde liga stricte cum iunco scis-
 so tota scissuram et eo modo poteris in-
 serere duo uel tria uel plura brachia
 uitis. reliquis omnibus amputatis.
 Deinde totam uitem insitaz demerge
 in terram. et tot sulcos in quam partem
 uolueris facias quot brachia sunt in-
 sita ac in quolibet sulco in loco uel lo-
 cis ubi loca insita in terra iacebunt.
 unam paruiam foueolam facias. in
 quam tota ligatura insite dimittatur
 et terra cooperta pedibus suauiter com-
 primatur. et ultra unam spannam ad-
 minus sarmentum superius eleuet. **E**t tem-
 poterunt sarmenta noua in nouo sar-
 mento uel ueteri usitato modo coniungi
 et eodem modo in terram deprimi. **S**ed
 est opus quod iunctura cannula scissa
 firmetur. ne flectendo facile rumpatur.

De putatione uitium et arborum
 fructiferarum.

In uicis calidis mense octo-
 bris nouembris februarii
 et martii donec earum au-
 gentur gemme iusta fiet pu-
 tatio uinearum. **I**n frigidis uero mense

februarii uel martii tantum. **I**n tem-
 peratis utroque potest tempore fieri.
 sed commodius erit in montibus ui-
 neas que septentrionem aut partes oc-
 cidentis respiciunt uerno putari tem-
 pore. **A**lia pars aduersa clementiori-
 bus plagis rescidatur autumno. nam in
 talibus locis et in omnibus calidis pru-
 inarum uis et natura nescitur. **S**ed sem-
 per secundum. **P**aladium in putati-
 one nitatur ut uitis fiat robustior et cru-
 re in debili uiticule duo duramenta
 seruemus. quod quidam experti pu-
 tatores nostri temporis in ordinal-
 tis et depressis uineis non obseruant
 astruentes melius esse stipitem uitis re-
 nouari frequenter. **A**uferenda sunt le-
 ta intorta debilia et malis locis nata
 sarmenta. **E**t sarmentum quidem in-
 ter duo brachia natum debet incidere
Ut si pinguedine brachium quoddam
 debilitauerit illud brachio deciso
 succedat. **E**rit tamen optimum puta-
 tioni sarmentum inferius bono loco
 natum recuperande semper uitis cau-
 sa tueri. et ad unam uel duas gemmas
 relinquere. **I**n locis letis et clementio-
 ribus altius licebit uites expandere.
In exilibus aut estuosis aut decliui-
 bumlior est habenda. **S**ed erit sapi-
 entis estimare uim uitis. **N**am quod tol-
 litur altius et pinguis et fecunda est.
 plus quam octo palmites habere non de-
 bet. ita semper in parte media unum
 aut duos relinquamus custodes. **S**i
 macra et humilis est singulis brachi-
 is singula flagella dimitte. sed proui-
 dendum est ne in una parte sint sar-
 menta que seruas. quod si fiat tanquam
 si fulgure tangatur arescit. **C**irca crum
 quicquid nascitur amputemus. si non

desideret uinea renouari. **R**elinquen-
da sunt sarmenta neq; circa duruz ne-
q; in summo. quia hec uelut pampi-
naria minus afferunt. **I**lla uero uite
nimitate fetus oncrant. et longis du-
cunt. quare sunt in medio loco seruā-
da non iuxta gemmam. sed aliquan-
to superius fiat plaga. et auertatur a
gemma. ppter lacrimam defluentem.
Ungues etiam custodum siccos et no-
tios recide. et omnia que uetera et sca-
bra reperies. **S**i truncus uitis sole
aut pluuiis aut noxiis animalibus ē
cauatus. purgemus quicquid ē mor-
tuum. **P**lagasq; eius amurca liniam9
aut terra. quod proderit aduersus p-
dicta. **C**ortex etiam recis9 et pendent
a uite tollat. que res (ut ait **I**saladi-
us) minorem fecem reddit in uino.
Arusculus etiam radatur ubiq; rep-
tis. **S**ed plage quas ī duro uitis ac-
cipiet. oblique ac rotunde fore debel-
bunt. **V**etera igit sarmenta quibus
primi anni fructus pependerunt om-
nia recidantur. et noua circumcisus ca-
pulis et ramulis inutilibus reliqua-
tur. **S**ed sciendum est q; in quibusdā
paribus sarmenta q; tū longa sunt a
natura producta a putatore relin-
quunt. ut apud cremonaz et tridonā
et alia multa loca. **I**n quibusdā so-
lum summitates steriles auferuntur.
In aliis autem usq; ad unum pedez
palmitum longitudo relinquit. **A**li-
bi uero adeo stricte putantur q; usq;
ad senipedis mensurā palmites bre-
uiantur. **E**t primus quidem modus
non est obseruandus nisi in locis les-
tis ubi partice non ponunt. sed uitēs
uelut partice uel funes undiq; exten-
duntur. **S**ecundus uero apud astro-

nomos obseruatur cum palis tantū
circa uitē affixis. et ad eos palmiti-
bus paucis extensis. **E**t hii duo mo-
di precipue tolerantur in letis uineis
et in hiiis uitium generibus que suas
gemmas per longa internodia distu-
lerunt. et huiusmodi uinee plurimum
et multum fructum ferunt. et multos
botros licet non adeo magnos ut ui-
tes stricte putate. multumq; et assidue
fodi et fimari desiderant tales uinee.
ut fructum et palmites congruos fer-
re possint. hec uero uinee in quib9 us-
q; ad unum pedem palmites breuiā-
tur ut **B**ononie **A**urine et in aliis lo-
cis multis in mediocri solo defendū-
tur. et quasi in omni genere uitis. et cō-
grue palmites fructumq; suum defē-
dunt. **Q**ue uero stricissime putant.
ut apud **F**orlinum et in quibusdā
aliis locis. et in prouincia taliter p-
curantur in uitibus que sine palis et
particis uelut arbuscule in suis stant
ordinibus. et in uitibus que spissos
ualde nodos inueniuntur habere. et
maxime in exilibus solis et in specie-
bus uitis que uocantur albana et scla-
na. **E**t potest etiam talis putatio ser-
uari in ziziga et uerdiga. que si aliter
putentur nimis miseras uuas ferunt
et sufficientes pro anno sequenti pal-
mites non produciunt. et hec est in ui-
neis putationis ratio. **I**tem exper-
tum est q; si sarmentes producentes
uuas inciduntur prope botros uua-
rum eis florentibus uel paucis die-
bus post nascuntur noui sarmētes cū
multis uuis pro agresta colligendo a
tempore uindemie et post ipsam. **E**t
puto q; huic experientie proderit si
a tota uite tempore dictę putatiōis b3

auferantur omnes sarmentes nati si
ne uitis uel saltem hi qui in sequenti
putatione a uite tolli debebunt. **I**tem
proderit si uie primo nate non per/
mittantur maturari sed cum adhuc
erunt acerbe pro agresta collantur.
Hec autem locum habent non in om
nibus generibus uitium sed in his
que tam in ueteri q̃ in nouo uias p
ducunt ut sunt muscatellus ⁊ similia
In arboribus autē ⁊ pergularis tot
materie relinquuntur quot uirtus ui
tis cōmode potest tolerare ut tamen
non sint in aliquo loco nimis spisse.
⁊ in sarmentibus relinquendis ōnes
summitates steriles auferantur. **I**u/
tant autē a pluribus de tercio i ter
cium annum tantum ut plures uias
ferant. Sed si annis singulis putetur
eas pinguiore prodeunt ⁊ longio/
ri tempore uitem defendent. **Q**uidā
autem nūq̃ putant uites in magnis
aut ramosis arboribus constitutas
propter nimiam difficultatem puta
tionis earum sed particis uites forti
ter percipiunt ut que arida sunt exci
tiant. Et quidam nullo modo percu
piunt sed eas suo naturali motu uiue
re sinunt ⁊ hoc etiam modo in locis
pinguioribus defenduntur. **I**tem
sciendum est q̃ in cuiuslibet uitis pu
tatione tria consideranda sunt scilicet
fructuum spes ut tales palmites tan
tum relinquantur de quibus percipien/
dorum fructuum spes habet ut sunt
ualde maturi ⁊ rotundi ⁊ grossas et
rotundas gemmas habentes ⁊ spissi
sas secundum speciem uitis illius.
Item successura materies ut uidelicet
custodes ⁊ sarmenta i bono loco na/
ta ex quibus materia sequentis anni

presumitur breuia ualde relinquantur.
Item locus qui uitem seruet ut custo
dem relinquantur etiam in parte ifima
uel in aliquo congruo loco cum pp
ter uetustatem aut deformitatem aut
nimiam longitudinem uitis indiget
renouari ut postq̃ sufficienter creue
rit in loco custodis restitutum ampu
tetur. **I**tem notandum est q̃ si ui
tis mature putetur maturius pullu
lat ⁊ plura sarmenta maiora proou
cit propter retentionem humoris qui
non effunditur consolidatis plagis
ante cursum eius quare totus cedit i
augmentum ramorum. **U**t si tarde
putetur serius pullulat ⁊ fructus plu
rimos consequeris propter effusio
nem superflui humoris aquosi diges
tionem humoris uiscosi ex quo fru
ctus generatur impediens. **I**deo ui
tes ⁊ uinee exiles prius pingues ue
ro que superfluo humore indigesto
luxuriant nimium in frondes ⁊ pal
mites ⁊ que pruinas timent serius a
putentur. **I**tem post bonam uini
demiam strictius puta propter con
sumptam uirtutem uitis post exigui
am uero largius propter vires eius
dem alterna resumptas requie. **A**rbo
res utifere quedam nullo modo pu
tantur ut que ferunt labruscas que
sunt uites siluestres que nūq̃ puta
ri consueuerunt. **U**el uites domesti
cas que particis tantum a quibusdā
siccitate purgantur. **Q**uedam de ter
cio in tertium putantur annū ut sunt
arbuta ⁊ arbores magne que uites
domesticas sustinent nisi sint fructi
fere arbores que auiditate fructu
putantur. **U**tile tamen est si eis an
nis quibus arbores putande non re

ciduntur. nimia spissitudo rami su
perflui amputentur.

**De Formatione uinearum ⁊ radi/
um inuicium amputatione.**

Nuellam uitez Columela
dicit post primum annu
ad unam materiaz eē for
mandam nec recidendam
totam sicut ytalie consuetudo est. an
no secundo expleto. quia uel intereāt
vites in totū recise. uel infecunda sar
menta producant que amputato ca
pite uelut pampinaria de duro co
guntur exire. Quare iuxta ipsam cō
missuram ueteris sarmenti ad unam
uel duas gemmas inferioris capitis
relinquenda sunt. quod est merito i
viticula seruandum. nam debilis ni
mis uiticula. secundo anno recidēda
relinquitur. Et sane adiuuanda ē ca
lamis nouella uitis uel exiguis palis
ut sequenti anno robustiores accipe
re possit. Et tamdiu recidenda est us
q; ad unam uel duas gemmas do
nec leta ⁊ fertilia sarmenta producat
Quod cū fecerit siquidem uitis uelut
arbuscula est formanda. ad unaꝝ tā
tum materiam reducatur. Si uero cū
pali ⁊ particarum auxilio stare del
bet in ea due materie sunt seruande. q̄
tante longitudinis formentur. quan
ta desideratur stipitis altitudo. ut ui
delicet in exili solo breuioris unius
salicis pedis. i. pingui uero ⁊ leto ma
ioris. ⁊ duorum salicis uel trium pe
dum altitudinis disponant. āno del
inde sequenti quatuor ad plus mate
rias habere debebunt que in partes
quatuor diuidantur. Deinde sequē
tibus annis totidē uel plures secūdi

doctrinam ⁊ earum putatione tradi
tam. **¶** Si uitis super arborem uel ar
busta consēdere debet per etates ad
hoc perducenda est donec ad ramos
fuerit ibiq; incidi debet. ut in eius
summitate nata capita sequenti āno
diuidantur secundum diuisionem q̄
inuenitur i arboris ramis. Deinde cō
sequenter per ramos uitis procuret
ascensus unam semper materiam ad
cacumen arboris dirigendo. Formā
tur uinee diuersimode secundum va
rias consuetudines ciuitatum ⁊ loco
rum. nam in quibusdam locis formā
tur in ordinibus cum palis ⁊ parti
cis. aut cum sarmentibus tensis aut si
ne aliquo auxilio ut alibi dictum ē
In quibusdam fiunt i aciebus. ⁊ tūc
aut cum una partica tantum uel du
abus siue tribus cum sunt in leto so
lo ⁊ maxime in aciebus arborum qui
bus uites mediantibus quibusdā pa
lis sustentant. Aut etiam fiunt in par
gulariis paruis. ⁊ tunc a parte sti
pitis sunt depresso ⁊ ab altera dirigen
tur in altum. que multo indigent li
gamine ⁊ labore sed plurimum fruc
tum ferunt. **¶** Ego autem pono unam
particam solā in parte depresso ⁊ u
nam i parte alta bene fortem. que o
nes palmites ualde longos ⁊ fere ad
terram pendentes sustinent cum mag
na fertilitate unaꝝ. sed unam parti
cam ab altera distare facio per unū
brachiū solūmodo. ⁊ alia pularia
facio in ripis uineaꝝ ⁊ agrorum i q̄
bus sunt sepes ⁊ arbores super quas
reponunt sarmenta multa ⁊ maxima
pro anno sequenti. ⁊ hoc modo pau
cis expensis multas uuas percipio i
ripis ⁊ sepibus uiridibus. que alias b x

nisi p clausura ⁊ lignis. p igne pau
ce aut nulle utilitatis existunt. que e/
tiam plurimum loca exornant. **I**n q
busoam formantur in arbuta humi
lima ordinata vndiq. uel i magnas
arbores aciebus districtas. **A**rbuta
humilima uitifera formēda sunt. ut
eis plantatis postq. biennio uel triē
nio elapso sufficienter conualuerint
in sex uel septem aut octo pedum al
titudine recidant. **I**ta q. in exili solo
breuiora in leto uero ⁊ pingui altio
ra formentur. ubi q. natis ramis an/
no sequenti omnes exceptis quatuor
melioribus amputentur. ⁊ remanen/
tes in partes quatuor diuersas cum
particis aut iuncis formētur. ⁊ liga/
tis lapidibus sufficientibus perpen
diculariter cogant. per latera extēdi
ne dirigantur in altum. qui cum for/
tificati fuerint. longitudinem triū uel
quatuor pedum sinantur habere. **I**n
quorum capitibus erunt uites forti/
bus uinculis alligande. ⁊ hic modus
pripue obseruatur in partibus me
diolanensibus. **S**ed in pergamēsi
faciunt stipitem magis depressū uel
delicet trium pedum ⁊ ramos inna/
tos etiam plures eleuant in altū. for
mantes arbusculam uitifera ad mo
dum campane inuerse. **I**n cuius medio
super stipite morat. qui putat uitē
⁊ arborem. ⁊ ipsam uitē circumcirca
expandit faciens palmites omnes fo
ras vndiq. stare decliues. **M**agne ue
ro arbores formande sunt ut in altū
⁊ depressū habeant vndiq. multos
truncatos ramos secundum possibi
litatem uitis arborem operientis sup
quorum capita ligabuntur uites que
postmodum omnes onuste ad infe/
riora flectent.

Possunt etiam cōmo
de formari ut uites ferant ⁊ ipse ar
bores augmentum non perdant. hoc
modo uidelicet. **C**um populus salix
uel ulmus erunt circa grossitudinem
brachii. circa xii. uel xv. pedes sumi
mitas incidat. ⁊ ramis ibidem nascē
tibus unus rectior permittatur i al
tum extolli q. tuz uoluerit. ⁊ singulis
annis uel alternis ramusculi auferan
tur ab ea sola summitate relicta. cere
ri uero rami infra dimissi formentur
ut in humilibus arbutis uitifera di
ctum est. ad quos uites ligentur. nec
abinde supra conscendere permittan
tur. **I**tem ut **V**arro scribit. ubi terra
naturaliter humida est ibi altius ui
tis tollenda. eo q. in partu ⁊ alimol
nio non ut in calice querit aquam. s.
solem. **I**dcirco utile esse puto in loi
cis campestribus humidis pampina
re uineas temporibus congruis soli
cet mense maii ⁊ iunii ⁊ ipsas libera
re ab omnibus superfluis ⁊ inutilib.
pampinis ⁊ sarmentis. **D**einde manu
ratis uero uis post mensem augi
sti eas superfluis frondib. denuda
re. ut sol uniuersas uias uidere ⁊ co
quere possit ut uinum fortius ⁊ mal
turius fiat. ⁊ superflua humiditate o
sumpta. fiat melius duraturum ⁊ me
lioris odoris.

De releuatione vinearum.

Uitē releuande sunt ⁊ ui
tes ligande ante q. gemme
nimis turgescant. ⁊ uince
quidem que in ordinibus
cum palis ⁊ particis fuerint. ita q. pa
eis uites spisse sunt vndiq. distātes.
equaliter releuande sunt. ut cuilibet

uiti palo affixo eadem in medio vi-
tis cingatur conuenienti uinculo si ui-
nea est depressa. Si uero alta in du-
obus cingenda est locis prius tamē
ad nouem palos sex cannis aut par-
ticis conuenienti altitudine alligatis
ita qd una uitis sic in medio. ⁊ ceterę
circumstantes. sic enī defenduntur a
casu. ⁊ uindemiantibus quasi ad om-
nes uites aptus patet accessus. Dein
de palmites in ptes quatuor diuidā-
tur. ⁊ fortiores fortioribus particis.
debiliores debilioribus alligent. In
his uero uineis que rariores habēt
uices pali per totum tribus distantes
pedibus affigant. ⁊ eisdem cannis ⁊
particis firmiter ligatis superinducā-
tur uices ⁊ taliter distribuant. qd ope-
reant uniuersa spacia ⁊ ligentur. Et
hic modus obseruat in multis uineis
Marchie. Anthonicane. s; mihi non
placet. Vbi uero palmites uelut fu-
les tenduntur cuilibet uiti circa eam
tres pali parui ponunt abinuicē di-
stantes medio pede ⁊ uinculum qd/
dam circa eos uelut sarmentuz anga-
tur. Deinde palmites extendantur. et
inter uitē ⁊ uitē furcula parua po-
nuntur. uel baculus ligetur ne uie flect-
antur ad terram. Et iam huic uinee
q; ceteris in quibus palmites longi
relinquunt multūz proderit. si facta
prope palum ligatura extra eā post
q; iā lacrimas effundunt suauiter mo-
dicum torqueantur sarmentes. nam
huiusmodi torcura nascitur infra li-
gaturaz successura materies nec uuis
nascensibus aliquam inferet lesionēz
Et hic modus apud Aster laudabi-
liter seruatur ab omnibus. sed palmi-
tes circa uitē sine particis ad duos

tres uel quatuor palos post uinee fosi-
tionem satis irrationabiliter ⁊ inep-
te ligantur. In his autem uineis que
in aciebus consistunt si cum particis
aut sarmentibus tantum fiunt. nota
est earū operatio. Si uero in paruis
pergularis affixis paruis palis iux-
ta uites ⁊ longis tribus pedibus ex-
opposito remotis baculus fortis in-
ter utrumq; palum paruū ⁊ magnū
ligetur a parte uitis depressus ⁊ ad
oppositā eleuatus. sup quibus sufficiē-
tibus particis positis uites distribu-
antur equales. Si uero in arbutis ⁊
arboribus sunt uites nihil aliud agē-
dūz est nisi ut uites in pluribus locis
ligentur ad stipites. ⁊ earum palmi-
tes per ramos ⁊ trūncos equaliter di-
stributi ligentur. Sed prouidendum
est omnibus annis uitē resolui ac re-
ligari. q; refrigerat ut Saladin ait

C De fimatione uinearum. ⁊ radicū
inutilium amputatione.

Oense octobris uel nouem-
bris februarii ul' martii fi-
unt parue fouee circa ui-
tes. ⁊ amputatis cunctis
radicibus que in summitate sunt ter-
re letamē imponitur. ⁊ maxime hoc
est in uite nouella seruandum ut am-
putentur radices superuacue. quas
produxit etate. que si conualuerint
inferiores radices faciunt nutrire. et
remanet uitis in summitate suspensa
que res eam frigori faciet obnoxia
am ⁊ calori. sed hee radicule non ad
stipitem debent recidi. ne aut plures
inde nascantur. aut noua plaga cor-
pori uitis impressa. vi secuturi

alcoris urat. **R**ecidantur autem relicto digiti spacio. et si placida hyems est uites relinquamus aptas. cum ante hyemem hoc est factum. si uiolenta ante mensem decembris operimur. Si perfrigida modicum columbini stercoreis circa uiticulas largiemur. Sed cum alium finum ponimus. paruis parum. magnis uero uitibus plus apponimus. **M**aximum igitur operatur in uineis leraminis administratio frequens ad multum proferendum fructum. sed quia consuevit uini saporem uiciare et durabilitatem ledere quod nobilius vinum habere cupiunt de mense augusti ubi uinea inferior est. lupinorum corbem unam in bubulca selrunt. et cum ad debitum augmentum peruenierint eos euertunt. et optimum stercus uineis prebere dicuntur. Vel in foueis circa uites factis ponunt minutatim incisos sarmentes et pampinos et operiunt.

De vineis ligonizandis.

Mense martii nouella uinea incipiat puluerizari. quod tunc et deinceps usque ad octobrem singulis mensibus agendum est non solum propter herbas. sed ne tenera adhuc semina soli data terra constringat. Sed in mense iulii mane et uespere iam calore deposito debet effodi. et auerso gramini puluerizari. Graminum radices sunt cumque obsint plurimum extirpande. Fiant preterea sulci per illas partes in quibus aqua colligitur. ut ad extremas partes facile defluat. que si remanserit nouellas extinguit et antiquas uites elidit. Eodem mense martii est celebranda

completarum uinearum fossio ante quam gemme nimis turgescant quia si fossorem apertus uitis uiderit oculi cecabit spes magna uindemie. deinde mense maii fit secunda fossio uinearum eo tempore quo nondum florent. uel eo quo iam florere desierunt quia que florent constat non esse tangenda. **I**n qualibet autem fossione cauedum est ne fiat eo tempore quo terra nimis madida uel nimis sicca est. sed cum medie dispositionis existit. Et quanto terra magis puluerizabitur tanto melius erit. Sufficit tamen si modicoriter profunde fodiat. Sit autem studium ut uersa terra fodiat equaliter. ut nihil in ea crudi soli remaneat. et maxime iuxta uites. quam rem uirga in qua sit altitudinis pastini modus designatus. diligens custos in multis locis exploret nam hec cautela dolosos fossores ab hac negligentia submouebit.

De nocuentis que uitibus accidunt et cura ipsarum.

Accidunt nocumenta in primo anno plantatis uitis ut pereant uel semine remaneant. Quod quidem quandoque fit propter herbas circa eas iacentes. quarum radices sibi nutrimentum surripiunt. quod si acciderit. frequenti fossione et herbarum incisione iuuentur. Aliquando uicinis arborum uel sepium umbris. et tunc aut amputande sunt aut frondibus deludande. **S**epe etiam ex nimio solis ardore deficiunt quo casu aut ob umbratione aut operimento terre circa eas cum aliquo stramine ne omnino

siccant. aut aque conuenientis exhibi-
tione lesionem euitant. **A**ccidit etiā
quandoq; nocumentum uitibus ex
uicinitate quarundam plantarum si-
cut caules corilli et lauri. **C**ompertū
est enim hec adurere uitem. **I**deoq; i
vineis plantari non debent. **Q**uādo
q; patiuntur animalium corrosionez
que plurimū ledunt eas et toxicant.
Ideoq; si pauca sunt uites spinis cō-
gruis muniātur. si plures fossatis ci-
gantur et sepibus. **Q**uandoq; uites
in hyeme gelu pereunt. quare reciden-
de sunt iuxta terram. et in talibus lo-
cis in putatione curandum est. ut
nunq; stipes erigatur aliquis supra
terram. et cum approximat hyems ui-
tes putentur non cirtatis flagellis et
omnibus simul in quibusdam locis
cum iunco ligatis iuxta terram flectā-
tur. et super capita ipsorum ne surgāt
aliquid terre ponatur. **D**einde post
hyemem reducto ligamine releuent.
uel fiant in arboribus tantum super
quas non facile gelu siccantur. **A**liqñ
autem frigus non totam perimit ui-
tem. sed solum novos palmites qui
propter ligni teneritudinez et medul-
le magnitudinem se defendere neque-
unt. **Q**uod cum acciderit sursum i lo-
co idoneo palmitibus procreandis.
aut etiam modico de palmitibus re-
licto si aliquid uiriditatis ibidē ha-
buerint recidatur. sic enim quasi reno-
uabitur et formabitur uitis. et forsan
eodem anno aliquem fructum feret.
Accidit etiam plerūq; ut postq; pal-
mites et uuas protulerint pluuius o-
mnem uiriditatem amittant. quare i ta-
libus locis omnia genera uitium plā-
tanda sunt q; tarde uirescant. ut sunt

albana garganica et mayolus. **I**ble-
rumq; uineas inuadunt ruge que om-
nem uiriditatem corrodunt et uermes
uirides. et azurri parui q; caiaturi uo-
cantur **B**ononie. qui natos cuz uitis
palmites perforant et desiccant. **C**on-
tra que subueniendum est ut per ma-
nus mulierum et hominum colligan-
tur. et pedibus conculcentur uel igne
cremētur. **A**ccidit preterea sepiissime
ut tempore caloris descendat cū fer-
uenti sole paruissima pluuiā veneno-
sa et adusta. que vulgariter apud **B**o-
noniā mellinū uocat. que multa ge-
nera uitium adeo ledit. q; earuz fructū
omnino in nihilum reducit. **I**deoq;
ubi hoc frequenter accidit. ea plantē-
tur uitium genera que modicum uel
nihil leduntur ab eo. ut est malisia et
albana et grilla. et quedam alia gene-
ra nota. **T**empestas etiam sepe omni-
no vineas consumit contra quaz ni-
hil omnino ualere potest. nisi forsan
pia oratio ad deū mundo corde di-
recta. **L**icet quidam tam mares q; fe-
mine ignorantes naturam et generati-
onem grandinū imprudenter aut fal-
lacier afferant contra grādines et ful-
gur quedam fieri posse. **A**ccidit etiaz
quandoq; q; uitis ligone ledatur. et
tunc quidez uitis stricte ligetur i pla-
ga. et ea circūfossa ouinum uel capri-
num admisceat cum terra letamen. **A**c-
cidit preterea sepe q; uitis tot pāpi-
nos profert q; eos et uuas ad debi-
tum nequit producere augmentum.
In quibus mense maii consideranda
sunt sarmenta que nouella uel necus
uitis protulit. et ei pauca et solida
relinquamus. et in nouellis ammi-
niculis firmamus. donec brachia

firmata durecant. nec amplius rese/
cte et pullulanti uiticule quod duas vel
tres materias relinquamus. et propter
uentorum iniuriam alligent. Si relin/
quas in primordio pauciores hoc me/
se pampinari conueniet. sed tunc est
pampinatio necessaria cum teneri ra/
mi digitis stringentibus crepabunt si
ne difficultate carpendi. hec res uas
efficit pinguiore. successuram mate/
riam corroborat et utilitati fructuum
conuenit solis admissu. Accidit pre/
terea uicibus sepe tanta debilitas ut
misera nimis sarmenta et uas pro/
ducant. quibus fimo frequenti fossi/
one et stricta putatione subueniendu
est. Quedam autem adeo lete et pin/
gues sunt quod magnitudine pampino
rum uineas claudunt et se uicinasque ui/
tes suffocant. nec fructum suum matura
re permittunt. Quibus subueniri opor/
tet larga putatione. rara fossione.
fimi priuatione. et palmitum et pam/
pinorum inutilium amputatione tem/
pore mai. et frondium spoliatio in
locis frigidis. et precipue cui uine pu/
trescunt pampinent per latera trigu/
ta diebus ante uindemias et sola frons
illa seruanda est que in summitate po/
sita solem nimium defendit a uertice
et si que in terra iaceant sursum sine re/
uolutione suauiter eleuent. In locis
autem ardentibus et siccis obumbra/
tur uina. ne ui solis arescat si aut vi/
ne breuitas aut facultas permittit o/
perariorum. In quibusdam etiam lo/
cis nimias hominum et canum patium
tur insidias. quas diligenter die noct/
turne matunitatis tempore custodiri
debet. et in eis plantari debent ea ge/
nera que non sint delectabilia. sed au/
-

stera ad edendum. ut gimaresca et gi/
maronus. que non de facili tanguntur
ab aliquo. et tamen nobile ac seruabi/
le vinum faciunt. A scurris sepe pre/
terea plurimum infestantur. quod cum
accidit fumibus et signis terribilibus p/
uineas appensis et personis circudan/
tibus et eos terrentibus expellantur.
Et si tanta est eorum inuasio quod p*ro*di/
ctis modis defendi non potest fiat
in medio vinee super quatuor colum/
nis locus eminens super quo puer a/
liquis maneat trabatque et moueat fu/
nes ab aliis capitibus ad longos pa/
los circa uineam ligatos cum cucur/
bitis et paruis baculis circa eas. cum
in aliqua parte uiderit oportuni. ut
in ciuitate. Aloge ab omnibus obser/
uatur.

**De conseruatione uinarum recentiu
um uel siccarum.**

Uas quas seruare uolumus
ligamus illesas nec acerbis/
tate rigidas. nec maturica/
te fluentes. sed quibus est
granum luce penetrabile et splendoru
et tactus cum molli iocunditate cal/
losus. Si qua sunt uiciofa rescemus
nec patiamur interesse quibus inex/
pugnabilis acerbitas contra blandi/
menta est. ui caloris induruit. tunc in/
cisos botrionum tenaces calida pi/
ce ambiri oportet. atque ita in loco sic/
co frigido et obscuro sine luminis ir/
ruptione suspendi. Item aliter. extra/
cto pane de furno non nimis calido
ponatur in eo palea et supra eam ui/
ue. ubique per horam secundum quod mel/
lius tibi uidebitur dimitte. donec ali/
quantulum fiant passe. Vel ponant

super affide uel aliqua craticula i fur
no. ⁊ postq̃ inde fuerint extracte sub
mergant in musto dulcissimo. ⁊ po
nantur ad solem donec aliquantulū
sint sicce seu aliquantuluz musto gut
tate. ⁊ ponant in uase ueluci in lagel
na uel sacco. Item aliter uuas sole de
coctas pone in musto feruenti ad iq
nem modice dimittēdo ⁊ pone ad so
lem iterum ⁊ sunt optime. Item uue
sanissime ⁊ aliquantulum ad solem
passe seruantur in sabulo siccatō ad
solem. Item i paleis uel feno substra
ctis. Item in foliis uitis siccatis. Itē
in melle. Catho ait uuam in ollis cō
modissime condi ⁊ in sappa ⁊ in mu
sto. Recte uuam passam grecā sic fa
cias melioris acini ⁊ dulcis ⁊ lucidi
boriōes in ipsa uite torquebis. ⁊ pa
tieris sponte mediocriter siccati. De
inde sublatos in umbra suspendis. ⁊
uuam districtā componis in uascu
lis subternis pampinos sicco algo
refrigentes. ⁊ manu comprimis ⁊ cū
uas impleueris desuper pāpinos ad
des ⁊ operculabis ac statues in loco
frigido sicco quem nullus fumus in
fuset. Salernitani autem uuam pas
sam hoc modo faciunt. Eligunt em̃
meliora uuarum grana ⁊ ad solē de
siccant. deinde in furno modicuz po
sita cum uino dulci abluunt ⁊ super
aspergunt puluerē cinamomi ⁊ ligāt
in foliis fici ⁊ seruant per annum.
Hec uirtutem habet leniendi ⁊ deco
cte in uino ⁊ ipsam uinum ualent cō
tra frigidam tussim. Fit etiam opti
me uua passa hoc modo. Torqueat
in uite. ⁊ sic torta per tres uel quatu
or pendeat dies. deinde collecta qui
libet botriōnꝫ cum manu uel tenacu/

la in musto dulci feruenti ponatur. ⁊
itanti q̃ bis possit dici saluatio be
ate uirginis marie teneat. deinde sic
cetur ad solem si calidissimus est. uē
in clibano pane extracto. Caue tamē
ne pluuus aut rore tangatur. Deinde
refrigerata in aliquo mūdo uase po
natur ⁊ optime compressa desup pō
deretur. Quidam autem ea exsiccata
ad solem iterum in musto dulci frigi
do obruunt ⁊ exsiccant aliquantuluz
⁊ componunt. Sed hec omnia fieri
commode possunt de uuis recentibꝫ
sine tortura racemi. omnibus aliis q̃
diximus obseruatis. dum tamen sci
as q̃ difficile siccati possunt ad
solem in regionibus temperatis. Itē
grecis docentibus si uuas uel poma
in uite uel arbore diu seruare uolue
ris uasculis clausa fictilibus ab una
parte pertusis diligenter a summo re
cta suspende. q̃uis poma gipso coo
perta in longam seruent etatem.

C De uirtutibus uuarum.

Uua in duo diuidit̃ secun
dum **Ysaac**. Est em̃ acer
ba ⁊ matura. Acerba ē fri
gida in tercio gradu. sicca
in secundo. hec tres habet substācias
in se diuersas. scilicet grana corticem
⁊ succum. Granorum natura sicca est
⁊ dura nullius conuersionis in cor
pore. sed integra egreditur. sed fari
na ex eis pistatis facta bibita cōfor
tat. ⁊ colericam egestionem stringit.
maxime si assentur. Cortex grossus ē
nec ouertitur. ⁊ ideo non nutrit. con
fortatiuus est stomachi. ⁊ epatis ca
lorem extinguit. sitim aufert. et al
cumen colere rubee mitigat. Vomi/

tum et digestionem colericam stringit.
Oculis appositus palpebrarum grossos humores attenuat et exsiccatur. Item ualet ad pruriginem oculorum et asperitatem. Succus uero uue acerbæ ante dies caniculares ad solem poni debet ut siccat ut spissat ut mel. hic ualet humoribus ad gulam descendentibus et gingiuas et auriculas. Si distere facias ualet uulneribus intestinum. et diuturnis humoribus in uulnam descendentibus. **U**ua matura quæ est in sua completa dulcedine sanguinem laudabilem facit et ceteris fructibus quemadmodum ficus melior cibus est. **M**us tamem ficus quam uua nutrit. Testatur autem hoc quia quidam suis temporibus eis solis utuntur unde pingues fiunt. et clare eorum cutes desistentes uero ab earum esu facile marcescunt. **E**iuss ossa sunt frigida et sicca. granis acerbæ uue uicina. habent tamen acumen quoddam propter quod cito exeunt ante conuersionem. Item cortex eius frigidus et siccus est et ad digerendum durus et si cum ossibus et cortice edatur indurat egestionem et inflationem et uentositatem generat. et humores longinquos a sanguine laudabili. Si comedant in hora qua de uite accipiuntur. siquidem inueniant stomachum malis humoribus uacuum et cibis. et fortis sit digerere. bene digerunt. et in laudabilem sanguinem conuertuntur. et uentris adiuuant solutionem. corpusque a malis purgant humoribus. **C**ontrario si stomachum inueniant malis humoribus uel cibus plenum. et digerere sit imbecillis in eomorantur et inflationem generant ac rugitum. et in humores malos couer-

tuntur. et fumum noxium plurimum creant. **A**ppense autem et ab aere humoribus superfluis desiccate ceteris uuis sunt laudabiliores et subtilibus dietis conuenientes. **N**on inflatione longæ sunt et uentositate uel fumositate nec stiptice sunt nec solubiles. **I**n multum misse uel sappa grosse diete sunt et stomacho minus conuenientes. uentositatem et inflationem producunt propter extraneos humores ex multo uel sappa assumptos. **U**ue multum carnis habentes nutritiores et duriores existunt quam hec que plus humoris quam carnis habent. Item uua cuius sapor est dulcis ac grossus mellis quæ uicinus calidior est. sitimque generat et grossioris est nutrimentum et ad digerendum durioris. inflationem faciens ac rugitum. et opilationem splenis et epatis. **E**t uua cuius sapor est subtilis aquosus frigidior est. et digeri tenuior. stomachi confortatiua et mundificatiua a colericis humoribus. sitis mitigatiua et conueniens complexionibus temperatis. **E**t uua cuius sapor est medius inter predictos est medie potestatis. **A**lba uua clara et aquosa leuiter nutrit et facile digeritur uenas cito perforat. et urinam puocat. **N**igra grossa est et digeri dura et confortatiua stomachi. et si bene digeratur nutrimentum bonum prestat. **R**ufa uel citrina media est supradictarum. **P**assum siue uua passa est sicca ad comparationem uiridis. et ex ea quedam est dulcis. que calidior est et humidior maxime si nigra sit. et hec ualet ad dolorem pectoris et pulmonum et tussim mitigat. **U**ue uero acerbilitatem habet. minus nutrit et frigi-

dior et sicior est dulci. Deoq; stoma-
chum confortat. calorem extinguit. et
uentrem constipat.

De apparatu uindemie.

Hopropinquate uindemia-
rum tempore. preparade
et aptande sunt cine in hiis
locis in quibus moris est
uinum cum suis racemis et arillis bu-
lire. In aliis uero torcularia. Item cor-
bes cophini et ciste et cetera instrumē-
ta et uasa que unicuique necessaria uel
oportuna sunt secundum uarias et di-
uersas locorum consuetudines et om-
nia uasa necessaria sunt mollificanda
optime et lauanda. et iunci ueteres ser-
uari querendi sunt. quia meliores et
durabiliores sunt nouis. qui adhuc
seminari existunt.

De tempore uindemiandi.

Tale est dinoscere quando
uindemiandum sit. nam q-
dam anteq; uue maturen-
tur uindemiāt. et ideo sub-
tile et infirmum et non permanens fa-
ciunt uinum. Alii uero tardius uinde-
miantes non solum uineas ledunt re-
solutis tam uiribus eis. sed tale uinum
passibile et minus durabile faciunt.
Cognoscit ergo tempus uindemie gu-
stu et uisu. Auicenna enim Democritus
et Africanus dicunt sex solum diebus
debere uuam et non pluribus perma-
nere maturam. Si enim granum uue
iam non uiride sit sed in ea nigredine
uel alio colore in quo tandem esse de-
bet secundum naturam generis illius
uue significat eam esse maturam. Qui-
dam autem exprimunt uuam et liqui-

dem exfluxerit granum uue nudum
non continens carnem maturas esse
ad uindemiam approbant uuas. Si
uero affluxerit granum cum parte car-
nium eas non dicunt esse maturas.

Quidam autem ex quo incipiunt pas-
se fieri maturas coniciunt uuas. Alii
uero probant ita ex uno densissimo bo-
tro unum auferunt acinum. post unum
uel secundum diem considerant si manet in
eadem forma loci acini. et si circumsta-
tes nullam recipiunt augmentatio-
nem uindemiare festinant. Si uero
acini locum minorem factum conside-
rent. quasi hiis que in circuitu sunt a-
cinis adiunctis sustinent uindemiam
donec augmentatio procedit. Pala-
dius autem ait maturitatem cognos-
ci si expressa uua grana que in acinif-
celantur sint fusca. et aliqua prope mo-
dum nigra. quam res facit maturitas
naturalis. Oportet ergo tunc uinde-
miare. et maxime luna existente in can-
cro uel leone libra uel scorpione uel
capricorno uel aquario. Ea uero fi-
niente et subterranea existente festina-
ter oportet uindemiā facere. ut Bur-
gundius ait in libro de uindemiis.
quem de greco transtulit in latinum.
Et in summa sciendum est. quod si uue
nimis pingues per latera frondibus
denudentur. uinum quod ex eis fiet
minus erit aquosum potentius et me-
lius duraturum. Si uue colliguntur
post terciam rore consumpto et aere
calido et sereno uinum erit potentius
et melius duraturum. Uue lucide non
pingues neque consumpte. nec in ali-
qua parte corrupte. uinum faciunt
potentius et melius duraturum. con-
trarie uero contrarium operantur.

Vue nimis mature uinū faciunt dulcius sed minus potens minusq; durable q̄ eodem tempore priori collecte. **V**ue nimis acerbe faciunt uinum acerbius. **M**ediores uero faciunt uinum potens et melius duraturū. **V**ue in augmento lune collecte. uinum minus seruabile faciunt. **I**n decremento magis. **S**i uue nigre ad buliendum ponant in fundo tine. uinum erit rubicundius. si mature maturius. si acerbe acerbius si mel dulci9. si salua saluiatum. **E**t generaliter saporem et uirtutem acquirit eius quod in eo loco ponet. si diebus congruis simul ebullierint. si uue collecte quibusdam diebus in aceruo steterint. uinum maturius erit. **S**i mustū in dolis siue grapis ebulliat. bonum et durable erit. s; tardius clarificatur q̄ si cum eis ebulliat.

Qualiter uindemiandum sit.

Qui portāt cophinos maiores uel corbes. et qui uas in cistis colligunt eligant folia. et si quis acerbis uel putridis aut siccis inueniatur botrus auferatur. **N**oportet autem et calcantes uiam si quid obliti sunt qui presunt cophinis aut corbibus ipsa eligere folia. ipsa enim contrita cum uis austerum magis operatur uinum et facile corruptibile. **D**e acerbis autem putridis et siccis uis maximum fit nocumentum uino.

Qualiter debent uue calcari. et ex eis uinum fieri.

Famissas torculari uias statim pedibus exprimi oportet ab hiis qui ad hoc sunt ordinati. et cum omnes acinum equaliter calcauerint sursum racemos et grana eleuent et attrahant ut multuz hūoris sub torculari defluat. et cū secundo calcauerint et in alci racemos erexerint et molles et calidos et cum ualde humidos eos fecerint sic sub ligno et palo eos ponant. **C**alidi enim et molles existentes facile fluxibiles fiunt. **S**i uero hūdi ualde distendantur. necesse est graui supposito scindi eorum compositionem. **I**nterantes autem in torculari oportet ualde pedibus esse nudos et non sepe exte et incrare nudis pedibus. et est bonum q̄ in eo non comedāt nec bibāt et q̄ sint uestiti et cincti propter sudores superuenientes. **I**n quibusdā calmen partibus ut Bononie calcantur ad uineam in corbibus sicut meoieriter possunt. et calcate posite super curribus in uasis ponantur ad cinas in quib; eas stare ad feruendū p̄m̄tunt p̄ octo dies et ultra usq; ad quiddecim uel viginti. ex quo multuz purificatur uinum. sed sapore racemorum inficit. **I**deo melius est q̄ supra cinam ponatur cratis uel instrumentum ex asserib; pforatum ad hoc dispositū supra quod stet unus calcator qui calcando perficiat qd̄ in corbe compleri non potuit. et cū oēs bene calcauerint racemos cū pedibus p̄ unam partem in cinam emittat in quantum bulliat solummodo q̄ purificatum sit. et racemi supra liquorem eleuati ab eoq; diuisi. qd̄ in paucis tuenit diebus. quo facto reponatur

in uasis ⁊ in tinis. ⁊ aqua ponat pa-
rum uel multum secundum qd nobili/
ores ⁊ potentiores aut uiliores fue-
rint. ⁊ secundum qd hoc uinum qd
mixtum dicitur melius uel peius opta-
tur. Sciendum est tamē qd quāto mel-
lius uue calcant. tanto minus ⁊ de/
terius fiet mixtum. sed de puro plus
habebitur. Si uero male calcate fue-
rint econtra erit. ⁊ secundum illū mo-
dum uinum purificabit ⁊ durabile
fiet. nec uiciabitur racemorum sapore.
scias tamen qd uuas debiles aqueas
magis nobiles uero minus bulire o/
portet. Est autem sciendum quasda
esse species uuarum adeo austeros
racemos suos habentes qd cū eis ui-
num sine sui detrimento bulire non
audet. quasdam uero adeo modicū
austeros habentes. qd cum eis bulire
plurimum possit. Notandum est eti-
am qd quāto uue pinguius ⁊ aquo-
siores sunt. tantomagis cum racemis
bulire debent in tinis. Et quāto no-
biliores ⁊ sicciores fuerint. tantomi-
nus in eis stare oportet. Item sciendū
est qd postq̃ uue collecte sunt ⁊ in a/
cerū posite si duob⁹ uel tribus die/
bus sic steterit ualde ipsaz ⁊ uini au-
getur maturitas ⁊ dulcedo. Deoq̃ uti-
le est in uineis habere bitumē in quo
uue ponantur. ubi diu stare poterūt
⁊ extra in tina parua ex bitumine fa-
cta colligi maturum uinum quod in
de liquabit qd ualde suaue ⁊ delecta-
bile erit nō tñ in estate de facili pote-
rit conservari. Sciendum est etiā qd o-
ne uinū qd cū racemis ⁊ pellibus seu
corticib⁹ acinorum non feruet est al/
bum. quod uero cum eis feruet tingi-
tur ab eisdem. ⁊ corticis colorem ni-

grum aut album uel rubeum acquirit
uel aureum.

C De hiis que ex uuis fieri possunt
U uis fieri possunt agre-
stum passum defrictum ca-
roenum sappa uinum ⁊ a-
cetuz. De quibus omnib⁹
dicendum est qualiter fiant ⁊ conser-
uentur. ⁊ de natura ⁊ uirtute quā ha-
bent in corporibus humanis.

C De agresto passo defricto ⁊ caroe-
no ⁊ sappa.

Agrestum fit duplex liqui-
dum ⁊ siccuz. Agrestū qui-
dem liquidum fit hoc mō
Cū uue sunt adhuc acer-
be. sed ad debitum uel quasi perueni-
runt augmentum colligunt ⁊ pistan-
tur. ⁊ in mastellum uel tinam uel ali-
ud uas ponuntur ad solem. ⁊ in eis a-
liquid de sale ponetur. ⁊ postq̃ duo-
bus uel tribus diebus ad solem stete-
rint accipitur succus ⁊ repositus u/
sui feruetur. ⁊ quidam de sale nō po-
nunt. sed cum eo melius conservatur.
⁊ maxime si ex talibus uuis factū fu-
erit quarum uinū in estate sanum ser-
uari non potest. Agrestum uero sic
cum sic faciendum est. Accipe uuas a-
cerbissimas ⁊ pista ⁊ exprime ⁊ po-
ne in uase ex ere rubeo super igne ⁊ et
coque donec coagulationi appropin-
quat. deinde pone in uase extenso. et
soli expone donec siccetur ⁊ serua.
Et quidam ponunt ad siccandum in
sole absq̃ decoctione aliqua si sol ca-
lidus adest. Quidam etiam agrestuz
faciūt ex uuis aliquid dulcoris par-
ticipantibus. sed prior sriptior et i

frigidior est. **P**otes et tercio modo
facere agrestum spissum ut mel. qđ ē
plurimum uirtuosus. ut scilicet dictū
est de uirtutibus uuarum. **P**assus
uniuersa affrica pingue ac iocundus
sic conficere solita est et consuevit. le/
gunt uue passe qđ plurime et in fistel/
lis iunco factis aliquatenus raro cō
textu posite. uirgis priō fortiter uer
berantur. Deinde ubi uuarum corp⁹
vis concussionis exsoluerit compri/
mitur hinc passus est quicquid efflu
xerit et conditum uasculo mellis mo
re seruatur. **D**efricum caroenum et
sappa fiunt ex musto. Nam defricū
a deferuendo dictum effectum est u
bi ad spissitudinem fortiter despuma
uerit. **C**aroenum cum tercia perdi
ta due partes remanserint. **S**appa
ubi ad tercias redacta descēdit quā
tamen meliorem faciunt citonea siml
cocta.

De purgatione uini facti ex uuis
acerbis et corruptis.

Oportet omnes uias acer
bas uel aliter qualitercun
q; corruptas separare are
liquis. et qđ ex ipsis ē mu
stum ita est curandum. Aqua pluuiā
lis usq; ad dimidium est excoquēda
et ex hac aqua decocta. quanta ē mu
sti decima pars superinfundi uino.
Rursus autem cum uino decoqui. ut
consumat in decoctione decima pars.
Quidam autem non ita faciunt. sed
ipsis uuis immittunt aquā omiscen
tes ad futurum mustum terciam par
tē post calcatis uuis mustū coquūt.
ut consumat eis tercia pars.

De cura uini pluuiā agitati.

S et pluuiālibus imbribus
multis superuenientibus
uue in uinea adhuc existē
tes uel post uindemiam ā
plus qđ oportet madesiant ex neces
sitate ipsas calcabimus. Si uindemi
atum multum imbecillius esse uide
ris. docebit autem te hoc gustus cum
uinum in doliis mittetur. post pri
mam ebullitionem confestim transfun
datur in alia dolia. manet enim i fun
do omne limosum uel lutosum pp
ter grauedinem. Quidam autem meli
us faciunt et uinū coquant donec ui
cesima pars eius consumat. immittē
tes gipsi centesimam partem. Lauda
tu uero eousq; ad ignem uinum dei
coquant quousq; quinta pars eius
consumatur. et eo post totam consum
ptam utuntur.

Eualiter mustum in doliis mitem
dum sic.

Dolia anteq; mittatur in ei
is mustus. aqua falsa pu
ra spongia ablui oportet
et incenso fumigari. oportet
et autem neq; nimis facere ea plena
nec nimis deficientia. sed opinari o
portet quousq; mustus bulliens aug
mentationem faciet. ut non superrefi
fundatur. **C**ōmouere postea quod i
doliis est mustum per quinq; dies. et
manibus et cithis spumā et si quid a
liud sit superfluum auferre. et expur
gationes omnes a cellario educere. et
longius prouocare. Si enī prope mā
serint conopes inde generat et malus
inde fit odor. qđ ambo uinū eueru fa
ciūt. Idcirco bonū odorē in torcula
rib⁹ et maxie i apothecis ēē oportet

**Qualiter mustum per totum annū
haberi possit.**

Hecq̃ calcantur botri q̃
ex ipsis stillat mustū qđ
presmonem quidāz uocāt
mitte in eodem die in uas
pice interius perunctum uel exterius.
ut semiplenum sit uas. ⁊ obstrue dili
genter gipso. multo enim tempore p
manet mustum ualde dulce. Multo
magis seruabit si uase percluso corio
in puteum uas immittit. quia nō su
perbuliens semper erit mustū. Si q̃s
autem ⁊ quiescibiliter id est paulatim
conculcauerit uas. ut nō comprimā
tur scilicet fortiter. hoc mustum utile
ad permanentiam habebit ut Bur
gundius ait. Alii uas ut est dictum i
terius ⁊ exterius pice perunctū in pu
teum ponunt. ut labia sola superemi
neant. hoc per experientiam optime
uisum est. Alii in arenam humidam
uas suffodiunt.

**De cognitione an mustum uel ui
num habet aquam ⁊ qualiter possit
separari ab ea.**

Quod cognoscā an mustū
habet aquam. pira cruda
uel secundum quosdā mo
ra mitte in mustum ⁊ si a
quā habet submergentur. sin autē nō
supernatabunt. Quidam cannaz gre
cam que nascitur in aquis uel linum
uel papirum uel fenum uel aliquid a
ridum ungunt oleo. ⁊ in uinum mit
tunt ⁊ extrahunt. si aqua habet cō
gregabunt gutte in oleo. ⁊ q̃to plus
de aqua habuerit tantomaior esset ⁊
erit guttarum aque congregatio. Alii
simplicius facientes immittunt in ol

lam nouam nondum infusam. ⁊ ap
pendunt duobus diebus stillat enīz
olla aquam mixtam. Quidam in cal
cem uiuam superinfundunt ⁊ siquidē
aquam habet sonabit. ampullas fa
ciens ⁊ resiliet. Quidam uero spongi
am nouam oleo unguētes ea obstru
unt os uasis ⁊ evertunt. ⁊ si aquā ha
bet fundetur in spongiam. Eadez p
batione ⁊ in oleo utimur. Alii de mu
sto sibi modicum in manu mittunt et
fricant. si purum est uiscosum est ⁊ ad
heret si aquam habet non adheret.
Aqua hoc modo separat a uino. ⁊
lumen humidum mitte in testam uini
deinde spongia vincta oleo obstrue
os teste uel alterius uasis. ⁊ inclinās
sine effundi ⁊ effluet solum aqua

Qualiter mustum cito expurgetur
Metretā dulcis mustico
tulaz aceti mitti ⁊ p̃ tres
dies erit purum.

Qualiter uinum nō superebuliat.

Aronam pulegii uel nepi
te uel origani collo uaso
rum circūpone. ut ait Bur
gundius. Quidam autem
iteriora uoliorū circa latera pungūt
lacte uaccino. detinebit enim int̃ bu
liens mustum ut dicunt.

**Quo loco debet stare uinum ut me
lius duret.**

Quam uinariam septētri
oni habere debemus op
positam. frigidam obscu
ram uel obscure proximā
longe a balneis stabulis furno sterq̃
linus cisternis aquis ⁊ ceteris oloris
borrendi. In libro tamen uindemie
a Burgundio edito dicitur. q̃ for/ 12

rius vinum sub diuo ponendū ē. ad uertat autem occasum ⁊ meridiē pa rietibus quibusdam appositis. Reli qua autem uina sub tecto ponenda sunt. Fenestras autēz altiores oportet facere ad aquilonem ⁊ orientem versas.

De transuafatione uini ⁊ apertioe doliorum.

Oportet uinum transuafa re in borealibus uentis ne quaquā in australi. ⁊ imbecilliora quidē in uere. fortiora autem in estate. uina autēz que sunt ī aridis locis post solsticiū bru male. Dum autem transuafatur uinū in luna plena acetum fit. Scire oportet qm̄ cum uinum a mitescente id est fece separat subtilius ⁊ imbecillius fit. Affirmant expertissimi uiri qd si circa festum omnium sanctorum cum uinū ebullire cessauerit ⁊ fex ad fundū descendit ipsum remoueat a fece grossa. faciet in hyeme matrem subtilem. cum qua melius conseruabitur. ⁊ p hyemem facilius clarificabitur tēpo re ueris. Item dicunt qd si uinum diu cum fece moretur adueniēte calore ipsa ei adeo incorporabitur qd eius sapore inficietur. ⁊ nō poterit aliquibz clarificari modis nisi coquatur usqz ad principium ebullitionis lento igne ⁊ claro ⁊ in uase mundo ponatur cuꝝ salua uiua habente in fundo ouos baculos uel unam tegulam mundam inuersam ⁊ mantellum de grosso panno. Vel ponatur in tina munda. ⁊ in ideꝝ uas postea reducat modo predicto. Preuidendum est etiāz ut in hyeme quidem calefaciat ī esta

te uero infrigidetur. Oportet autem transuafare uinum cum luna augeatur ⁊ sub terra est. Oportet etiam cum a dolis in parua uasa transmutamus uinum obseruare ortus stellarum. Mouetur enim fex in ortibus stellarum. ⁊ maxime in flore rosarū. ⁊ flo rescente uinea. Consulunt autēz sapientes ⁊ maxime Hesiodus. Cum aperitur dolum uinum quod ē ī principio doli ⁊ quod est circa fundum consumere. medium autem uinum doli seruare quod fortius ⁊ permanētius ⁊ ad inueterationem aptius. Vinum enim quod est prope os doli ut aeri adherēs est imbecillius. quia euaporatur. Quod autem est secus profundum seu appropinquans feci cito uertitur. Oportet autem transmutatum in testis uinum uel aliis uasculis. non usqz ad labia testarū immitti sed usqz deorsum parum sub collo ut non suffocetur. sed respirationem habeat si de acetositate non timeatur sed si ea timeatur quasi nihil respiret ⁊ fiat uiride de salice uiridi a cortice munda. Item bonum est qd iuxta spinam fezariam sit una parua spinella per quam extrahitur parum de uino temporibus calidis ⁊ uentosis nam per ipsam egreditur aliquid de feza cum uino ⁊ ipsum clarificabit melius. Item oportet aperientēz dolia seruare ortum astrorum. quia tunc uini fit motus. et non oportet tunc uinum rumari. Et si quidem dolum indie aperies. oportet intendere soli ut non eius caliditas incidat uino. Quia autem in nocte necessitate multoties puocante dolum aperies. superintēdere oportet lumini lune. Item oportet

ter euacuata dolia confestim ablue/
re aqua salsa uel cinere uel argillosa
terra sicari si uinum est debile. Sed
si est ualde potēs solūmodo bñ clau/
dat undiq; quia odor ⁊ potētia ei⁹
tuetur uasa.

De tempore ⁊ modo gustandi ui/
num.

Ouidaz borealibus existē/
tibus uentis gustant uinū
Immutabilia enim ⁊ sin/
cera tunc sunt. Alii uero
experti uini cognitores austro scilicet
uento flante uina gustant. Auster em̄
magis uinū commouet ⁊ redarguit
quale est. Ieiunum autem existentem
non oportet uina gustare. obtundit
enim gustus neq; post multā potati/
onem ⁊ comestione. ut Burgundi⁹
scribit. sed ex consuetudine Bononie
ieiuno tantum stomacho gusta. Itē
oportet gustantem uinum neq; ama/
ram escam neq; salsam neq; aliqua q̄
gustum alterent sumpsisse. sed q̄ ma/
xime cum pauca comedisset ⁊ bñ di/
gestisset. Quidam autem uolentes cir/
cumuenire emptores testaz nouā ha/
bent quam profundunt optimo ui/
no ueteri ⁊ bene redolēti. ⁊ in ea po/
nunt uinum quod uendere uolunt.
Aliquosius autem quidam attribu/
unt nuces ⁊ caseum gustare uolētib⁹
uinum ut comedant. ut certissim⁹ fal/
sificetur gustus. hec autem dicim⁹ nō
ut faciam⁹ sed ne decipiamur. Por/
ter etiam emptorez sepius gustare ui/
num nouum ⁊ uetus. ut non obliuisc/
catur quid effugere debeat.

De signis cognoscendi uinum du/
rabile

Admisso uino ī dolio p⁹
quoddam tempus trans/
uanduz est in aliud uas
quiescibile. In priori ua/
se derelinquēda est ipsa fex ⁊ diligē/
ter uas precludatur. Deinde intuen/
dum est multotiens odorantes ne a/
liqua transmutatio fiat circa fecē gig/
nente. conopes uel fangum album.
quem facit subtus burē. uel magis a/
liquid calium existimanduz est uinū
esse corrumpendum. Si nihil tale ge/
neratur. credendum est uinūz perma/
nens esse. Quidam autem calamū in/
tegrum perforantes immittunt usq;
ad fundum super feces. ⁊ precluden/
tes calami superioris coramen mag/
no digito postea auferentes digitūz
per olfactum attrahunt inferioris o/
dorem. Deinde exurgentes attrahūt
fecis partem. ⁊ secundum qualitatez
fecis uinum futurūz esse opinat. Qui/
dam uero parum uinum bullientes ⁊
infrigidantes gustant. ⁊ quaecunq;
inueniūt in gustu. tale futurum uinum
reliquum esse credunt. Oportet autē
ex medio uase gustum facere. Alii ue/
ro ex tegimine uasorum signum acci/
piunt. discooperto enim uase quod
est in tegimine gustant. siquidem ui/
nosum est optimum est uinūz. si uero
aquosum non. Alii autē ex ipso gu/
stu. si a principio austerum fuerit. sig/
num certum. si autem molle fuerit. cō/
trarum.

De nocumentis q̄ uino accidunt.

Acidit uino propter aquosi/
tatem corruptibilem in ui/
te uel postea sibi admixtam 13

ut corrumpat^r et uertatur. ppter uarias causas extraneo colore in ipsaz agente. **Q**uod si fex uel modicu^z talis uini in eo de dolio extracto relinquat^r in uase nec aperiat^r uas conuertit^r in muffam que uas inficit. Deinde qdlibet uinum in eo positum consequenter corrumpit. Et si ex eo uino in salinum dolium uel aliud uinum miscet^r aliquot seu ponit^r ipsa inficit et in sua corruptam naturam conuertit. Item uinum forte et potens precipue dulce grossum si tempore calido dimit^r tatur in uase non pleno nec desuper clauso euaporat calidum et humidum uini. et remanet frigidum et siccum qd in acetositatem ouertitur de quoru^z omnium cura dicendum est.

Cuius temporibus uinum facilius uerset^r et corrumpatur.

One uinum sepius conuertit^r circa pleiadum occasum et circa solstitium estiuale et circa sub cane estiuu quod vulgariter climas uocatur et generaliter circa omnes uentos annuales. Et in estiu et in gelu et in largis imbribus uel propter uiolentiu^z uentum aut terremotum uel ppter duru^z tonitruu^z uel qn^z florescunt rose uel uinee ut Burgundi^z scribit.

Cualiter potest prouideri ne uinum uertat^r.

Miles usti immissi in uinu^z id uerti et ultraq^z bulire oportet et spumam amplior fieri inhibent. Amigdalas dulces nigris uis immitte et permanens id seruât. Uua passa ab

latis granis et cum arena immissa multo uel uino cocto pingue et permans id facit. Quidam uuam siccam casu in uinea natam eligunt et singulariter utuntur. Si passu^z immissum in primordio quidem austerum uinum facit. tempore uero procedente austeritate euaporat. Utilitas autem gipsi multo tempore permanet et permansentiam facit et uerti non sinit uinu^z. Et eis quide^m pportio est ut si uinum sit lectu^m et saporis humecti aut pluuiam agitatam centesima pars gypsi sufficiat. q^z si uinum nascitur uirtute solius diu medietas habendi sufficit. Fenugrecum si teratur cum sale ustum et cum uino misceatur. uina que uertuntur a sua mala fece separata et in botri uini fecem immissa permanentia erunt. Quidam autem cedras accendentes in musto extinguunt et non sinit uinum uerti. Quidam autem cedru^m ustum et gallas uistas immiscentes uino permanens hoc faciunt. Alii cinerem ex sarmento uinee combusto et semen feniculi teretes et imassam redigentes miscent cum uino. Quidam uina que uertuntur in alia uasa et in aliam domum transferunt. Si enim a calore illesa sunt in refrigerantibus locis ea recondunt. Si autem ab humore et frigiditate. in calidis locis et siccis transponunt. Alii uero semen lini uel lignum quercu^z comburentes cinerem immittunt uino. Alii lac et mel miscentes ut ualde sint leuia immittunt uino uel musto. Argilla post ebullitionem uini immissa expurgat deorsum secum transferens turbulentum ad fecem. magis autem si usta fuerit et bene redolens uinu^m fa

de et dulce. **R**eptilia ei hyeme ea coe
dicia uiuunt dulcorat em argilla uini
et permanens facit. **E**leborum nigrum
et album paucum immisus expurgat
uinum et permanens facit. **V**inum co
ctum usque ad terciam partem immis/
sum musto permanens id facit. fru/
menti farina permanentia uina facit
Resina pini retinet uina. **A**lumē scis/
sum stiptica uina facit. et acuentia uel
acida sedat. **Q**uidam dicunt quod ipos/
sibile est unum uerti si prescribant in
uase uel in dolis hec diuina uerba.
Gustate et uidete quoniam xps sua/
us est dominus. et bonum est quod scri/
bantur in pomo quod mittatur in uas
Confectio mirabilis ad uinum seruā
dum que uocat pauacia. **R**ecipe aloē
uncias. ii. incensi uncias. ii. amomi un/
cias. ii. melliloti uncias. iiii. cassie un/
ciam. i. spicenardi uncias. ii. folii un/
cias. iiii. mirre uncias. ii. hec omnia in
panno ligata mitte in uuoquoque do/
lio postquam uinum ibi fuerit immisus
et iam expurgatum. **I**mmitte autem
in uuoquoque uase coclearium unum
barum specierum. et post a panno dis/
solue. et uino puluerem dimitte. et po/
stea per tres dies radices calami mo/
ue. **Q**uidam autem aliam confectio/
nem faciunt. **R**ecipe croci uncias. iiii.
hoc autem bonum colorem reddit.
Incensi masculi cribrati uncias. iiii.
hoc austerum facit. folii manipulum
unum hoc bonum odorem dat uino
hec omnia cribrata misce. et ex eis in
quolibet amphora uini mitte cocle/
aria duo cum uinum non bulliat sed
subsistat. **I**n omni uino hoc proprie/
serua ut iam subsistentia ea speciebus
condias. **A**li uero sic uina condunt.

Recipe cardamomi yreos ylrice cas/
sie spicenardi melliloti sibobalsami
squamanti costi pice celtice. **O**mnia
equali pondere tere et recode et uino
misce. **I**tem accipe semen arthemisie
et herbam pentafilon et pulueriza. et
cum uinum est bulicum pone intus et
non uersabit. **A**lii ut non uerset in gras/
pis duobus uel tribus diebus buli/
re permittunt. et in februario transmu/
tant et ex eo terciam uel quartam par/
tem bulliunt et simul miscent deinde po/
nunt unam comunem parapsidem sa/
lis in duodecim corbibus uini. uel ali/
ter in februario transmutetur. et quar/
ta pars eius bulliatur ad ignem et des/
pumetur donec sexta uel octaua ps/
diminuatur. et iuxta finem ebullitiōis
ponatur in quolibet caldario inga/
mula et lurixii sicci uel lurixii tantum.
Ita quod parum cum uino bulliant. et cum
eo calido ponantur in uase. **E**t si po/
nuntur in eo graspe bene ablute prius
in musto posite clarius erit uinum. et
obturetur uas ut non respiret et sic be/
ne circulatum et hoc certum est. **U**el a/
liter fit delectabile et mirabile ad bi/
bendum hoc modo. **Q**uodcumque ui/
num sit comprimantur due. et uinum
nihil cum graspiis bulicum ad ignem
bulliat et despumetur et in uase pona/
tur. **D**einde accipe. xx. gariofilos p/
qualibet corbe. et in filo uel peciapo/
sitos in os uasis mitte et est certum.
Alii dicunt si mustum expressum et
in continenti separatum a graspiis po/
natur in tina et coopertum cum aliquo
panno mundo uel nouo sextorio sic
usque ad dies. xv. uel. xx. dimittat. et
quolibet die spumetur. deinde in do/
lium mittatur erit mirabile in clarita

te ⁊ sapore
¶ Qualiter uinum uersatum libe-
tetur ⁊ clarificetur.

Accipe cerasa acia in bōa
quantitate ⁊ tota integra
in uegete ubi est uinuz uer-
satum proice. ⁊ sic uinum
incipit ebullire. ⁊ sic dimittat p tres
dies uel usqꝫ cesset bulire. quoniaz
in ipsa ebullitione purgat uinum a fe-
cibus optime. ⁊ cum uinum clarū ui-
deris in alia uegete repone certum ē.
Si autem cum uino uersato mel ī bo-
na quantitate distemperaueris ⁊ in
uase ubi est uinum uersatum iactaue-
ris. ⁊ per uendonem cum baculo ipm
uinum cum melle agitaueris ⁊ postea
sic dimiseris clarescet uinum propter
mel. nam mel quod turbidum est ī ui-
no ad fundum descendere facit. Qui-
dam autem optime facientes tempo-
re uindemie racemos recentes non cō-
pressos in magna quantitate in uase
uersati uini ponunt ubi racemi pro-
matre sunt ipsi. uino. nam racemi uer-
sum reducunt ad debitam bonitatem
⁊ saporem post aliquod tēpus. hoc
autem sciendum qꝫ anteqꝫ aliquid fi-
at uiuo uerso transuasandum est ⁊ a
sua mala fece liberandum. Guidam
autem uersum uinum in graspiis de q-
bus recenter uinum sit extractum ia-
ctant ut in eis clarescat. ibiqꝫ dimit-
tunt quantum expedit. quod si mul-
tum fuerit non totum subito sed par-
ticulariter per uices successive agēdū
est. ne calorem grasparum extinguat
⁊ ebullitionem qua clarificatur in to-
tum prohibeat. Et quantominꝫ mu-
stum steterit in graspiis tanto fortius

operat. **¶** Valadius autem dicit uinū
ea die limpidum fieri ac optimum.
si grana piperis piscacei uiginti adie-
cto modico uini simul conteras. ⁊ sex
uini sextarios mittas. diu ante omni-
bus cōmotis. tunc quiescere patiaris
⁊ coles usui mox futurum. Item secu-
lentum statim limpidum fieri. si sep-
tem pini nucleos in unum uini sexta-
rium mittas. diuqꝫ cōmoueas ⁊ pau-
luluz cessare patiaris mox sumere pu-
ritatem. colariqꝫ debere ⁊ in usum re-
ferri. Guidam autem clarificant uinū
cum nucleis persicorum. Alii autē cū
sala clara ouorum ⁊ cum paucis sale.
Vel secundum alios accipe lapides
albos fluuii. ⁊ eos in clibano coque
donec in eis crepature incipiunt ap-
parere quo facto in puluerem subti-
lissimum deducantur. Itē accipe sal
album ⁊ ipsum tere subtiliter. ⁊ in ua-
se decem corbū pone sex uncias pul-
ueris lapidis ⁊ quatuor salis ⁊ ī uas
commiscendo immitas. ⁊ si p quali-
bet corbe addideris oua duo lēria
erit optimum quod etiam de dictis
lapidibus crudis ⁊ subtilissime pul-
uerizatis sine sale fieri poterit. ⁊ hec
probatissima sunt. Et optimum ē qꝫ
aliquid de melle addatur naz mel ru-
beum albi uini restaurat colorem per-
ditum. ⁊ omne mel est uiscosum ⁊ gra-
ue. atqꝫ omnium liquorum conserva-
tium. Quod si nimis fuerit turbidū
plus de unoquoqꝫ addatur. ⁊ hec re-
tinent fecem ⁊ turbulentiā ad fun-
dum sui pondere ut non possit sur-
sum facere denuo eleuari. Et nullo
prorsus sapore uinum inficiunt. Si
uero intantum turbidum est qꝫ effici-
atur limdum ⁊ fluat ut oleum calore

naturali eius in totum extincto nul/
la tanq̃ mortuo potest medicina ua/
lere. Si uero uinum non extinctuꝝ ru/
beum est habens colorem corruptuꝝ
et croceum. cuꝝ uino albatice uel alio
multum rubicundo. aut cum lauatu/
ra corticum siccarum uel recentium u/
ue albatice. uel cum colatura seminũ
ebulorum. restaurabitur. et succuꝝ ipo/
rum seminum saporẽ uersati uini cor/
ngit. Et similiter mel rosatum. Item
etiam fieri poterit cum lauatura dic/
torum seminum siccatorum. Itẽ opti/
me clarificatur hoc modo. In uase ui/
ginti corbium accipiantur quadragin/
ta oua. et in aliquo uase fracta cũ ma/
nibus uel mũdo granatello plurimũ
agitantur. Deinde una cõmunis pa/
rapsis tartari misceatur. et uino addi/
to in uase ponat. Quo facto cum cla/
ua per uento onem in uase posita for/
tissime agitur. et pluribus uicibꝫ de/
subtus per fezariam extrahatur. et in
uas iterum reponatur. Cum uero cla/
rificatum fuerit omnis turbulencia p/
spinam in costis de subter extrahat̃
Sed est sciendum q̃ in uino albo so/
la clara ponatur. in rubeo uero uitel/
la et clara. Et in multum turbido plu/
deribus apponitur. Item loco carta
n optime sal ponit̃. et tandem modi/
cum aque fluminis in uase ponatur
Alii colligunt in vindemiis uuarum
semina. quibus optime siccatis et ex/
bis facta farina manũ plenã i q̃libz
corbe ponunt. et diligẽter permiscẽt
Clarificari optime atq̃ sapore uersa
ti liberari ab experto ualde dicit̃. si
in tartareo uase libra media alumi/
nis de rocha thari et tantundem zu/
chari rosati cuꝝ libris octo mellis po

natur hoc modo. Mel coquat̃ et op/
time despumet̃ quo refrigerato alu/
men ualde puluerizatum et zucharuꝝ
dissolutum in eo permisceat̃ et cratel/
re uel sicula uini in hiis commixto cũ
cta ponantur in uase optimeq̃ cum
scissa partica agitur. et uas disciau/
sum usq̃ ad diem dimittatur sequen/
tem. et in secunda die uel tertia clarũ
erit. Q̃ si ualde turbidum et putridũ
erit uinum de unoquoq̃ predictoru
plus aliquid apponatur. Ex acerbis
autem maturum efficitur. si in predic/
ta mensura libra una prefati zucha/
ri cum uno mellis rublo ponatur mo/
do prenarrato. que res etiam uinum
faciet boni saporis et odoris. Ut cla/
rificatur optime et sit purum et odori/
ferum hoc modo. Accipe mediam li/
bram de bono alumine roche et medi/
am aluminis zucharini et subtiliter pul/
ueriza. et pone mediam unciam de p/
dictis pro qualibet corbe si est paz/
turbidum. et si est multum turbidum
pone unam unciam et accipe unam li/
bram taxi albi uel rubei secundum q̃
est uinum in. xxiii. corbibus. et acci/
pe plenam manum salis albi et tria o/
ua recentia pro qualibet corbe. et si ui/
num est album non ponas uitella o/
uorum. Si est rubenz pone totũ. qui/
bus ouis fractis i aliquo uase et for/
titer agitatis et apposita in ipsis ouis
una sicula aque fontis uel putei. et
iterum agitatis et supradictis rebus
appositis et fortiter iterum agitatis et
in dictam uegetem. xxiii. corbiũ po/
sitis et cum partica scissa optime cum
uino in uegete agitatis et permixtis.
donec totum fuerit turbidũ extrahẽ
do de subter per fezariã et ponẽdo de

super per coconem dimittatur. et in se-
cundo die clarum erit. Et usque ad oc-
to dies quolibet die unus ciathus ex-
trahatur. et similiter per spinam infe-
riorem in costis ter in die tota turbu-
lenta donec consumpta fuerit extra-
hat. Sciendum est tamen quod antequam
dicta fiant transuolari debet uinum
in aliud uas. et a sua mala fece libera-
ri. Potest etiam clarificari si parum fu-
erit cum colatoriis pannorum. ut cla-
retur colatur.

**Qualiter uinum denigratur et in al-
lium colorem mutat.**

Distinctum uinum albu de sua
uindemia in aliquod uas
transmutaueris et per unam
diem resederit in tina de
qua uinum nigrum extractum fuerit
iacta post duos dies extrahes claris-
simum et ualde rubrum. Item si in tu-
is uis tot sunt albe quod parum effec-
tuebeant. uindemientur diuisim. et in ti-
na tunc nigre pruno ponantur et al-
be desuper. et totum optime nigrum e-
rit. Galadius dicit uitis hanc esse
naturam. ut alba uel nigra si redigat
in cinerem uinoque imponat ei unam
quamque formam sui coloris impone-
re. Candidum uero reddatur ex rubeo
et albo eadem ratione scilicet ut com-
busti samenti cinis modum unius me-
sura mittatur in dolium quod habe-
bit amphoras decem et triduo sic re-
lictum operiatur et luteat. eritque albu
uel nigrum quadraginta diebus exa-
ctis. Vel rubificat et denigratur op-
timum tempore uindemiarum cum u-
uis que uocantur albatice. et cum lam-
brusis bene maturis. cum steterit cir-

ca duodecim dies conquassate in al-
liquo uase. si ponatur earum uinum ni-
gerrimum in illud quod intendimus
denigrare. et ex denigrando uino plu-
ries lauentur racemi dicte albatice uel
lambrusce. Et est etiam optimus mo-
dus ad denigrandum uinum purum
uel mixtum in tinis. et cum graspe ele-
uate sunt super liquorem quam melius fie-
ri potest premantur in eundem. et ite-
rum bis uel ter fiat idem. et sic a cor-
tibus uuarum nigrarum tingeretur.
Rubificatur etiam siue denigratur et
clarificatur et eius color mortuus re-
uiuiscit hoc modo. pro qualibet cor-
be accipiat media libra seminum sic-
corum ebulli. et in uino calido molli-
ficentur. Deinde manibus uel cum pis-
catorio conterantur. et pluries cum ui-
no lauentur. et lauatura in uase cum
uis et tartaro et uino rubeo et sale mit-
tatur et agitatum seruetur.

**Qualiter uinum de uno sapore
mutetur in alium.**

Fcondiendo musto gre-
ci mustum decoctum ad me-
diocritatem uel terciam partem
musto adiciunt. Quare
duro fieri dicunt si ordeaci pollinis
ciathos duos simul tantum uino sub-
actos mittas in uini uasculo et hora
una ibi esse patiaris. Aliqui uini dul-
cis feces admiscunt. uel melius postquam
unus currus uuarum positus in tina
bris. Virgulta etiā ipsius pro amicu/
lis posita affirmant a Galadio faci/
le in arborem proflire. que autem se/
minibus plantate fuerint predictis me/
sibus transplantant. Inserit mense
nouembris. uel si necesse sit extremo
ianuario. Ego autem inueni eius insi/
tionem factam tempore februarii et
martii optime prouenire. licet melior
sit eius et omnium arborum gummarum
habentium insitio quādo gūma huius
non est uel fluere desinit. Varro autē
scribit. quod inserit temporibus bruma/
libus. hoc ē a die duodecimo decem/
bris usque ad Kalendas februarii. In/
serit aut optime sub cornice et in trūco
scisso et in summitatibus eius. si qui in trū/
co inserunt donec lanuginē auferre de/
bebunt. Inserit in se. in pruno. in pla/
tano. et ut quidam dicunt in populo
amat scrobes altas et spacia largio/
ra. uidelicet. xxx. pedum. uel. xl. assi/
duas fossiones. putari in ea putrida
et sicca debent. et que densius arta/
ta protulit ut arescat. Finum non a/
mat atque inde degenerat. Formantur
ut stipes dulcium ab octo pedibus
usque ad duo. decem erigat a terra plus
etiam uel minus secundum quod in leto so/
lo fuerit uel exili. stipes uero mare/
narum acrium sex pedibus uel circa e/
leuetur in altum. Si cerasus humore cō/
cepto putrescat in trunco foramen ac/
cipiat. Si formicas patitur uel alio mo/
do ledat. ei subueniendū est ut supra
dixi cum locutus fui de arboribus in
cōmuni. Cerasa non aliter quam in sole
siccata seruant. Ut sine ossibus nascā/
tur sic fieri debere asserit Martialis.
Arborē tenerā ad duos pedes recides

et eam usque ad radicem findes. medul-
lam partis utriusque abraderes ferro cu-
rabis. et statim utrasque partes uincu-
lo stringas. et oblinis fumo summam p-
tem uel creta. et laterum diuisuras. per
annum solidatur dicta cicatrix. hanc
plantam surculis qui adhuc fructus
non attulerint inseris. et ex hiis absque
offibus poma nascentur. Cerasa dulcia
cito de stomacho descendunt. et eorum
uiuamentum stomacho est paruum.
Et pontica faciunt contrarium horum
Acetosa uero desiccant plus quam potius
ca. et cum hoc incidunt. et conferunt sto-
macho fleumatico pleno superfluita-
tibus. Dioscorides autem dicit quod humi-
da molliunt uentrem. et sicca retinent
eum. Et gummi eius cum uino et aqua
mixtum curat tussim antiquam et me-
liorat colorem faciei et acuit uisum. et
prouocat appetitum. et cum uino so-
lo offert lapidi.

De castanea.

Castanea est arbor nota. Ex
hiis quedam sunt domes-
tice. quedam siluestres. Et
domestice quedam sunt me-
diocres fructus facientes. qui casta-
nee dicuntur. Et quedam faciunt fruc-
tus ualde grossos. quos mediolanen-
ses marones uocant. Diligunt celi sta-
tum frigidum et tepidum non recusant.
Si humor assenserit delectantur decli-
uis et opacis regionibus. ac maxime
in septentrionem uersis. Amant solum
molle et solutum non tamen arenosum.
In sabulo proueniunt sed humecto.
Terra nigerrima illis est apta. et car-
bunculus et tofus diligenter infractus.
In agro spisso et rubrica uix proueni-

unt. In argilla et glarea non possunt nasci.
Seritur plantis que sponte nascun-
tur et semine. Sed que plantis seruntur
ita egre sunt. ut biennio de earum ui-
ta sepius dubitet. Serende sunt ergo
castaneis suis nonembri et decembri ia-
nuario et februario. Ligende sunt ca-
staneae ad serendum recedentes gradus ma-
ture. sed ita faciendum est ut durent us-
que ad februarium. Castaneae in umbra
siccantur expansae. tunc in angustis et
siccum locum translate cum latebris di-
ligenter fluminali operiantur arena. Per
dies. xxx. eas arena remota in aqua
frigidam mittes que sane sunt mergun-
tur. que supernatant non ualent. Per
quas probasti similiter obrues et per
xxx. dies iterum probabis. et hoc cum
tercio feceris ad ueris initium serere
debebis que manserint illibate. Ali-
quid in uasculis seruant arena pariter im-
missa. pastinari ergo locus debet
huic deputat arbusculo. altitudine pe-
dis unius et semis uel duorum uel co-
tus per sulcis in ordine destinatis. auc-
trite aratri resoluti. qui fumo saturati
et reducti in puluerem castaneorum
semen accipiat. non amplius pedis
duo drante demersum unicuique semini
propter notam surculus debet affigi
et ipsa semina si per trina uel quina ponan-
tur. et inter se quatuor uel trius pedum
spacio reparata. quas cum transferre
placuerit binas plantas transferre
debet. Ita tamen quod in nemoribus
spissiores in agris uero seminalibus
rariores sed sexaginta pedum distantes
ut possint per latera diffundi plan-
tent. Locus tamen deductoria liquo-
ris accipiat ne incidens humor limo
germen extinguat. Inserit mense marci

7 aprilis 7 maii in se 7 in salice. sed in
salice tardius provenit 7 maturat.
In cortice inserit 7 inoculat. 7 melius
inseritur ad buccellum hoc modo. pre/
cedatur arbor nobilis generis. 7 cum
sequenti anno pullulaverit ad modum
populi colligantur surculi antequam gem/
ment. 7 in frigido 7 umbroso loco ser/
ventur obruti. ut postmodum de men/
se aprilis 7 maii habeant. 7 tunc ex/
eis commodè fiet incisio ad buccellum
vel more emplastri. **¶** Si multas fieri
incisiones oportet ex surculis inseren/
dis multi fiant buccelli cum gema. lo/
gi secundum latitudinem unius gros/
si digiti 7 plaris. deinde inciso surcu/
lo inferendo in loco congruo 7 corti/
ce in tres quel quatuor partes scisso
eligatur buccellus equalior stipiti. q/
tantum deprimatur inferius qd eque/
tur. 7 cortex elevatus longus minus
buccello formetur. 7 quod excortica/
tum est supra buccellum totaliter inci/
datur. **¶** Novum castaneum circumfodi/
debet assidue mense martii 7 septem/
bris incrementum magis acquirit si pu/
tationibus adiuvetur. **¶** In nemorosis
locis depressius in agris uero qui se/
minant altius in eis rami formentur.
Castanee colliguntur cum propter maturi/
tatem de riciis suis ceciderunt in ter/
ram vel cum in eis apparere incipiunt
excitantur particis. 7 collecte cum ri/
cis in aceruum intra septem rotunda/
timore porcorum coaceruantur. 7 cum
sic in carzaram quibusdam diebus ste/
terint aperiunt. 7 hec meliores qm pri/
oribus sunt ad servandum virides. qm
usq; per totum martium sunt virides ser/
vati. sed alii que mature ab arbore ca/
dunt usq; ad quindecim dies solum

non servantur virides. sed ad fumum
posite ut siccetur diu servari possunt
7 saporosiores ceteris esse dicuntur.

Servantur virides in sabulone ut di/
xi. vel in cratibus ad fumum duobus
fere mensibus posite ut postmodum
desiccate mundentur 7 diu servantur.

Lignum castanee optimum est in do/
mibus. 7 mirabilis durabilitatis sub/
terra. 7 ad pluvias extra tecta. 7 ideo
ex eo fiunt optimi pali pro vineis 7
pergulariis. **¶** Et ex eo sunt optime ve/
getes 7 tine. 7 uasa in quibus castanee
sicce servantur. Castanee secundum **¶** Isaac
calide sunt in primo gradu. 7 sicce in
secundo. **¶** Significatio caloris earum
est dulcedo. earumq; saporositas 7 po/
ticitas inmutat siccitatem. **¶** Et ad dige/
rendum satis sunt faciles 7 nutritiles
non multum stiptice vel diuretice sunt.
¶ Si assentur earum corpus rarificatur 7
in aqua elixentur. quia earum comple/
xio temperatur ex aque mollietate 7 hu/
miditate. sunt boni chimi in corpore
generative. 7 siccitatem pectoris 7 cor/
poris temperamentum 7 urine diffi/
cultatem dissolunt. **¶** Colerici eas cum
zucharo comedant. **¶** Pleumatici cum mel/
le. **¶** Item hec secundum medicinam vir/
tutem habent laudabilem. quia ab/
ominationis 7 vomitus constipati/
ue sunt ieiuniorum intestini confortati/
ue. **¶** Cathaplasma quoque ex eis cum or/
dei farina 7 aceto siue uino factum. 7
super mamillarum tumorem positum
eis potenter auxiliabitur. **¶** Castanea/
rum quidem cornibus ustis 7 pulve/
rizatis. 7 cum zappa temperatis capi/
tiq; adolescentis in modum cathaplas/
matis positis eorum capillos confor/
tat 7 augmentat. 7 contra alopeciam

ualet. **A**uicenna dicit q̄ in castanea ē
absterſio ⁊ inflatio in uentre inferio
re ⁊ ſtipſicitas ⁊ confortat membra.
⁊ eſt tarde digeſtionis. ſed eſt bōi nu
trimenti. ſi ergo cum ſuccharo miſceat̃
eius nutrimentum eſt bonum. **G**alie
n⁹ dicit q̄ eſt nutritibilior omnib⁹ gra
nis. adeo q̄ eſt proxia granis panis

De coctano.

Coctanus ſue citoni⁹ ē ar
bor nota. ⁊ ex hiis quedā
ſunt que faciunt pira cito
nia. ⁊ hee arbores maio
res ſunt ⁊ minora habent folia. **E**t q̄
dam ſunt arbores minores ⁊ latiores
habent frondes. quaz fructus pro
prie uocant̃ coctana ſue citonia. **A**
mant locum frigidum ⁊ humectum ſi
in tepido ponant̃ opus eſt illis irri
gatione. ferunt tamen ſtatum medio
ris ſitus inter naturam frigoris ⁊ ca
loris. ⁊ in planis ⁊ decliuib⁹ proue
nunt. magis tamen inclinata ⁊ con
nexa deſiderant. **T**erram deſide
rant ſatis pinguem ⁊ in ſoluta ma
gis q̄ creta letant̃. **P**lantant̃ plantis
cum radicibus iuxta ipſas arbores i
uentis. **I**tem taleis ⁊ cacuminibus in
locis calidis de menſe octobris ⁊ no
uembris. **F**rigidis uero martii ⁊ fe
bruarii. **T**emperatis utroq̄ tempore
ſeri poſſunt. **I**ta longe ponēde ſunt
ſecundū **P**aladiū ne altera quaten
te uento. ſtillicidium tangat alteri⁹
Menſe februarii inferunt̃ melius in
trunco q̄ cortice in ſeipſas. **I**nſerant̃
autem nouelle arbores quib⁹ ſuccus
in cortice eſt. **S**i maior eſt circa radi
cem meli⁹ inferit̃. niſi cortex ⁊ lignum
beneficio loci adherentis humeſcit.

Item recipiunt in ſe ſurculos prope
omnis generis. ſc̄z punici. ſorbi. omni
um maloꝝ que meliora pducit̃. **M**i
minor eſt iuuēt̃ ſtercore. **M**aior uero
cinere uel crete puluere ſemel toto an
no miſſo radicibus poma in hiis et
cito matura. ⁊ maioris prouentus af
ſiduus humor efficit̃. **R**igande ſunt
quotiens celeſtis negat̃ infuſio. ⁊ ar
cumfodiende locis calidis octobrio
nouembrio. locis frigidis februario et
martio. ⁊ niſi circūfodiat̃ aſſidue aut
ſterilis efficit̃. aut eius poma degene
rant. **F**ormant̃ ut vnum ſolum ſtupi
tem habeant quatuor uel quinq; pe
dibus eleuatum a terra. **P**reſentande
ſunt ⁊ a uicioſis omnib⁹ liberāde. **S**i
egra eſt arbor amurca equaliter mix
ta aqua radicibus debet infundi. q̄
annis ſingulis factum cuſtodiet̃ a ui
ciis. ſed arboris lōge derogabit etal
ti. ut ait **P**aladi⁹. **C**olligunt̃ coctana
menſe octobris cu⁹ adueniēte pru
ina. maturitatē aureo colore facientur
⁊ que magis odorifera ſunt debēt el
ligi. **S**i per cotildones ſuspendant̃ i
frigida regione. forte durabunt p an
num ⁊ amplius. uel ſeruātur inter bi
nas tegulas poſita. ſi luto ex omni p
te claudantur uel ſi deſiccto incoqua
tur aut paſſo. **A**lii ſiccis locis tantū
reponunt. a quibus uentus excludit̃.
Alii in melle dimittunt in quo genere
condiendi ſatis matura diligunt̃.
Alii milio obruant. uel in paleis ſel
parata demergunt. **A**lii uasculis op
tino uino plenis immittunt. **A**lii do
lis muſti immergunt. quod ⁊ odora
tum uinum reddit. **E**x citonis ſunt
bone ⁊ ſpiſſe ſepe ſepes. ſpinas tamē
non habent ſed ingreſſum beſtiarum

inhibent. et quandoque fructum ferunt
et incise satis igni respondet. Citonia
ut ait Isaac generaliter diuiduntur
in duo. videlicet in crudum ligneum
et perfecte maturatum. Crudum itaque
ligneum pessimum est et durissimum
ad digerendum. et nihil nutrit. idcirco
ea omnino uitari oportet. Naturatum
uniuersaliter frigidum est in fine
primi gradus. siccum in medio secundum.
propterea ponticiras iis maior est
quam in ceteris malis. Ideo ualide
ad sanguinis fluxum et egestionem ac
uomitum. Confortatiuum est stomachi
si moretur in eo. Et si comedatur stomacho
uacuo constringit uentrem. si
post cibum accipiat laxat comprimendo
et constringendo os stomachi. Sed
ex his quedam sunt pontica et quedam
dulcia. Pontica et stiptica frigida
dura sunt. et ad digerendum duriora
et ideo non sunt cum carne sua edenda.
sed liquor eis tantum. Hanc stomachum
confortat. urinam prouocat et egestionem
uomitum constringit. Et si cum carne
edantur ingeniari oportet ut carnis durities
auferatur. uel elixando. aut supra
aquam calidam apponendo. Aut quod
melius est scindant et abiectis granis
mel in concacuitate ponant. et excorticentur
et in lino uel stippe. uel quod melius
est in pasta mittantur. sic enim
erunt stiptica ualde confortatiua.
Acetosa subtiliora et penetrabiliora
sunt. Ideo siccum extinguunt et acumen
colere rubee. et uomitui colerico et egestionem
conferunt. urinam prouocant. et uim
appetitus augent. Odor earum
uomitum prohibet. et succus post uinum
bibitum deponit fimum salientem
ad caput. Unde dicit Auicenna. quod ci-

tonia conferunt uomitui et ebrietati.
et sedant siccum. et confortant stomachum
recipientem superfluitates. et conferunt
dissenterie. et quando sumuntur per cibum
soluunt adeo. quod quando plurimum
ex eis sumit extrahunt cibum ante
digestionem. Dulcia uero sunt magis
temperata quiddam caloris habentia.
unde vis eis manifesta non inest
ad siccum extinguendum uel calorem

De citro.

Hbor citri nota est. Desiderat
aerem calidum. sed irriguis et maritimis locis
maxime gaudet quibus exundat.
Si quis tamen hoc genus arboris
in regione frigida nutrire desiderat.
loco parietibus munito. uel in partem
meridianam uerso. disponat hanc
arborem. sed hybernis mensibus
tectum stramine uel agresti. et ubi
estas refulserit aeri arbor nuda et
secura reddat. Terram rarioris
nature desiderat. Dense martii serit
multis modis scilicet semine. ramo. talea. et claua.
Si grana uelis serere ita facies.
Terram in duos pedes fodies et eodem
cinerem miscebis. breues areas
facies ut undecumque per cannales
aquae decurrat. In his areis palmarum
scrobem manibus aperies. et tria
grana deorsum uerso cacumine iuncta
osticues. et obruta quotidie rigabis.
Citius procedent si beneficio aque tepentis
utaris. natis germinibus. semper
proxima herba runcet. potest hinc
trina planta transferri. Si ramus
uelis ponere non amplius sesquipede
debeas immergere. ne putrescat. clauas
seri commodius est que sit manubrii

grositudine. longitudine cubitali.

Ex utraq; parte leniget nodis ⁊ aculeis recisis sed integra summitate gēmarum. per quas spes futuri germi/nis intumescat. **D**iligentiores tamen fimo bubulo adlinunt utrimq; quod summum est. uel marina alga uestiūt uel argilla subacta partis utriusq; extrema cooperiunt atq; ita in pastinato solo deponunt. **T**alea ⁊ gracilior ⁊ breuior esse potest. que similiter ut claba merget. sed talea palmis uno/bus superfit. claba omnis obruit. **N**iliis arboribus non debet anecti. **T**alea siue claba eius calidissimis regionibus ⁊ per autumnum ponitur. frigidissimis iulio ⁊ augusto positas. et quotidianis irrigationibus animatas. **P**aladius usq; ad poma ⁊ magna incrementa perduxisse affirmat.

Inserit mense aprilis locis calidis. maio frigidis. non sub cortice. s; scisso trunco circa ipsas radices ⁊ in piro ⁊ moro s; in quosdam. **G**audent assidua fossione. ⁊ hinc perueniunt poma maiora. nisi que arida sunt. raris/sime debemus abscondere. hec arbor pomis non caret. cum humoris abundantia maturis se acerba sustineant.

Acerborum uero etatē florentia consequantur. orbem quendam continue fecunditatis sibi administrante natura. **F**erūt acres medullas mutare dulcibus. si per triduum mulsā aqua semina ponenda macerentur. uel ouio lacte. **A**liqui mense februarii truncuz aliquo foramine imo terrebrant. ita ut altera parte non exeat. ex hoc humorem permittant fluere donec poma forment. tunc foramē luto replēt sicq; quod est medium dulce fieri cō/

firmant. **P**oma eius possunt in arbore fere toto anno seruari uel in paleis. **M**eliusq; si uasculis quibuscūq; claudant. **P**oma citrina s; **I**saac ex quatuor rebus sunt composita. prima est cortex. secunda est caro. tertia medulla. quarta semen. **C**ortex est calidus i primo gradu. siccus in secundo. quod acumen eiusq; odor ostendunt. eius tamen substantia dura est ⁊ solida. idcirco non est pro cibo accipienda. sed si exigua pars eius pro medicina sumatur stomachum confortabit. et digestuaz uim adiuuabit. bonumq; odorem prestabit. atq; erit contra uenum mortifez potenter cum uino datus. **Q**ui siccus inter pannos missus eos a tineis conseruat incolumes. **I**tem pregnantibus datus esui escarum irrationabilem appetitum curat. **C**aro autem frigida est ⁊ humida in primo gradu. unde est stomachi refrigeratiua. ⁊ ad digerendum difficilis propter eius duriciem. quapropter necesse est stomacho exinanito antea omnem cibum accipi cum melle ⁊ zitharo. ⁊ si in medio uel in fine prandii edat fit causa ⁊ materia dure ac grosse febris. **M**edulla uero subtilis est ⁊ aquosa. omniq; caret nutrimento. s; hec ē duplex. qz quedā ē insipida. quedā acetosa. **I**nsipida frigida est ⁊ hūida in secundo gradu. uel calorem refrigerat ⁊ sitim mitigat. **A**cetosa uero frigida est ⁊ sicca in secundo gradu. **V**irtutē habet incidentem extenuantem ⁊ refrigerantem. **I**dcirco fit caloris epatis mitigatiua. ⁊ stomachi confortatiua. virtutem appetitui uā excitat. ⁊ acumini colere rubee mitigationem prebet. siccitib; perfecte

subuenit. Suspicionem ac tristitiam de colerica cardiaca generatā remo- uet. Egestionem uomitumq; colericū sedat. Impetigines ac lentigines cuꝝ ea fricatas destruit. quod testat̃ quia panni incausto madefacti cū ea pu- rificati ad pristinum redeunt colorē Semen calidum est ⁊ siccum in secun- do gradu. quod sua amaritudo ostē- dit. ⁊ deoꝝ secundum cibum est in- conueniens. sed secundum medicinā est solubile. apostematum quoq; dis- solutum. ⁊ contra uenenum propi- natum cum uino. Frondes quoq; ip- sus arboris qz sunt odorifere ⁊ quid- dam acuminis habent. sunt corticibꝫ pomorum propinqua in iuuaminis actione.

De corino.

Corinus est arbor parua. que licet nascat̃ in nemo- ribꝫ ⁊ sit omunit̃ arbor siluestris. tñ qz domestica ta per cultum facit fructū ad quēdā utilē. iō de ip̃a dicā. Nec arbor fere o- nem aerem sustinet. ⁊ in omni terra et maxime pingui ⁊ humida conuales- cit. Plantat̃ semine suo ⁊ plantulis. que cum radicibus iuxta ip̃as inue- niunt̃. fructus eius maturitatem fate- tur cum ex rubedine colorem nigrum assumpsit. ⁊ facile ab arbore cadit. Ex ligno huius arboris quia durissi- mum est ⁊ tenax. fiunt optimi dētes molendinorum. ⁊ manubria malleo- rum. ⁊ uirge ad tritrandum frumen- ta ⁊ garminandum lanam. ⁊ genera- liter omnia que ligni duriciez ⁊ tena- citatem requirunt. ⁊ ideo utile est ex eis facere sepes ubi non est necessaria

clausura spinorum. Nam hec arbor spinas non habet. Et quia nō habe- tur ipsarum plantarum copia fiat se- minarium de semine eius tarde colle- cto. ⁊ ad solem siccato. Seminent̃ au- tem de mense octobris ⁊ nouembris Corina ualde pontica sunt ⁊ stipti- ca. ⁊ quantominus sunt nigra tanto- magis sunt pontica. ad usum cibi nō competunt. sed ppter medicinā ua- lent ad uentris fluxū ⁊ uomitum con- stringendum. qui fit ex acumine cole- re propter ipsorum frigiditatē ⁊ stip- ticitatē. Item ex eis fit optimum ace- tum si pistent̃. ⁊ cum fortissimo ace- to misceant̃ ⁊ in panes formata ⁊ sic cata seruent̃ ⁊ uino cum opus fuerit misceant̃

De ficu.

Ficus est arbor nota. Et e- ius quidem diuersitates sunt multe. ⁊ deoꝝ unus- quisq; illa genera eligit. que in loco in quo plātare desiderat uel in simili uidet meliꝫ puenire. hoc tamen prouideat ut in locis aridis ⁊ macris non plantet eas. que tempo- re magni estus in talibus locis ab ar- bore cadunt. Item in locis non ruitis non plantet ea genera que añ folia fi- cus producūt. Nec arbor aerem cali- dum uel temperatum desiderat. ⁊ in mediocriter frigido cū hominis auxi- lio sustentat̃. uidelicet si ab oriente ⁊ meridie discooperta. ⁊ ab aliis dua- bus partibꝫ aliquibꝫ obstaculis mu- nita. Item non impinguet̃ terra eiꝫ. ne eā nimis tenerā byems inueniat. ⁊ tūc stipes eius paleis muniat̃ usq; adra- mos circūquaq; ligatis. ⁊ supra terrā circa pedem fumus animalium recens

ponat. et maxime columbinus. qui re
cedente frigore post hyemem aufera
tur. nisi terra fuerit macra nimis. Fri
gidum uero aerem recusat. Terraz pi
guem uel mediocrem desiderat. et in ma
cra etiam et sicca quedam eius speci
es defendunt. in qua sicciores et dul
ciores fructus proueniunt. In pigui
uero et humida aquosiores et minus
dulces. magisque insipidi et grossiores.
Plantat plantulis aliunde acceptis
locis siccis mense octobris uel nouem
bris. temperatis mense februarii. fri
gidis uero mense martii uel aprilis cum
talea uel cacumene ponas ultimo mar
tii uel in mense aprilis. cum ei se uiri
dior succus infuderit. Si cacumene po
nas. ramum binum uel trinum ab au
strali parte decides. et sic obrues ut
diuisa cacumina terra interiacente. ue
lut tres surculos reddant. Talea sic
ponemus. ut ei leuiter ab una parte
diuise lapidem mergamus in fissum. et
ligende sunt plante in quibus frequens
nodus exuberat. que uero nitide sunt
et oculos suos per longa internodia
distulerunt steriles esse creduntur. Si
plantam fici nutrias in seminario. et
maturam in scrobem transseras. po
ma generosiora producat. Scrobes a
mat altas et magna interualla. prop
ter longitudinem radicum eius. In
locis frigidis ficus seramus que cito
proueniunt. ut ante ymbres generis hoc
possit occurrere. calidis uero et estuo
sis eam que sero maturat. Ficus inse
ritur mense aprilis inter corticem. uel
si nouelle sunt arbores scisso ligno sta
tumque operiendum est et ligandum. ne
uentus introeat. Melius comprehen
dunt si circa terram recisa inserantur

arbuta. Aliqui et iunio mense inserunt.
Varro scribit quod ea que uerno tempo
re inferbantur possunt etiam circa sol
stitium inferi ut ficus. quia densa ma
teria non est. et ideo sequitur calidio
rem. A quo fit ut in locis frigidis fu
ceta fieri non possunt. Aqua recenti in
siccis munita tuellum enim cito facit
putrem. Itaque canicule signo commo
dissime existimat ea inferi. Que au
tem natura minus sunt mollia. uas a
liquod supra ligent unde stillet lente
aqua. ne prius exarescat surculus quam
conualescat. cuius surculi corticem in
tegrum dicunt seruandum. et eum sic
exacuendum. ut non denudes medul
lam. ne extrinsecus ymbres noceant.
aut nimius calor argilla oblinendus.
ac libro obligandus. Catho autem scri
bit quod etiam per uindemiam ficus in
feri potest. Surculus est legendus a
uinculis. Inutilis enim creditur minoris
uel maioris etatis. Item inoculari si
ue emplastrari ficus potest et ad buc
cellum inferi potest mense iunii et in
iulio. tamen ad buccellum fieri potest.
et mense aprilis et maii. Inferit autem in
caprifico. in moro. et in platano. et in
cylis et surculis ut Paladius ait. et se
multo melius. Gaudet assidua fossi
one cui multum proderit si per autu
num sterus apponas. maxime de au
tumnis. Formatur ficus in locis frigi
dis. ut unum solum habeat stipitem
a terra modicum eleuatum. quo sic me
lius a frigore defendatur. In locis uero
calidis unus uel plures dumodo non
ultra tres uel quatuor stipites habe
at pro domini uoluntate. Recidenda
sunt in ea quecumque aut putria aut ma
le nata repperis. et ea rone putanda et ut

inclinata per latera possit expandi.
Truncus arboris scarificandus est quo
loco tumet. ut possit humor fluere ne
vermes creet. qui si creati fuerint vin
cinis ferreis tollantur a ficu. **A**lii so
lam calcem uitam latebris uermium
apponunt. **S**i formice moleste sunt ru
brica butiro et pice liquida mixta cir
ca truncum debet induci. **S**i fructus su
os uelut egra proiicit. **A**liqui radici
terrebrate cuneis figunt. uel securi ar
boris corum sepe prosciunt cum fo
lia incipiunt producere fici. ut mul
tum et pinguem ferat fructum. in pri
cipio germinis cacumina summa de
cidimus. **V**el hoc tantum cacumene quod
ex arboris medietate procedit. ut fi
cus cito maturet. succo cepe longio
ris cum oleo et pipere mixto unge po
ma quando grossa incipiunt subru
bere. ut **M**aladius ait. **S**ed tunc sine
aliquo medicamine propinque ma
turitati existunt. **F**icus uirides serua
ri possunt. uel in melle ordinate ne se
contingant. uel singule intra uiridez
cucurbitarum clausae. locis umcuique cau
tis ut ait **M**aladius. **S**iccentur autem et
seruentur hoc modo. quo campania to
ta custodit. **I**n cratibus fici expandi
tur usque ad meridiem. et adhuc mol
lis in qualam refundit. tunc calefac
to furno ad panis coquendi modum.
suppositis tribus lapidibus ne arde
at qualis includit. et clauso furno ubi
bis cocta ficus fuerit. sicut est cali
da interpositis folijs suis in uas fic
tile claudat. bene picatum densius persi
sa et operculo diligentius obducatur
Et pluuus abundantibus crates non
possis expandere sub tecto eas ita po
nis. ut semper de frigat a terra. et eas

ad uicem solis cinis subiectus uaporet
et subinde ficus sicut est diuisa uerta
tur. ut ficorum coria siccent. et pulpe
tunc duplicate in cistellis seruentur.
aut loculis. **A**lii maturas mediocri
ter fici et diuisas in cratibus expan
dunt totas sole siccandas. et nocte re
cipiunt sub tecto. **F**icus sicce cum pi
guedine sua seruantur secundum hyspa
norum morem hoc modo. siccent me
diocriter. et optime refrigerate in uase
aliquo componantur. et bene ponderate
seruentur. **F**icus scisse quas cesenates op
timas habent. procurant ab eis hoc mo
do. **C**olliguntur fici grassule medio
criter hoc modo mature et ad solem
per biduum integre dimittuntur. dein
de pinguiore scinduntur per medium
ex transuerso. et iterum parte interiori
ad solem conuersa duobus uel tribus
diebus siccentur. et duabus simul iunctis
et iterum duobus uel tribus diebus ad
solem relictis. tandem in testa ponu
tur. et iterum ad solem triduo dimit
tuntur. deinde in scrinio per quinde
cim dies tenentur. et postea iterum ad
solem si necessarium uidebitur repo
nuntur. quibus postea refrigeratis in
aliquo uase stricte fortiter ponderan
tur. **E**t caue cum siccantur quod rorem et
pluuiam nusquam tangant. **F**icus cete
ris fructibus laudabilior ac nutribi
lior est. sed grossos creat humores.
Viridis quedam est cruda non per
fecte matura. et quedam perfecte ma
tura. **C**ruda non bene matura. parum
est calida. magis grossa propter do
minum terrestris partis in ea. unde
Hypocras. **F**icus quanto longinquior
a maturitate tanto minus calida est et ma
gis grossa. **P**erfecte matura est calida l 2

in primo gradu. et temperata inter hu-
miditatem et siccitatem. Ficus ex triū rerum
compositione consistit. scilicet ex semine. pul-
pa. et cortice. Seminis nutrimentū nul-
lū ē. ut arene uel lapidis. Cortex sic-
cus est ut cutis. propterea durissimū ad
digerendum. Caro nutritibilior solubi-
liorq; existit. Sicca uero ficus calida
est in principio secundi gradus. sicca
in medio primi. ob quam rem calefa-
cit et sicim creat. et in colericos mutat
humiores. ceteris tamē fructibus nutri-
biliores. minusq; inflationis habet
sed si superfluos in stomacho hūo-
res inueniat. dura fit ad digerendū
ad corruptionemq; mutat. et inflatio-
nem et uentositatem generat et pessi-
mū sanguinē. in superficie etiā corpo-
ris pediculos creat. Si autē humori-
bus mundificatum inueniat bene di-
gerit ac sanguinem laudabilem facit
corpusq; mundificat et pulmonez re-
nes ac uesicam humoribus grossis.
Qui uult eis noxietates uitare ieiunū
accipiat. et post ipas piper uel zinz-
ber. et ut laudabilem sanguinem gene-
ret nuces simul aut amigdala mādu-
cet. Item sibi medicinam ualeat si cum
ysopo coquatur. pectus pulmonēq;
mundificat. tussim diuturnam emen-
dat. Gargarizata cum apozimate eis
in cannalibus pulmonis apostema
dissoluit. Docta in uino si clistere fi-
at ualeat ad dolorem uentris. qui ex
grossis humoribus procedit. Auicen-
na preterea dicit qd ē alba melior. de
inde rubea et postea nigra et succus fo-
liorum uehementis est calefactiois et
abstersionis. et in ipsa quidē lenifica-
tio ultima. et lac quidem eis coagu-
lat liquefactionē sanguinis et lactis

et calefacit coagulatur. Et illa quidē
que est humida uelocis ē nutrimenti
Et ramis quidem fici inest cantū sub-
tiliationis. qd qm̄ caro coquitur cum eis
dissoluit. et ficuum decoctio offert al-
postematibus gutturis et apostema-
libz radicū aurū gargarizata. lac eis
offert puncture scorpionis inunctū
et similiter rutele. Et similiter illa que
est immatura aut folia recentia poni-
tur super morsum canis rabiosi et cō-
fert.

L De lauro.
Laurus est arbor satis ma-
gna. cuius frondes sunt la-
te longe et solide. semp-
rudes et odorifere ualde q̄
arbor orbātam facit. que ē fructus
uuis niger. In omni fere aere prouēit
et maxime in temperato uel calido de-
lectat. Terram solutā et maritimā di-
ligit. Plantat ramis et surculis aut se-
mine eius de mense martii. pprie cuius
humor ad corticem ramorum perue-
nerit. Eius frondes et rami optimi. ut
in eis ficus sicce seruent. et in geladā
ponunt. ut eam odoriferam reddāt.
et circa diacitonicem siue in parua ip-
sius fructula diuisim disponunt. In
quacunq; autem re ad coquendū po-
nantur. plurimum eius odorez augēt
et cerebrum ac stomachum odore ac
sua ponticitate confortant. Fructus
eius qui est orbata in uino miffa in-
fecto positus ipsum sanat. sed idem
suo sapore satis ingrato afficit. Au-
cenna dicit qd grana cortices et folia
eis sunt calida et sicca. sed grana sunt
calidiora et sicciora. nam sunt in secū-
do gradu. et eius oleum est calidius
oleo nucis. Et confert doloribus

heriorum omnib9. ⁊ resoluit laxitu/
dinē. Et qñ de cortice ei9 aut gramis
bibit aureus id ē pond9 dragme v
nius ⁊ semis. frangit lapidē ⁊ interfi
cit fecum propter suaz amaritudinē
additā super amaritudinem alioruz
⁊ confert mordificationi scorpionis
cum uino. ⁊ est bona uespe ⁊ api quā
do pungunt. Et omnino est tyriaca
uenenis omnibus bibitis. **D**yscori/
des dicit qd frondes lauri libros ue
stes cum quibus ponunt a tineis de
fendunt ⁊ uermib9. ⁊ a corrosiōe tu/
tos reddunt.

De malo.

Malus est arbor notissima
⁊ eius quide9 diuersitates
multe sunt. Nam quedaz
mala mēse iunii ⁊ iulii ma
turitatem recipiunt. que si usq; ad cō
pletā maturationē in arbore dimit/
tantur sunt dulcia ⁊ odorifera ualō
Quedam uero sunt que usq; ad hye
mem non maturant. ⁊ adhuc colligū
tur acra ⁊ acerbā. sed postea per se
maturationem tempore procedēte re
cipiunt. Et quedam sunt grossa ual/
de. quedam parua. quedā mediocria
Et quedam rubea. ⁊ quedā crocea. ⁊
quedam uiridia. ⁊ quedam diu serua
bilia. ⁊ quedam pazz. Et quedaz du/
ra ⁊ solida. quedaz tenera ⁊ facile frā
gibilia. ⁊ quedā in arbore durabilia
quedā ab ea facile cadentia. Sunt at
multe maloz species quaz meliores
aut deteriores quilibz poterit p expe
rientiā in qualibz regione eligere aut
uitare. Nec arbor in omni aere pue/
nit. ⁊ pingue ac letum solum diligit.
cui humorem non tam rigatio q; na
tura suppeditet. Et si in arena uel ar/

gilla sic rigationibus adiunet. Non
ramis locis debet ad meridiem uersa
constitui. **M**acrum ⁊ aridum solum
poma uermiculosa ⁊ caduca facit. Se
rit ramis ⁊ semine. sed tardus ē in v
troq; prouentus. Melius igit est ut
in locis calidis octobri ⁊ nouembri.
In frigidis uero februario ⁊ martio
plantas siluestres maloruz ponam9
⁊ cum conualuerint inferant. Spacia
uero iter ipas arbores uiginti aut tri
ginta pedum eē debebunt. **M**alus in
seri potest in piro. in spino. in cocta
no. in sorbo. in persico. platano. po/
pulo. ⁊ salice. mense februario ⁊ mar
tio. ⁊ per solstitium quinquagita di
ebus ut ait **C**arbo. ⁊ aliis arboribus
quib9 piro. Et in cortice ⁊ in trunco.
⁊ emplastro. ⁊ ad buccelluz. ⁊ in ame
dani uel salicis partica perforata ut
in generalibus plene traditum est in
libro secundo. Nec arbores priō plā
tationis sue anno circūfodiant ⁊ ab
herbis singulis liberent. quolibet mē
se estatis. deinde quibuscā annis bis
uel ter qualibet circūfodiant estate.
Sed postq; conualuerit ⁊ suas radi/
ces fundauerint neq; exarari neq; eti
am effodi desiderant. Idcirco magis
eis prata conueniunt. sterus nō exi/
gunt quidem sed libenter assumūt. ⁊
maxime si ei cineres misceant. Amant
modestas irrigationes. putatio hūis
apta est. sed maxime ut arida aut ma
le nata tollantur. Formant ut sex uel
octo pedibus stipes erigat a terra q
alio stipite nunq; sociat9 existat. Qu
returq; ut stipes in multos diuidat
ramos. ⁊ rami in uirgas ⁊ fragra que
fructum ferant. Et qd equaliter p om
nia latera expandatur taliter qd rami 13

quandoq; nimium onerati ligamine
apposito sustentent. ut hec in ca. cōi
de arboribus plenius sunt tractata.
Accidit facile huic arbori ut poma e
ius caduca sint. quod si euenerit. scisse
radici lapis immissus poma tenebit.
Si spissa poma ramos onerauerint
Juni et **J**ulii mense interlegenda sunt
queq; viciosa. ut succus q; ingrate bilis
posset impendi. ad meliora vertatur
et generosis abundantia mistret. quā
numerosa vilitate perdebant. **Q**uod si
hoc cōmode fieri non possit. palis p
ticis et funibus defendat a ruptura ra
morū. ne copiosa ipsius liberalitas
ineius interitum et perniciem conuer
tatur. **E**tia senescit hec arbor. et in se
nectute degenerat. **E**stiuā poma tunc
colligenda sunt. cum colore et odore
ac dulci sapore maturitateq; fatentur.
Seruabilia vero colligenda sunt cir
ca finez septembris. et usq; ad mediū
mensis octobris. quādo casu pluriū
sanorū. et nigredine seminum maturi
tatem protendunt. **E**tz longis scalis
usq; ad ramos quos attingere hñt.
Abinde suprà cum manibus debili
bus ramis cum funibus uel vncinis
ad fortes bene formatis. **L**egenda
sunt diligēter que uolumus mala ser
uare. et ea in obscuro loco ubi uentus
nō sit uel paruus ut ait **V**arro. nam
si fortis est fenestre claudant. stramē
tis prius in crate subiectis uel paleis
aut loco in cumulos secreto disponi
mus. **A**liqui oīa simul ponunt et lo
cum operiunt. **V**inum et acetum fit d
malis sicut ex piris infra dicit. **P**o
ma diuidunt in duo. scz in cruda nō
matura. et in complete ac perfecte in
sua arbore maturata. **E**rua dura

sunt et lignea. male nutriunt. nō abo
nocent. dolorem generāt. et uenas nō
penetrant. et eoz assuefactio cā est fe
bris diurne que dure dissoluit. qd
et de ceteris fructibus intelligendum
est qui nō sunt perfecte in suis arbo
ribus maturati. **P**erfecte in sua arbo
re maturata diuersa sunt pro sua di
uersitate saporū. **Q**uedā em sunt pon
tica. quedam acetosa. quedam dulcia.
Et pontica quidez sunt terrestria fri
gida et sicca. ad digerendū tarda. mē
tum at stomachi confortatiua. ppter
rea q; stomachum opprimunt et humi
ditatem superfluā ibi inuentam des
cendere faciūt. **S**unt etiā egestiōis cō
strictiua. et maxime si ante cibum su
mant. et ouenientia sunt bilis. in quo
rū stomachis calor et humiditas do
minant. sed grossa sunt ad digerendū
et dura. tarde penetrātia uenas
inflationem faciunt. neruis nocent.
Liquor uero eorū laudabilior est et
subtilior et leuor. **P**rocirco stomachū
confortat et intestina. et ualet ad san
guinis fluxum. et dissinteriam ex col
lerica egestione et uomitum. ppter
pomoꝝ huiusmodi succum oportet
mandendo exprimi. carnez uero eici
aut ingeniari. quo mō eaz duricia et
asperitas auferat. **H**oc itaq; fit tribz
modis. aut illa elixando in aqua. ut
ex aqua humiditatē extrahāt et mol
liciem. aut super fumum aque calide
suspendendo ut bumectent et maturē
tur. aut secta per medium granis in
terioribus duris eiectis. eorum locis
mel aut zucharum apponendo secun
dum naturam accipientiū. et pasta in
uoluēdo. et i cineribz calidis aut pru
mis dimittendo. donec pasta exteri9

excoquat. huiusmodi ars molliciem
prestat. maturitatem saporositatē et
ad digerendum uelocitatem et noxie
tatē eorū in nervos aufert. Acetosis au
tem dominat. aquosa substantia cu
terrestri exiguo. quare frigiditas eorū
et siccitas temperatiorēs sunt ponti
cis. ppter uiciniatez liquoris acree
nature. Unde actio sua composita
cum sua stipticitate confert et cōstrin
git stomachum et uentrem. et egestio
nem colericam. et uomitum inibet.

Cum frigiditate uero et tenuitate li
quoris sicim extinguit. et acumen co
lere rubee et cardiace colerice uires au
fert. et hūiores grossos qui calidi sunt
in stomacho destruit. Dulces uero chi
mos tenuat. ut totum corpus ualeāt
penetrare. huiusmodi poma ante ci
bū et post cibū sunt bona edi. sed pi
ra ante cibū nociua. Dulcia uero qz
temperata sunt inter quatuor quali
tates stomacho minime nocent. et ad
constrictionem et laxationem uētris
uim manifestam non habent. Fron
des rami et cortices quia stiptica sunt
et acida. confortatiua sunt stomachi.
vulnera solidant. et humores malos
ad ea concurrentes pibent. Auicen
na dicit qz in eorū substantia domi
nat humiditas superflua frigida. et
fortasse illa que sunt uehementis dul
cedinis. in caliditate sunt temperata.
aut declinant ad eam. Et in pomis
quidem est inflatio. et proprie in eis
que non sunt dulcia. et insipida sunt
aquea ualde. et ad partem humida
superflue declina. Et acetosa et imma
tura. et generant flegma putredines et
febres. ppter uicinitatem sui hūoris et sue cru
ditatis. et quia facile recipiunt putre

factiones. Et uinum quidem pomo
rum et reliquorum antiquum melius
est qz recens. ppter resolutionem ua
porum maloz ab eo. Et assiduatio
comestionis pomorum facit euenire
dolores neruorum. et ppter uernalia
et odorifera. cōfortant cor. et si sit ibi
angustia ex caliditate sunt magni iu
uamenti. et confortant debilitatē sto
machi. que stiptica sunt aut pontica
uel acetosa. et conferunt dissinterie. et
maxime pontica. Et tā poma qz suc
cus et folia ipsorum offerunt uenenis

De malopunico.

Malapunica sunt malagra/
nata que nota sunt. Ex q
bus quedam sunt dulcia.
quedam acia sue acetosa
quedam autēz mediocris saporis in
ter dulce et acre cōposita. Regio illis
apta est. que calida aut tēperata ex
istit. Frigidam uero sustinere nō pnt
Solum cretosum amat hec arbor. et i
soluto etiam conualescit. **E**tēz ma
cilentū. licet etiā in pingui pueniat.
Albertus tamen dicit qz uult solūz a
renosum et pingue. Serit plantis de
matrum radice diuulsis. melis tamen
si ramus est cubitalis incisus manu/
brii grossitudine. ac utroqz capite le
nigatus acuta. uelut obliquus imer/
git. prius tamen porcino stercore et i
capite et in parte que ima est liniatur
uel in crudo solo malleo cogat. ad i
teriora defigi. Melius autem proue
niet si ponendus ramus geminata tā
matre sumat. Curandumqz est ne uir
gulta deponas in uersa. siue corticibz
spoliata. Si in scrobe deponens tres
lapillos in ipsa radice constituat. p
uidetur ut Maladius ait ne poma l x

scindant. Fiant autem predictae plantationes locis temperatis martio uel aprili. **C**alidis autem et siccis nouembri. Insuper posse firmat de ramorum connexionem. ut medulla utrimque diuisa se iungat. In se tantum inseri potest circa finem martii uel kalendas aprilis in trunco secto in quo surculus recentissimus inseri statim debet. ne mora exiguum qui est exsiccat humorem. **C**ircumfodi debent autumnis et uere. et formari ut unum aut duos uel tres ad plus habeant stipites a terra modicum eleuatos. et singulis annis recidi omnia que in stipite nascuntur. aut circa radices. **P**lura eis accidunt nocumenta. quare si acida fiant non rigent assidue. nam siccitas in hiis suauitatem prestat et copiam. cuius nimietati aliquid debet humoris apponi. **S**i acida nascentur allaqueatis radicibus debet tede clauus infigi. **A**li algam marinam obruunt ad radices. **Q**ui nonnulli miscent stercus asinum atque porcinum. **S**i florem non continet cum aque pari mensura temperabis. et ter per annum radicibus illius infundes uel amurcam mittes infusam. **U**el radicibus algam iunges. bisque rigabis in mense. uel arboris florentis truncum ut **P**aladius ait. plumbeo circulo debet includere per cornu anguis inuoluere. **S**i crepant poma lapidem in media arboris radice superponis. uel squillam circa arborem feris. **S**i uermibus laborant. et tangis radices felle bubulo continue moriantur. **A**ut si clauo ento uermes eosque purges difficile nascentur. uel asini urina stercore admixta porcino uermibus obuiabit. cinis cum lixiuo circa pum-

ici truncum frequenter infusus leca et fructuosa reddet arbuta. **A**fferit **M**artialis candida in hiis grana fieri si argille et crete quartam partem gipsi misceas. et toto triennio hoc genus terre radicibus eius adiungas. **Q**uod dicit mire magnitudinis poma fieri. si olla fictilis circa punici arborem obruat. et in ea ramus cum flore claudat ne resiliat ligatus ad palum tunc cooperta olla contra pluuie munia. tur incursum. autumnis patefacta sue magnitudinis poma reddet. **M**ulta in punico ipse ait procedere si tici mali et portulace succus equaliter mixtus antequam gemment alliniat arborem in trunco. **C**olliguntur autem cum suorum granorum rubedine completa maturitatem portendunt. **S**eruantur uero si picatis appendiculis ordinata suspendas. **U**el aliter lecta integra in aqua marina uel salsa mergantur. ut cum biberint. post triuuium sole siccantur. ut sub diuo nocte permaneant. **P**ostea in loco frigido suspendant. et cum eis uti uolueris aqua dulci pridie macerabis. **I**tem si induant argilla. et ea siccata frigido loco pendeat. **I**tem si olla sub diuo obruant que habeat arenas usque ad medium. et mala cum tenacibus lecta imprimantur. et ita singulis per sambuci uirgulis. et ita separata in arenis figantur. ut ipsa quatuor digitis emineant ab arena. **H**oc et sub tecto in scrobe fieri potest. et utilius est ad obseruandum si non ramis longiore tollant. **A**liter in serio la cui ad medium aqua mittat suspendant mala ne humorem tangant. et seria claudat. ne uentus erumpat. **I**tem in dolio sic ordinant intra ordeum. ne

seuicem tangant. et dolium desuper
aperiet. **E**x malis granatis hoc modo
fit vinum. Grana matura diligenter
purgata in palmeam fuscillaz mittis
et in coclea exprimis et leuiter coquis
usq; ad medietatem. et cum refrigerit
picatis et gypsatis uasculis claudis.
Alii succum non excoquunt. sed singu-
lis sextariis libras mellis singulas mis-
cent. et in predicto uase custodiunt.
Ex malis punicis fiunt optime sepes
spisse spinose fortes et multum fructu-
ferentes. **M**alapunica utiliora sunt
medicinis q̄ esui. nutrimentum quip-
pe eorum etsi laudabile est et bonum
tamen paruum est propter subtilita-
tem eorum. facileq; digestionem. **H**ec
autem quatuor partibus opposita sunt
que tamen omnes sunt stiptice. prima ē
cortex secunda caro. tertia liquor. q̄r/
ta grana. **L**iquor frigidus est. sed di-
uersis modis secundum suos sapor-
es et liquiditates. **S**unt namq; pon-
tica acida maza dulcia et insipida.
Ponica impossibile est accipi secun-
dum cibum. quia propter asperitatem
et duriciem abhorret ea natura. nec re-
cipit nisi secundum medicinam. pro-
inde huiusmodi malagranata si parum
in superficie excorticentur et tritorum suc-
cus aut cum uino aut cum syrupo la-
xatio potest. superiora stomachi ex-
primunt. et expellunt humiditatem pu-
rescentem de inferioribus. et per mun-
dificationem stomachum confortant
absq; lesione neruorum eius. **I**decirco
ualet ad febres diuturnas. que ex pu-
rescentis humoribus procreantur. et
ad pruriginem et scabiem de putredi-
ne falsi fleumatis orta. **A**cida in mul-
tis rebus propter paruitatem terres-

tris substantie melioris sunt actionis
q̄ cetera. **C**alores epatis extinguunt.
membra confortant. et presertim os sto-
machi epas et cor. **U**nde ualent ad
cardiacam coleram. et ad dolorem qui
nascitur in ore stomachi ex colera ru-
bea. habet etiam hoc proprium. q̄ in o-
culis p̄tericorum stillatum citrinum
ab eis abiicit colorem. propterea si
ab lato cortice malagranata acetosa
omnia possunt. et succus extractus cum
melle coquatur. ut unguenti similis
dinem habeat. ualet ad expulsionem
unguium oculorum. purificatq; aciem
a grossis uiscosisq; humoribus. **M**a-
lagranati liquor dulcis grossior et ca-
lidior est et digestibilior. et propterea
caloris aliquantulum stomacho in-
gerit citoq; in coleram rubeam muta-
tur. et ideo febricitantibus inconueni-
ens est. sed humectat uentrem. pecto-
ris lenit asperitatem. tussi tribuit mi-
tigationem. **M**uzum uero quod ē in-
ter dulce et acetosum medium ad epa-
tis calorem et stomachi non minus ua-
let q̄ acetosum. sed uim vomitus co-
pescendi ac uentrem stringendi non ha-
bet. **I**nsipidum autem quod est qua-
si aque sapor pro sui liquoris et aquo-
sitate copia ad frigiditatem perti-
net. **U**nde est inconueniens secundum
medicinam. et secundum cibum ut po-
tum. secundum cibum. quia saporem
non habet. ut a membris corporis at-
trahatur. secundum medicinam. quia
propter aquositatem. nec stomachum
confortat. nec uomitum nec solutio-
nem prohibet. **I**decirco fastidium fa-
cit stomacho. debilem mollemq; ipsum
reddit. et cibum in stomacho digerere non
permittit. **U**nde fit causa rugitus et

inflationis. **C**alorum granatorum nuclei a succo expressi sunt utiles ad restringendum uomitum colericum et gestionem. precipue si assentur. eorumque puluis bibat. Calorem etiam stomachi atque colere rubee acumen extingunt. Eorum uero cortices frigidi et sicci ac terrestres sunt. quod si in aqua coquantur et fiat clistere ualeat contra dysenteriam et dysarriam. Item apozima ex eis factum gingiuas confortat. et constringit fluxum sanguinis emorroidarum et mulierum. Item idem cortex in uino coctus et potatus lumbricos ascarides et cucurbitinos de uentre mortuos abiecit. Flos eorum qui balaustia uocatur stipticior et siccior est predictis omnibus. debetque aliquantulum siccare et in uitreo uase recondi. Est enim frigidum et siccum in secundo gradu. et seruat in efficacia per duos annos. Valet autem contra uomitum colericum et fluxum sanguinis et uentris ex debilitate uirtutis contentiue. nam contra uomitum terantur balaustie. et coquantur in aceto et spongia intincta ponatur super furculam pectoris. Et contra fluxum coquantur in aqua pluuiali et fiat fomentum. Auicenna dicit quod cortices malignanati et balaustie utrumque retinet omnem fluxum sanguinis. consolidat plagas et ulcera antiqua. et fortes efficit dentes motos

C De moro.

Morus est arbor nota plurimum uitis amica. Que calidum desiderat aere et aut temperatum. frigidum uero recusat. loca autem querit sabulosa. et plerumque maritima. et in medio

criter soluta prouenit. sed in tuffo uel argilla uix comprehendit. Stercoris aut pingui terra ualde letatur. Propter quod inter domos in ciuitatibus ubi est multa pinguedo plurimum letatur. et magna uiridisque efficit. Bero potest in locis temperatis mense martii uel circa finem februarii. Calidis uero mense octobris et nouembris. Bero aut potest semine. sed poma et uirgulta degenerant. Melius autem seritur taleis et cacuminibus. et melius taleis sesquipedalibus ex utraque parte lenigatis et fimo oblectis. Et cum scrobem paulo ante fecerimus immergimus. et in cinere terre admixto tegamus. nec amplius quasi quatuor digitis supra terram relinquamus. Plantam robustam transperas mense octobris et nouembris. Teneram februario et martio. Scrobis desiderat altas et interualla magna. xxx. s. pedum uel citra. ne una uirgula premat alterius et in radicibus se impediunt. Inserit autem in se. et in pisco secundum quosdam. uel fico. que si comprehendat conualescere bene non debet. ulmo etiam insita (ut ait paladius) comprehendit sed magne parit infelicitatis augmenta. Fossionibus letatur et stercore. sed humorasiduus moris prodesse non creditur. difficulter crescit nisi fuerit in ualoe loco solo. et putrida in hiis per arida per triennium. quotiens opus fuerit sunt putanda. Circa kalendas octobris morus allaqueanda est. et radicibus eius uini ueteris feces recentissime infundende. Formanda est autem ut uno tantum stipite sit contenta. et rami principales circa octo pedes

eleuent a terra. Vel plus aut minus se-
cundum quod in leto solo fuerit uel exi-
li-ut in leto altiores-in exili depressi-
ores formantur. Feracem letiorēque mo-
ri arborem aliqui fieri tradiderunt. si
perforato hinc inde trunco. singulos
cuneos inferamus terebinti. Accidit
preterea nocumentum magnum mo-
ro-ut eius impediatur augmentum et fru-
ctibus eius ut inuiles omnino fiant
si foliis suis spoliatur. et maxime si non
fuerint que in summitatibus sunt ra-
musculorum in eis relicte. Vel quod
peius est-ipse summitates cum frōdi-
bus sint collecte. ut sepe importune
nimium faciunt mulieres. cum eas pro-
pter uermium sericoz escam suscipiunt.
Folia que sunt optimus cibus uermi-
um. colligunt statim cum uermes na-
ti fuerint. usque quod a cibo desistunt et i-
cipiunt facere opus suum. Fructus autem
cum sua nigredine et teneritudine ma-
turitatez faciunt. Adora duobus sunt
modis. aut acris non perfecte matu-
ra. aut perfecte dulcia maturata. Acris
frigida sunt et sicca. vim habent stip-
ticam. stomachi et intestinoz confor-
tationem. et uentrem constipant. qua-
re huiusmodi siccata multum ualent
ad dysariam et dysenteriam. maxime
si colerice sint. Item eorum succus ua-
let plurimum ad gutturum uel fauci-
um aut uel dolorem. maxime cum sap-
pa et modico zucharo coctus. Ad al-
tura autem dulcia modicum ad calo-
rem pertinent. ad humiditatem uero
multum. quare cito de stomacho eii-
ciuntur. Ventrem humectant et urinam
prouocant. Si tamen cibis in stoma-
cho ante se acceptum inuenerint com-
morantur cibo resistente. et in corrupti-

onem conuertuntur. et stomacho ac ca-
piti nocent. Si uero stomachum ual-
cum inuenerint bene digerunt. mo-
dicum tamen nutriunt. ieiunis accep-
ta in aqua uel niue refrigerata. refri-
geratiua sunt ualde. sicim auferunt. et
incensionem caloris extinguunt. Ra-
dix mori cum aqua cocta et potata ue-
tre humectat. et lumbricos et cucurbi-
tinos expellit. Si uero frondes simul
cum radice coquantur et aqua eorum re-
tineatur in ore ualet ad dolorem de-
ntium. Si autem cum uino coquantur
et gargarismis fiat ualet ad humores
ad uiam descendentes et guttur. Si
pistata mori radix in aceto ponatur et
ad solem diebus duodecim dimitta-
tur. et desiccata redigatur in puluere
hic dentes perforatos et putridos el-
uellit appositus. Auicenna dicit mo-
rum est malum stomacho. corrupti-
tur enim in eo. et quando corrumpitur
uelociter nocet. Et oportet quod come-
dantur omnes species ante cibum. et
recipiantur in stomacho in quo non
fit corruptio. Et morum quod salu-
tum est et siccatum retinet uentrem ue-
hementer et confert dysenterie. Et vi-
cortici eius fit mundificatio. et solu-
tio eius est plurima. et in omnibus spe-
ciebus mori est prouocatio urine. Et
cortex mori est tyriaca iusquiami.

De muniaco

Muniacus est arbor quedam
que est quasi similis prui-
no. sed est magis nodosa
et eius fructus est magnitudi-
nis communium prunorum. sed similis
fructui persicorum in forma. Est enim

ualde odoriferum. et in colore aureum eius pomum. Aere et terram desiderat ut prunus. solum tamen solum diligit. non argillam uel cretam. Seritur semine fructus mense februario et ianuuario. et mense octobris nouembris februarium et martium transplantat. In se uero et in pruno et persico. et forsan a migdalo potest inferi. Circumfodi debet assidue. et sicis temporibus irrigari. atque putria et arida in ea recidi et ut prunus formari. Adhuc sunt humida poma eius quam persica aut pruna. magis tamen stomachi aut cerebri confortatiua. cum optime matura existunt. quod eorum color sapor et odor aperte demonstrant.

De mespilo.

Mespilus seu vespilus est arbor nota. Et ex pomis eius quedam sunt grossa et domestica modicum pontica. Et quedam sunt siluestria pua et ualde pontica. Aere calidum temperatum et frigidum sustinet. et terram desiderat sabulosam pinguem uel glareosam. cui arena permixta est uel argilla cum saxis. Seritur mense martio et nouembei taleis. sed solo stercoretica quod utrumque caput talee sterco obducatur. Seritur et semine. sed in longam speratur etatem. Inferitur autem in se. in piro. pomo. et spina alba. et citonio. Surculus tamen eius ex arbore media debet assumi. nam de summitatibus uiciosus est. In trunco scisso inserenda est. nam corticis macies ieiuna. si in cortice inseratur nil nutriet. Albertus autem dicit quod quando infectio fit de eis super truncum alterius

generis scilicet mali uel piri uel etiam alius cuius spine. tunc fructus eius multum excrescit in quantitate. sed non potest ossa. quia fructus est in proprio ligno crescens. Ego autem sepe inserui in pira et malum et coctanum et spinam albam. et non inueni ossibus carere nec in quantitate augeri. Si autem deficerent escula id est uespila in aliqua regione expertum est ut dicit Albertus quod quando inferitur fragrum persici in truncum spine magne. que est similis fago in ligno et cortice. et uocatur spina fagina vulgariter. crescunt mespila maiora et meliora quam uisa sunt. Amantur putari circumfodi. fumus et uicius cinis si radicibus infundantur. ea ferilem reddunt. formatur ut modicum supra terram circa quatuor habeat stipites uel ramos. qui ad exteriora eleuati tendantur. et altitudinem hominum excedant. Si uermibus occupat. Nil eneo secundum Paladium sunt purgandi. et amurca uel humana ueterina uel calce perfundendi. scilicet partibus propter arboris noxam. uel aqua decocti lupini. scilicet putatur hinc arbor sterilis fieri. Si formice infeste sunt rubrica cum aceto et cinere temperata ne cabunt. Si poma labuntur. frustum de eius radice precisum in media trunci parte figamus. Mespila ad seruandum leguntur nondum mitia. que et in arbore durabunt diu. uel in uino lis picatis. uel in ordinem suspensa. uel cum pendiculis semimatura. polysa per quinque dies macerata. polysa sepe infundantur ne enatent. Die serena legantur ac media. et paleis obruantur discreta. ne ea uicissim tactus afficiat. Seruantur et melle si nimis

matura collegeris. *Ex* mespilis bone
sepes fieri possunt si spisse plantentur
uel uirgis propaginentur uel spinorum
alborum aut costanorum per totum se
pibus inferantur. *Mespila* siue escula
frigida sunt et sicca in primo gradu.
proprietaem habent stomachum con
fortandi. et colericam egestionem acuo
mitum auferunt. urinam prouocant.
magisque ad medicinam operantur quam ad
cibum. parum enim nutriunt et grossius
faciunt cibum. *Meliora* autem sunt
si ante cibum sumantur quam post cibum.
quia stomachi sunt confortatiua. et uen
tositati eius non nocua.

C De mirto.

Mirtus est fructus in lito
re maris super quo mare
sepe exundat precipue ablu
dans. *Aere* querit calidum
aut temperatum aut frigidum secun
dum *Albertum*. *Terra* autem desiderat sabu
losam solutam macram et heremi pro
prietatem habentem. *Geritur* plantis
ab ipsa matre euulsis. *Mirtuli* qui
sunt fructus eius frigidi sunt in primo
gradu. et sicci in secundo. qui principa
liter competunt medicine. secundario
folia et flores. *Et* quanto uero recen
tiores sunt fructus eius et flores tan
to meliores. fructus post maturitatem
collecti in magna efficacia post bien
nium seruantur. ad solem debent sicari
flores non possunt diu seruari. sed fo
lia diutius. *Virtutem* habent ostrun
gendi ex ponticitate. et confortandi ex
aromaticitate. *Contra* uomitum et flux
um uentris et prefluum mulieris ex de
bilitate uirtutis contentiue uel ex hu
miditate. dantur ipsi fructus ad coe

dendum uel succus expressus. *Detur*
etiam syrupus ex succo eorum addi
to zucchero quod optimum est contra
predicta. et potest per annum seruari
si bene coquatur succus. *Si* uero non
habes zucchero adde mel. *Ex* pul
uere uel ex fructibus decoctis et albu
mine oui fiat emplastrum circa os sto
machi contra uomitum. et contra dis
senteriam circa renes et pectus et um
bilicum fiat etiam fomentum ex aqua
fluuiali decoctionis foliorum eius cir
ca inferiora. propter fluxum et dissin
teriam et profluum mulieris. *Item* fo
mentum ex hac aqua circa frontem et
tempora et pedes somnum prouocat
in febre acuta. et soluit dolorem capitis
ex caliditate. et fasciculi summitatum
eius in aceto uel aqua pluuiali cocti
et super os stomachi positi refrenant
uomitum. et super renes pectus et um
bilicum ualent contra fluxum uentris
in acuta febre solunt dolorem qui fit
ex acumine caloris dissoluentis. *Sy*
rupus ex floribus factus miro modo
ualet contra predicta. *Puluis* etiam
florum eius datus in cibis ad eadem
ualet. *Et* ulceribus suppositus ea com
solidat. *Item* puluis mirtulorum et
florum eorum in mane ante cibum da
tus confert laborantibus fetore oris
qui stomachi uicino factus est. *Aui*
cenna dicit quod retinet solutionem et su
dorem et omnem fluxum sanguinis et
omnem fluxum ad membra. *Et* quan
do cum eo fit fricatio in balneo con
fortatur corpus et desiccantur hu
miditates que sunt sub cute. *Item*
eius oleum et succus et decoctio ipsi
us confortant radices capillorum.
et prohibent casum et prolongant

eos ⁊ denigrant. ⁊ proprie eius semina. Et folia eius sicca prohibent fetorem ascellarum ⁊ inguinum. Item sedat apostemata calida ⁊ adustionem ignis cum oleo. ⁊ similiter emplastrum ex ipso fructu. ⁊ prohibet auentositatem.

Item emplastrum factum ex fructibus eius decoctis in uino est conueniens mollicationi iuncturarum. Et eius folia cum in uino decoquantur ⁊ fit inde emplastrum sedant sodam uebelmentem. Item sedat obthalmiam ⁊ exitum. ⁊ cum coquitur cum oleo sanat eorum apostemata. Item confortat cor ⁊ aufert tremorem cordis. Item confortat stomachum ⁊ proprie rob eius ⁊ eius semina prohibent cursum superfluitatum ad stomachum. Item est bonus in prohibendo menstrua. Item eius succus offert puncture scorpionis.

C De nuce.

Nuxa nocendo dicta eo quod eius umbra nocet aliis arboribus. nota est. Hec arbor nullum recusat aere. neque genus terre. licet in pingui soluto solo maior ⁊ letior efficiatur. Seritur extremo Ianuarii nubus suis. eo modo quo seruntur amigdala. ⁊ eisdem mensibus. Sed quas nouembri disponas aliquatenus sole siccabis. ut exsiccentur noxium uirus humoris. Quas uero mense Ianuarii ⁊ Februarii positurus es aqua simplici pridie macerabis. Ponentur autem transuersae ut latius. id est ipsa carina figatur in terra. cacumen ipsum cum in seminario uel alibi nucem componimus. in parte dirigimus aquilonis. lapis subtus uel testa ut

ait Saladius ponenda est ut radicem non simpliciter. sed reperiussa respiciat. Transplantatur in locis calidis ⁊ siccis mense Octobris cum casum foliorum passa est. ⁊ melius mense Nouembris. In frigidis uero mense Februarii ⁊ Martii sed in temperatis utroque tempore satis commodum transplantatur. Biennalis in frigidis. ⁊ triennalis in calidis regionibus transplantatur. Radices autem plantarum in hac rescare non debes. letior fiet ⁊ sepius transferatur. fumo bubulo implancta tangenda est. sed melius cinis in locis frigidis. ⁊ sabulum in calidis spergetur in scrobibus. ne calore stercoris aduratur. nam ⁊ cinis cretat corticis eius teneritudinem procurare ⁊ fructuum densitatem. Alcis delectatur scrobibus pro arboris magnitudine. ⁊ interualla maiora deseruat. scilicet. xl. uel l. pedum ad minus. quia stillicidius foliorum suorum proximis uel sui generis nocet arboribus. Inseritur autem in se. in trunco Februarii mense. ⁊ in pruno ut ait Albertus. Debet aliquando circumsolui. ne caua fiat uicio senectutis. Et canalis longus a summo trunco usque ad imum tempore ueris debet excui. ut beneficio solis ⁊ uenti durescant. que in putredine transibant. Formatur autem ut sex uel octo aut decem pedibus stipes earum eleuetur a terra. ibique diuidatur in ramos. qui primo sursum. deinde procedente tempore flectuntur inferius. ⁊ per magna latera se diffundent. Si dura nux erit uel nodosa ⁊ stricta. et inde nucem facile auferri non possit. cortex circumcidendus est. ut tandem vicium

mali deducat humoris. Alii radicum
summa precipiunt. Alii terrebrate ra/
dici palum de busso imprimunt. uel
cuprinum clauum aut ferreū figūt. q̄
probari possunt. sed ea inuicilia pu/
to et omni ratione carere. Colliguntur
autem eas particis excutendo. cū in
ter nucleum et testā aliqua rubedo ap/
paret. aut cum ab exterioribus corti/
cibus incipiunt posse spoliari. et in a/
ceruum congregantur. ut quibusdā die/
bus elapsis possint a dictis cortici/
bus facile remoueri. Deinde in area
duobus uel tribus aut quatuor die/
bus secundum q̄ sol magis uel min⁹
calidus fuerit dimittantur. ut siccantur
et seruabiles fiant. **¶** si anteq̄ ad so/
les ponantur aqua lauentur et pulchri/
ores et magis uenales efficiuntur. Et
cum siccate fuerint utile erit omnes p/
foratas et a uermibus occupatas eli/
gere et ab aliis segregare ut statim rū/
pantur. et nucleis siccatis seruentur prop/
ter oleum faciendum. q̄ diuturnitate
ipsis remanētes in testis. a uermib⁹ to/
ti consumpti fuissent. Reliquas autē
electas seruare. quas in arenas seruā/
das obrues. uel foliis suis aridis. uel
in archa ex suo ligno facta includas
uel cepis miscebis. quod etiā eis acre/
dinem tollit. **¶** Martialis autēz exper/
tum se ait uirides nuces putaminib⁹
suis liberatas in melle demergi. et p̄
annum uirides esse. et ipsuz mel sic me/
dicabile fieri. ut ex eo facta potio ar/
terias curet et fauces. Ex ligno eius fi/
unt optima scrinia et ualde pulchra
et durabilia. et cetera similia uasa ad/
res gubernandas. Et fortes rote pro/
currubus et tenaces diuq̄ durabiles.

et in hiis operibus excedit omnia lig/
namina que in nostris inueniuntur pri/
bus. Ex fructu autem fit oleum cū in/
strumentis ad hoc paratis. quod est
ualde pulchrum et delectabile crudū
in cibis assumptuz. Ex una autē cor/
be nucum fit tertia pars nucleoz. ex
quibus sunt xv. libre olei si bone fu/
erint. Noces quedam sunt uirides. q̄
dam sicce. Virides minus sunt calide
sicce. Aliquantulum autem humidi/
tatis habent propter maturationem
imperfectam. Unde parum sunt sicce
et parum sunt stomacho nocue. que
manducate cum ruta faciunt contra
venenum. Sicce uero noces sunt secū/
dum Auicennam in tercio gradu cali/
de. et in principio secūdi sicce. Et sunt
tripliciter. nam quedaz sunt uicine tē/
pori quo fuerunt uirides. quedaz re/
mote. et quedam mediocres. **¶** Propi/
que sunt humide modicum uentosi/
tatis habentes. et quātomagis ab eo/
dem elongantur tempore. tantoma/
gis earum humiditas consumitur. eisq̄
uentositas dominatur. **¶** Ideo tunc cōfē/
te cito in humores colericos conuer/
tuntur. Quibus itaq̄ uetustiorib⁹ ex/
istentibus. et uentositate ipsis nucib⁹
multo magis dominante. fit earum sa/
por quasi uetustissimum oleum et ci/
bi naturam amittit. Noces nullis sto/
machi sunt contrarie. cum inueniunt
stomachū temperatū. aut tātā habe/
re frigiditatem. que calori nucum ua/
let repugnare. **¶** Idcirco tali stomacho
fuit boni nutrimenti boneq̄ digesti/
onis. Sed calidū habentibus stoma/
chū pstant uisionē et in colericos mu/
tantur humores ac fumosos. capitq̄

dolorem faciunt. et oculorum uertiginem. Sed ut ab eis omne auferat nocumentum mundari eas necesse est. et per noctem unam in calidam aquam ponit. ut partem humiditatis aque acquirant. fiantque quasi uirides. nuces si ante cibum cum ficibus edantur contra rem uenenosam corpus defendunt.

¶ Si ex eis cathaplasma fecerimus cum cepis melle et sale proficiet et morsui canis rabidi. Rursus cathaplasma factum ex eis cum ruta et melle super apostemata ex colera nigra ea mire dissoluit. Sive etiam cum suis trite corticibus et super umbilicum posite destruunt apostema intrinsecus corpori manens. Corticis quoque uel frondium sue arboris unum exagium esui datum cum uino strangurie optime subuenit. et si cum aceto poterit repugnat febris rigorem habentibus.

¶ Auicenna dicit quod folia et cortex nucis sunt constringentia fluxum sanguinis et eius cortex adustus est desiccatiuus sine mordicatione. et eius medulla masticata id est nucleus uiridis ponatur super apostema melancolicum et ulcerosum et confert. Item cum melle et ruta confert torsioni neruorum. et facit sodam. Et oleum antiquatum facit euenire gutturis dolorem. Et emplastrum nucis confert mamille apostemose. Et nutrita cum melle confert stomacho frigido. et cum ficibus et ruta est medicamen omnibus uenenis.

¶ Dioscorides preterea dicit. quod umbra nucis est ualde mala dormientibus sub ea. et diuersarum egritudinum generatiua. Et succus corticis et radicis cum eius potatus subuenit difficultati urinandi ad quantitatem unius

exagii. et cum aceto potatus repugnat febribus uenientibus cum frigore et rigore. crines tingit et purificat. et prohibet casum capillorum.

C De olea.

Olea est arbor nota. Et est quidem multe sunt species. quas propter similitudinem uirtutis earum modum strare non expedit. Aerem calidum frigidum requirit. et in modice frigidum uiuit. sed ualde frigidum sustinere non potest. Terram desiderat cui glarea sit admixta. aut cretam sabulonis coniunctione resoluta. aut pinguem sabulonem. aut terram nature depressioris et uiride. Cretam autem figuli omnino repudiat. et uirginosam. et in qua semper humor existit. Et macrum sabulonem et nudam glaream. In eis enim quis comprehendat non conualescit. Et si quis quidem terrarum sibi aptus est hoc modo quod locis estuosis septentrionali colle frigidis meridiano gaudet. Medius cuius delectatur. In his enim continetur propter deflexum stillat ad eam humor quem multum requirit et facit retinet circa radices eius. eo quod locus non est preceps. sed late deuexitatis nequimum neque arduum patitur locum. quia in imo nimia est aquositas. in arduo pauca. Locis calidis et siccis octobris et nouembris. frigidis uel ro februarii et martii mense plantantur. que uel pascuis constituende sunt uel suum locum scrobibus tenere debent.

¶ Seruntur autem aut ex radicatis plantis. aut a stipitibus

89
ruulsis ⁊ ad inferius laceratis. aut ex
ramis. pullulat etiam a nudo sue a/
murce. sed a plantis ⁊ ramis in terrā
infixis melius conualefcit. ppter qd
miratus fuit Virgilius ramum oliue
qui fere succus uidebat pullulasse.
cum in terram fuerit infixus que cum
ponunt in pastino aut scrobibus de
asis capitibus ⁊ brachijs ⁊ in trun/
cum redacte usq; ad mensuram cubi
ti unus ⁊ palmi in fermēto terre fos
se defigant. locum palo antea depri
mente. **Pro** ei grana secundum **Pal**a
dium subter iaciantur. ⁊ amputetur
his quicquid putridi aut arentis in
uentum fuerit. Et tunc capita earum
luto uellāt ⁊ musco uinculis quibus
cunq; constricta. Sed maximum be/
neficiū est ut proficiat incremento.
si partes rubrica uel aliter notentur.
quibus opposite steterant ⁊ cōtra eas
simili ratione ponant. Cum plantan
tur in scrobibus fiant quatuor uel tri
bus pedibus late. ⁊ duobus profun
de. in quibus ubi lapides desunt gla
rea misceat ⁊ stercus. Si clausus ē lo
cus modice que ponunt emineant su
pra terram. si uero pecora formidan
tur altiores trunci esse debent. Si
oliuetum instituas. sint a se discrete.
xv. pedibus uel xx. omnis subinde
circa eas herba uellāt. ⁊ quotiens se
imber infuderit frequentissimis fossi
onibus sollicitent. ⁊ subinde ducta a
trunco terra atq; commixta i aliquā
tulo altiores cumulos congeratur.
Si autem fermentarius est ager ⁊ pī
guis quem conferimus. oliueta inter
se quadragenis pedibus distent. sed
si macer uicenis quinis. cui proderit
si ordines in fauonium dirigant. Si

prouincia in qua plantare desideras
indiget oliuetis. ⁊ non est unde plā
ta sumat seminarium faciendum est.
ut ibi rami serra incisi in modum ses/
quipedalem deponantur. in p9 quin
quennium poterit ualida plāta trās
ferri. pleriq; autem quod facilius ac
utilius est. radices olearum que in sil
uis plerumq; sunt aut in locis deser/
tis. in cubitalem mensuraz recisas. in
seminario si placuerit aut in oliueto
disponunt. ⁊ amixtione stercoris ad
uiuunt. quare prouenit ut ex arboris
vnius radicib9 numerosa planta nas
catur. Inferitur in se. ⁊ rami quidem
in trunco subtili infici illico conualef
cunt. Hec insitio fit optime per uide
mias ut ait **Catho**. Volunt autem ut
in singulis mētib9 que sunt in semi
nario uel scrobibus nouelle pastinen
tur. Cum uero adoleuerint ter in esta
te uel bis ad minus fodi eas oportet
⁊ omnibus herbis circumnascētib9
liberari. In locis aridis aut tepidis
mense octobris allaqueande sunt o/
lee. ita ut eis a superiori parte humor
possit induci. omnem sobolem **Colu**
mela precipit euelli. **Paladio** autem
uidet dimitti paucas semper ac soli/
das. ex quibus uel i uetustate matris
loco derelicta succedat. uel meli9 nu/
trita uel aggeste terre beneficio etiam
suas habēs radices ad oliuetum faci
endum sine seminarii cura transferat
arbuscula. Eodem octobris mēse lo
cis frigidis ⁊ exilib9 stercorāda sunt
oliueta. muscus semper radat ab eis
⁊ putentur ut **Columela** dicit octo ā
norum etate transacta. **Paladio** au
tem uidetur unoquoq; anno sicca in
fructuosa cum aliqua debilitate nas m

cētia refecari debere. cui magis assen-
tio. **A**it etiam **Saladius** egregie. q̄
hec arbor amat mediocriter ab hūo-
re suspendi. **S**calpi assidue. letamis
ubertate pinguescere. uentis clemēter
feracib⁹ agitari. **F**ormat⁹ ut paucos
habeat stipites. ⁊ parum eleuent⁹ in
alcum. ⁊ ut per latera quantum pote-
rit diffundat⁹. **A**ccidit oleis ex uicini-
tate aliarum plantarum plurimū no-
cumentum. ideo q̄ ipsa oliua pluri-
mo būido indigeat. ⁊ ideo quicquid
iuxta eam plantatur sibi nutrimen-
tum subripit. ⁊ ipsam macilentam fa-
cit. quare oportet plātas propinq̄s
euellere. nec ibi aliquas dimittere. **I**-
tem uult diligenter custodiri a bestī-
arum accessu. quarum corrosio eam
plurimum ledit. nec radat⁹ cortex ei⁹
quia tūc exsūdaret ⁊ efficeret⁹ sterilis
⁊ arida. **S**imiliter nocet sibi pluri-
mum transitus quorumcūq̄. eo q̄ o-
culcata in transitu ⁊ indurata non p-
mittit ad eam descendere sufficientē
humorem. quia fodienda ⁊ stercorā-
da est. **N**on uult autem hec arbor ir-
rigari fontibus uel riuīs. eo q̄ talis
aqua grauis est ⁊ cito fluit a radice
deorsum. sed potius pluuiis gaudet
que aqua uaporosa est ⁊ statim fu-
mat in radices eius. **S**i sterilis est o-
lea gallica terrebra perforabis. tunc
duos frugifere arboris ab australi p-
te ramos eiusdem magnitudinis tol-
les. ⁊ stricte in foramen utrumq̄ con-
uies. uel lapidem uel pini uel quer-
cus palos. ⁊ absciso eo quod supera-
bit. luto paleato curabis occultare.
Si sine fruge luxurauerit oleaster. pa-
lum radicibus eius infige. **Q**uod si fruc-
tus arbor leta non affert terrebre tur

gallica terrebra usq̄ ad medullas in-
presso foramine. cui oleastri iformis
talea uehēmēter artet⁹ ⁊ allaqueate ar-
bori amurca infusa. uel uetus infun-
datur urina. hoc enim uelut coitu ste-
riles arbores uberantur. quas tamen
durante malicia inferere oportebit.
Mense nouembri oliua colligitur cū
uaria esse cepit. uel manibus. uel ex-
cutiendo cum particis suauiter ne le-
dantur ramusculi. **I**psis enim lesis se-
quenti anno plurimum fructui dero-
gatur. ex qua primum fiet oleum. sed
cum tota nigrescit melior est. ⁊ illud
quod spei merito posterauit. fundē-
di ubertate compensat. **A**ristoteles
autem dicit q̄ nunq̄ perfecte matu-
rescunt in arbore. etiam si per multos
annos ibi essent. sed ut ueram ⁊ per-
fectam consequantur maturitatem o-
portet ut bace collecte de arbore per
plures dies in una congerie coacer-
uentur. ⁊ sic per compressionem mutu-
am confortato calore. ⁊ retento ad in-
teriora ad plenam maturitatem dū-
cantur. **P**linius uero dicit. q̄ q̄diu i
arbore permittuntur tanto meliores
fiunt. semper enim nouas uires resu-
munt. ⁊ debilius cadunt. **V**arro scri-
bit q̄ olea de qua fit oleum debet cō-
geri ⁊ conseruari acruatim per dies
singulos in tabulato. ut ibi medio-
criter fratescat. ac primus quidem a-
ceruus dimittitur i sex uicibus ad ua-
sa olearia. ac trapetas ⁊ submittitur
mole olearie. que est ex duro ⁊ aspe-
ro lapide. **O**lea lecta si diu nimius fu-
erit in acruis. caldore fratescit. itaq̄
si nequeas mature conficere i acruis
iactando uentilari oportet. **I**tem
scribit **T**atbo q̄ oleum ab amurca

oportet separari quicquid cito potest. Nam
oleum quanto diutius in amurca stete-
rit tanto deterius est. **I**tem dicit quod
olea purganda est a frondibus et im-
mundicia omni antequam oleum fiat.
Item scribit Varro quod amurca est hu-
ius uirtutis. quod si de ipsa nimis ponatur
in agro terram denigrat et sterilem
facit. sed modicum ad agriculturam
uehementer pertinet. et circa radices ar-
borum infundi. maxime ad oleam. et
ubicunque in agro herba nocet amplius
scribit Cato uestimenta ne tineae
tangant amurcam decoquito ad di-
midiam. ea ungitur fundum arborum
extrinsecus pedes et angulos. ubi ea
auerint uestimenta condito. si hoc fe-
ceris tineae non nocebunt. **I**tem
ligna in suppellectile si unges non pu-
rescit. et si cum ea terzeris splendidi-
or fiet. **I**tem enea omnia ungitur.
sed prius extergito bene. postea cum
uni uoles extergito splendidior erit.
et ruga non erit molesta. **I**tem ol-
eum si in uas nouum inducturus es
amurca ita uti est cruda. prius collu-
to agitatoque diu ut bene combibat.
id si feceris uas oleum non bibet. et o-
leum melius faciet. et ipsum uas firmi-
us erit. **O**liue quaedam sunt siluestres
quedam domestice. **E**t domestice que-
dam sunt acerbe uirides. quedam me-
diocres scilicet rubee et uarie. quedam
nigre et mature. **A**cerbe uirides nihil
uel parum habent adhuc unctuosita-
tis. sed aquositate tantum. et hee sunt
terrestres et pontice. frigide et sicce un-
de stomachi confortatiue et ventris con-
stipatiue. et ad digerendum tarde. et
corpus quasi nihil nutriunt. **S**ed has
oliuas quidam preparant cum sale

et aceto. **A**lii cum aceto tantum. et hee
sunt frigidiore et tenuiores. quare co-
lere acumen extinguunt. et uirtutem ap-
petitiuam excitant. maxime si in me-
dio prandii accipiant. huius uirtuti di-
gestiue obediunt. stomachum ualde
confortant. et uentrem constringunt.
Catho scribit eas optime usui condi-
si sale sint confricate diebus quinque.
et tunc sale excusso si biduo in sole po-
sita fuerint. manere ydoneas solere et
asidem. sine sale in uase aliquo distri-
ctum condere. **H**igre quidem ma-
ture calide sunt. et temperate humide
quare cibus earum est multum nutri-
bilis et grossus. mollificans stoma-
chum. tardus ad digerendum. et faci-
lis ad egerendum. **E**t tarditas quidem
digestionis fit propter unctuosita-
tem facientem cibum natari in ore sto-
machi. **F**acilitas uero egestionis est
propter unctuositatem in stomacho
lubricante. **U**nde priusquam digeratur ex
stomacho descendit. et nonnumquam in co-
leram rubeam conuertitur. **M**edio-
cres uero minus nigris et acerbis sunt
nocive propter unctuositatis sueque
ponticitatis paucitatem. **O**leum quod
de oliuis fit aliud est recens nouiter
de olearum fructibus expressum. **A**li-
ud uetus quod diu de fructibus ma-
nauit. **C**ognoscitur autem laudabile
oleum in odore si est odoriferum. in
sapore si sit saporis optimi. cuius sci-
licet ponticitas in lingua sentitur. la-
cuminis indigens qualitate. quia quicquid
tum ponticitatis habet. tantum frigi-
ditati et siccitati pertinet. et ob hoc sto-
machum confortat. **P**roinde antiqui
similauerunt ipsum oleo rosato. **I**llud
quod in multis passionibus. olei rosati m 2

uice dederunt. Oleum quidem recens ex oliuis nigris ⁊ maturis calidus ⁊ humidus est mediocriter stomachi molituum ⁊ uentris. citoq; in colera ⁊ ru beam conuertitur. Quod uero longe ab oliuis maturis fuerit. omni carebit malicia. quoad aliquid retinebit ponticitatis. sed ablato penitus ponticitate fit nocibile. citoq; in malos humores conuertibile. **¶** Si multomagus iuererit ut saporis fiat asperioris ac horribilioris. inconueniens erit esui. tamen medicine utile. Varro scribit cellam oleariam ad partem calidam habere debere fenestras. sed uim ad frigidam.

De piro.

Pirus est arbor nota. ⁊ eius quidem diuersitates infinite sunt. ⁊ in qualibet ciuitate diuersa inueniuntur pira. ⁊ deoq; infinitate ⁊ etiam inuititate omiffa. hoc solus hic dicere sufficiat. qd quedam maturantur mense iunio. quedam iulii. quedam augusti. quedam septembris. quedam octobris. ⁊ quedam tunc collecta ⁊ seruata. sequenti tantum maturantur estate. ut pira ragina. ⁊ quedam sunt parua. quedam grossa. quedam mediocria. ⁊ quedam sunt in corpore crocea. quedam uiridia. quedam rubra. ⁊ quedam eduntur non mitia. quedam etsi non sunt mitia edi non possunt. ⁊ quedam habent durum corticem ⁊ grossum. quedam leuē ⁊ subtile. ⁊ quedam non. ⁊ quedam sunt interius lapidosa. ⁊ quedam sunt ualde dulcia. quedam acetosa. quedam stipitica siue pontica. quedam insipida et quedam sunt ualde odorifera. quedam

parum uel nihil. **¶** Nec arbor omnem celi statum patitur. nam in calido frigido ⁊ temperato aere satis congrue conualescit ⁊ fructum profert. In macra ⁊ pingui potest terra plantari. uerum in macro arido ⁊ cretoso solo poma minora ⁊ duriora erunt. ⁊ ipse arbores parue ⁊ quasi uetustate consumptae. ⁊ maxime ubi salso est uel amaritudo terreat ipsarum radices. in leuato autē pingui ⁊ dulci solo ualidas arbores et fructus nobiles ⁊ plurimos consequemur. ⁊ maxime si tale solum in lateribus montium. uel in palum prope montes fuerit. in quorum pirorum arbores sunt plantatae. non enim in talibus locis degenerabit hec arbor. nec in se aut in fructibus defectu patiatur. In locis autē a montibus multum remotis nimium humidis ⁊ aquosis erunt arbores magne ⁊ frondosae. fructusq; ipsarum turpentes ⁊ uirides. aut uiuo calore calentes. ⁊ eorum odor ⁊ sapor quodammodo insipidus ⁊ obtusus. Plantari possunt rami pirorum. ut de oliuis dicitur ⁊ eodem modo. ⁊ non perfecte fructificant. **¶** Item plantantur pira ⁊ nasci quidem necesse est originem suam repetente natura. sed quoad cito tardus est euentus. sed est hoc expectare homini longinquum. ⁊ non domestica. sed siluestria nascerentur. Melius ergo est ut pirorum plantas radicatae seramus agrestium. ut cum comprehenderit inferantur. **¶** Spacia uero inter ipsas arbores ut optime conualescant. xxx. pedum esse debent. In aridis ⁊ siccis locis mense octobris ⁊ nouembris. frigidis. februario ⁊ martio. temperatis uero utroq;

tempore congrue prius plantat. In
seriē conuenienter in piro agresti uel
domestico et in malo in quibus opti
me prouenit. Item in spina alba et co
ctano. sed in hiis ad debitum aug/
mentum peruenire non potest. Item
in quibusdam aliis arboribus insita
prehēdit. sed inutiliter. et ideo hoc
obmitto. Potest autem hec inseri ar/
bor sub terra. uel supra eaz. iuxta ter
ram uel in altum secundum distincti/
onem traditam in libro secundo cum
in communi de insitionibus locutus
fui. Fit eius insitio sub cortice et in trū
co scisso. Item in amedani uel salicis
partica perforata et sub terra sepulta
Item per illum modum qui ē plastratio
nominatur. Item per illuz qui di
citur ad buccellum. horum autēz mo
dorum doctrinaz sufficere in libro se
cundo ostendi. Affidua gaudet fossi/
one ac lecaminis ubertate pinguesce/
re. Formatur autem ut unum solum
babeat stipicem. qui usq. ad octo uel
decem pedes aut plures erigat a ter/
ra. ibiq. ramorum diuisio procuret.
Accidunt piris multa nocumēta que
cum eorum curis nominata sunt in
huius libri principio cum sermonez
feci de arboribus in communi. Et col
liguntur sine periculo. si rami debiles
altiores congruis funibus cum forti
oribus alliguntur. Inferiores uero cū
scalis et scalionibus exonerentur. hec
enim arbor ualde fragiles ramos ba
bet. et casui colligentis expositos. et
maxime cum ad etatem decrepitā in
cipit declinare. Pira colliguntur di/
uersis temporibus secundum diuer/
sitatem maturationis ipsorum. ut ta
men estiuā tunc legantur cum odore

et colore sibi proprio. maturitatē p
tendunt. que si duobus aut tribus di
ebus ante legantur. uidelicet apparē
tibz primis maturitatis indicis plu
ribus seruabuntur diebus ad usum.
q. si sint ultima maturitate collecta.
Que uero in fine maturantē autumnū
per hyemem seruatura. Nobri men
se legantur. sicco tempore in lune def
censu. Seruantur pira si a caducis di
ligenter electa integra et prope dura
et aliquanto uiridia. obruta intra pa
leas uel frumenta ponantur. in loco
tamen obscuro et sicco. Alii cum tena
cibus suis statim lecta picatis urceis
odiderunt. et oribus uasculorū gipso
clausis aut pice. ipsa sub diuo obruta
sabulone texerūt. Alii pira que se nō
contingerent in melle seruauerunt. Item
pira diuisa et granis purgata in sole
siccantur. et in frigida aqua salsa ma
nere permittuntur. postea in aqua pu
ra biduo macerent. uel in sappa uel
passo. et usui reseruantur. Vinum fit
de piris si concussa et sacco rarissimo
condita. ponderibus comprimantur
uel prelo. hoc in hyeme durat. s. pri
ma acrescit estate. Acetuz de piris sic
fit. pira siluestria uel asperi generis in
cumulo seruantur matura per triduū
deinde mittuntur in uasculum. cui fō
tana uel pluuialis aqua miscetur. et o
pertum uas per triginta relinquitur
dies. ac subinde quantum sublatum
fuerit ad usum aceti. tantum aque ad
reparationem addat. Liguamen de
piris sic fiet. Pira maturissima cū sa
le calcantur. ubi carnes eorum fuerint
resolute. uel in cupellis uel in uasis fi
ctilibus picatisq. clauduntur. p. mē
sem tertium suspense hec carnes liquo m 3

rem dimittunt. saporis iocundi. et coloris albiduli. Ex ligno piri pulchre assides. seu tabule fiunt. que optime lenigant. ex quibus multa opera congrue fiunt. Pira quedam siluestria. quedam domestica sunt. Siluestria frigidiore duriora et sicciora et magis pontica sunt domesticis. Rursus pira quedam sunt acerba pontica. et quedam matura dulcia. Acerba pontica quasi omnia sunt de natura siluestrium. et stomachum confortant. uentremque constipant. et sunt frigida et sicca. medicine non nutrimento conuenientia. ideoque oportet ingeniari ut mollescant et asperitatem amittant. ut uel delictum elixentur. aut super calide aque fumum suspendantur. aut operata pasta assentur. aut cum melle condiantur. Placarius dicit. quod pira siue cocta siue cruda sunt uentrem constipant. et si cocta sunt in aqua pluuiali et posita super os stomachi compescunt uomitum ex colera. et super pectus fluxum sanguinis constringunt. Pira dulcia maturata temperate complexionis sunt. quoniam minus ceteris frigida sunt. quapropter calefaciunt et augent digestionem ualentem in hiis quorum stomachi frigidi sunt et siccus. Habent autem pira proprietatem. quod si cum fungis coquantur omnem auferunt lesionem. precipue si siluestria sunt. propter ponticitatem suam. Cinis arboris piri aggregatus bibicus in hiis qui fungorum sunt comestione suffocati multum ualeat. Frondes pirorum et rami stipitica sunt solummodo. sed pirorum stipiticitas cum aquosa dulcedine mixta est. Auicenna dicit. quod pira siluestria ex

siccata consolidant vulnera.

De pruno.

Prunus est arbor nota. et eis quidem diuersitates sunt quia quedam est domestica. et quedam siluestris. Domestice quedam faciunt pruna alba. quedam nigra. quedam rubra. Aerem desiderat tepidum principaliter et frigidum satis commode sustinere potest. loco gaudet leto et humido. similiter lapideosis et glareosis iuuat locis. Letamen recusant. quia ex hoc fructus uermiculosos et caducos faciunt. Seruntur ossibus suis autumno mense nouembri. solo putri et subacti. duabus palmis uel minus obruantur ossa. eadem ponantur et februarii sed tunc sunt per triduum lixiui maceranda. ut cito gemmare cogantur. cui rei proderit si in seminario nutriantur. ut postmodum elapso biennio transferantur. Ponantur eisdem mensibus et plantis quas sumemus ex radicibus aut codice matris. radices cum ponuntur fumo oblitis. Nec arbor non multum profundas querit scrobes. quia non multum in profundo radices figit. nec multum magna spacia. quia seinuicem parum impediunt. Inscitur in se in persico. et alio modo in migdalo. sed eam degenerem reddit et paruam. et in se recipit amigdalum et malum secundum quosdam. et multum. Extremo martii fit eius initio. uel mense ianuarii antequam gummam eius incipiat lacrimare. Sed ego etiam mense februarii expertus sum sepe optime peruenire. Iuuat frequenter humore

et affidua fossione extirpande sunt a
radice soboles. exceptis rectoribus
que seruabunt ad plantas. **F**ormat
autem ut vnum solū habeat stipitem
non muleum eleuatum a terra. Si lā/
guida est arbor pruni amurca cum a
qua equaliter temperata redicib⁹ eis
debet infundi. uel cineres ex furno et
maxime sarmentorum. Si poma de/
currant oleastri opirum terrebrate in
fige radici. Si uermes aut formicas
patit⁹ curet⁹ ut supra de arboribus in
communi. **P**runa siccant⁹ ī sole scissa
in tribus uel quatuor partibus circa
ossa. **A**lii in aqua marina uel in aqua
feruente recenter lecta pruna demer/
gunt. et inde sub lata in furno faciunt
aut sole sicari. **E**x prunis fiunt op/
time sepes et utiles. qz sua spissa pul/
lulatione spissas eas et fortes faciūt.
et fructum abundanter prebent. et cū
duobus uel tribus aut quatuor ānis
incroscitur quibus dā rarioribus dere/
lictis. multos preparant vinearum
palos. et igni satiffaciunt abundan/
ter. **S**ed ut diuersarum prunorū suf/
ficiens habeatur pro sepibus facien/
dis copia. nihil erit utilius q̄ tempo/
re maturitatis earum pueros ad fo/
rum et ad plateas mittere ubi uendū
tur. et a personis uilibus comedūtur.
que omnia ossa cuiuslibet generis ī/
uenta colligunt. et hec siccata supradi/
ctis temporibus plantanda seruant⁹
Ex quibus quatuor uel usqz ad sex
simul in seminario poni possunt. ut
cum conualuerint ad faxinas sepius
transferantur et sulcos. **P**runa parū
nutrunt. et alba quidez dura sunt ad
cūgerendum. Stomacho nociua. s; exi/
guum solutua. **E**t deoqz cum sint gros

sa non debent comedi nisi grandia et
perfecte in arbore maturata. **E**t pru/
na nigra quedaz sunt domestica. que
dam agrestia. **R**ursus domestica que
dam sunt nigra perfecte maturata et
dulcia. quedaz cruda siue acerba du/
ra uiridia et pontica. et quedaz rubea
scilicet media inter ea. **N**igra perfec/
te matura et dulcia minus sunt frigi/
da et magis humida. nam eorum fri/
giditas est ī initio primi gradus. hu/
miditas uero in fine. **P**latearius ta/
men dicit qz sunt frigida et humida ī
secundo gradu. et **A**uicenna dicit. qz
sunt frigida in principio secundi gra/
dus. et humida in fine tercii gradus.
Stomachum humectant. uentrē mol/
liunt. et coleram rubeam soluant et p/
uiciunt. tamen si eis nimium utamur.
Stomacho nocent. **C**ruda uero dura
uiridia et pontica pessima sunt in me/
dicina et cibo. **D**urum enīz stomacho
ualde nociuum est. et minime nutrit.
atqz fatigat. **R**uffa uero magis sunt
frigida et minus humida. **A**grestia mi/
nus stiptica sunt. ideoqz valent ad
dysarriam et dissenteriam. et quidam
ea matura colligunt. scindunt p me/
dium. ad solem siccant. aceto asper/
gunt et in uase reponunt. et hec magis
q̄ sicca uirtutem infrigidandi habet
et intestina leniendi. **U**nde valent in
acutis febris et acutis egritudini/
bus. et ad uentris constipationem ex
humore colerico. **E**t si sunt uiridia dē/
tur ad edendum. si sicca coquantur ī
aqua. et pruna comedātur. et aqua bi/
batur. **A**uicenna dicit qz gumma eius
est subtilatiua et incisua et glutinati/
ua. et consolidat ulcera. et cum ex fo/
lis prunorum tollitur os. probibet m. r

fluxum fieri ad utramque amigdalam
et uiam. et gummam est bona pro scrip-
toribus ut dicit *Isidorus*.

C De persico.

Persicus est arbor nota. ci-
to tamen crescit. et paruo
tempore uiuit. Locis quibuscumque
proueniant. sed pomis
et frondibus et durabilitate precipua
sunt si celum calidum. solus arenosus
et humidum fortiantur. Frigidis uero
et maxime uentosis intereunt. nisi ali-
quo defendantur obiectu. Adhuc no-
uembris in locis calidis. ceteris uero
ianuarii. Persici ossa in pastinatis a-
reis sunt ponenda binis uel uno a se
pedibus separata. et cum ibidem pla-
te excreuerint transferantur et non am-
plius quam duobus palmis uel tribus se-
cundum. Paladium obruant. Dux te-
nera sunt germina. herbis persepe cir-
cumfossa liberent. plantam binam
recte transferimus breui scrobe. nec a
se longe statuende sunt ut inuicem a
se calorem solis excutiant. Ianuario
et februario locis frigidis. nouembri
calidis. Persicus inseritur maxime cir-
ca terram furculis plenioribus et pro-
pe arborem seu stipitem natis. nam ca-
cumina uel non tenebunt uel diu du-
rare non poterunt. Inseritur in se in a-
migdalo et pruno. Aprili mense uel
maio locis calidis. In ytaliam uero
maio existente uel iunio. persicus in-
oculari potest. quod emplastrari di-
citur preciso desuper trunco. et emplaf-
tratis plurimis gemmis eo more quo
dictum est. Ego autem inueni inscio-
nem in pruno factam mense februa-
rii optime conualere. Oblaqueande

sunt per autumnum. et suis foliis ster-
corade. Item putande sunt ut putria
et arida tantum uirgulta collant. nam
si aliquod uiride rescemus arescunt
ut *Paladius* ait. sed apud nos expe-
rientia contradicit. immo si rami ui-
rides loco incongruo nati colluntur
pulchrior et melior efficitur arbor. sed
forsan in sua regione loca erant nimis
arida. Nec arbor ardore solis arescit
et ideo tumuletur aggestione frequen-
ti. uespertino iuuetur humore. et ob-
iectis defendatur umbraculis ut idem
Paladius dicit. Quod intelligo in lo-
cis nimium calidis et siccis. quia in no-
stris partibus temperatis non eget.
Unum solum stipitem habere debet.
a terra modicum eleuatum. Languet
arbori ueteris uini feces aque mix-
tas oportet infundi. Contra pruinam
stercus ingeratur persico uel ut modo di-
ximus feces uini cum aqua permix-
te. uel quod magis prodest aqua in
qua faba decocta est ut idem *Paladius*
scribit. Si uermes patitur cinis
amurce mixtus eos extinguet. uel bo-
uis urina cum aceti tertia parte con-
fusa. Si poma caduca fiunt. radice
uis nudate uel trunco. lentisci uel ter-
rebinti cuneus ut ait *Paladius* affi-
gatur. uel terrebrate in medio palus
salicis imprimatur. Si poma rugo-
sa creabit aut putria. circa unum trun-
cum cortex recidatur. et cum inde mo-
dicus humor effluxerit. argilla et pa-
leato luto plaga tegatur. Contra ui-
cia persici fertur proficere sparsa ad
ramos suspensa. Persica seruantur si
detractis ossibus melle conuoluntur. et
saporis fiunt iocundi. Item seruari
dicuntur. si umbilicum eius gutta pi-

dis calentis cōpleueris. et in uase clau
so reponas. **P**ersica frigida et humi
da sunt in secundo gradu. flegma ge
nerant. ieiuno stomacho sunt edēda.
et post. uinum uetus odoriferum est
potanduz. **P**ersica diuidunt in duo
quedam enim sunt grossa mollia. et
hec sunt magis aquosa. scilicet frigi
da et humida. **E**t quedam sunt par
ua solida et dura. et hec sūt magis ter
restria. scilicet magis frigida et quo
dammodo sicca. et maxime si non fu
erint perfecte in arbore maturata. aut
fuerint omnino acerba et cruda. **F**rō
diuz eius succus potatus lumbricos
cucurbitinos eicit. **I**dez facit si ex eo
cataplasma feceris umbilico. **E**t se
cundum **A**uicennam succus foliorum
eius in aurem immisus uermes inter
ficat. **N**atura sunt bona stomacho.
et in eis est uirtus facienti appetitum
cibi. **E**t oportet quidem ut non com
edantur post alium cibum. quoniam
corrumpunt post eum. et corrumpūt
ipsum. sed precedant ante cibum. **E**t
sicca sunt tarde digestionis. et nō bo
ni nutrimenti. **Q**uis sint multi nutri
menti. **E**t matura leniunt uentrem. et
immatura stringunt.

De palma.

Alma est arbor ferēs dac
tilos. aerem desiderat cali
dum aut temperatum. nā
in climate calido ante hy
emem maturat fructum. sed in frigido
quod est quintum uel sextum clima
non maturat nisi post hyemē ad pri
cipium ueris. aut estatis anni sequen
tis. **S**ed circa septimum pullulat. sed
propter frigus non conualescit. **S**ed

est uerius dicere. q̄ nec in sexto clima
te uiuat. et in quinto difficile. **T**erraz
solutam et sabulosam requirit. nā con
stat locum nullis proprie fructib⁹ v
cilem in quo palme nascuntur. **S**erit
plantis aprili mēse uel maio. ita ta
men q̄ quando planta ponit⁹ circa e
am uel sub ea terra pinguis fundat⁹.
Item seritur mēse octobris semine si
ue ossibus dactilorum non ueterum.
sed recentium et pinguium. in cuius se
minario terre cinis miscendus ē. **N**o
tandum est tamen q̄ ex uno nucleo
uix unq̄ palma crescens conualescit.
sed potius ex multis simul positis.
Et hoc ideo est quia plācula que ex
uno oritur adeo debilis est q̄ truncū
qui arborez portare posset facere nō
potest. **M**ulte autem plāte simul ex
orte et propter compressionem sibi in
uicem continuate perficiunt illius ar
boris truncum. **A**dhuc cum nuclei et
semina aliarum plantarum habeant
uirtutem pullulatiua. quedā in sum
mo. quedam in imo. quedam in circu
itu. et quedam in medio. **N**ucleus pal
me q̄ ē os dactili habet quasi a dor
so suo. et ibi est foramen strictum ali
quantulum longuz. per quod germē
suum egreditur. **Q**uare optima plan
tatio eius est. q̄ hec ossa in sacculo li
neo in sabulo ponant⁹. et quantum fie
ri potest. foramen unius foramini al
terius applicet⁹. ut plantula unius for
titer penetret plantam alterius. et tūc
uires multarum coniuncte. perfectio
rem facient arborem. **P**alma enim v
nius uirtutis non proficit. cum prop
ter sexum qui in ea est distinctior q̄
in aliis plantis. cum etiam propter
ligni debilitatem. **E**t iterum enim

palma masculus nunq̃ facit aliquē fructum. s; plantatus masculus prope feminam inclinatur se ad eam. ita q̃ tangunt se rami maris et femine. et cōprimit bifurcatio ramorum femine ramos maris. et tunc perfecte palme recedunt a se inuicem. et tunc femina cōcipit. non substantiam aliquam emissam a masculo. sed uirtutem ipsius.

Similiter autem hoc ostendunt opera rusticorum. quoniam cum longe ab inuicem sunt plantata masculus et femina abstrahunt ramos masculi. et ponunt super feminam. et illa in suis furcis cōprimit eos et concipit ex eis.

Cum autem stat femina fructu onusta per uentum qui spiritum et humorem masculi ducit super fructus femine maturantur fructus. Non autem est arbitrandū. q̃ ista impregnatione et maturatione femina indigeat. quando ex pluribus seminibus planta cōualescit quia tunc plures masculos in uirtute et substantia in se habet. Annuā uel bima debet transferri mense iunio et iulio inchoante circumfodiatur assidue. ut irrigatione continuos estatis uincat ardores. aquis aliquatenus salis palme uiuantur. Si egra ē arbor. feces uini ueteris oblaqueate oportet infundi. uel radicū supracua capilamenta decidi. uel cunū salicis interfossis radicibus premi. hec arbor difficile crescit et longissimo tempore uiuit. et ante centum annos fici non facit ut dicit Plinius. Et est sciendum q̃ fructus dactylorum non pro coltilidones dependet a ramis eius. sed potius habens sedes quasdam in quibus immediate super ramos cōsistit. Et qd̃ mirabile ē in una siliqua pro

fert fructus suos. et ramulos in quibus fructus sue consistit. que siliqua non in superiori parte aperit sicut fit in siliqua rose et lilii et aliorum multorum s; aperiunt inferius ex parte rami. et cadunt postq̃ exiuerūt dactili et rami super quos sunt eo modo quo aperit siliqua papaueris et porri. In supremo autem cacumine habet hec arbor capsam. in qua ē substantia molli. que multū accedit ad substantiam dactili. que cū abscondit palma arefcit. Dactili calidi sunt et humidi in se cundo gradu. grossi sanguinis generatiui. et difficiles digestionem. ficibus tamē sicis sunt digestibiliores. et magis urinae prouocantes. s; illis afflictae epatis et splenis ostipationē duriciē atq̃ grossiciē et tumore patitur. gingiuis et dentibus sunt nocui. et dolorem in ore stomachi faciunt.

De pino.

Pinus est arbor nota q̃ credit̃ posse omnibus q̃ sub ea sunt. Amat locū gracile sepe maritimum inter montes et saxa uastior et procerior iuenit. Ventosis et humidis locis arborum sunt incrementa letiora. sed huic generi deputabis ea spacia uel montes que alteri utilia esse non possunt. Ex arabis autem ea loca diligenter atq̃ purgabis atq̃ frumenti more semen asperges ac leni sarculo curabis operire. nec plus q̃ palmo debet abscondi. et nata non transferuntur. quia non facile comprehendunt. et vix crescunt nec aliquo tempore incidantur. quia moriunt. et loco rami seu radicis in se alie non nascunt. Serit igitur nucleis

fuis aqua per triduum maceratis. calidis et siccis regionibus mense octobris uel nouembris. frigidis uero et humectis februario et martio. Aliqui dicunt fructum pineum translatione miscere. sed illi plantas hoc modo procurant. ut prius multa semina in caliculis terra et fumo repletis obruant que ibi processerunt. relicto eo quod solidius est. auferunt alia. ubi iustuz ceperit incrementum. trinam plantam cum ipsis caliculis transferunt. quibus fractis in scrobe indulgent radicibus largitatem terre. tamen eque sterus admiscunt. Seruandum est autem ut radix eius que una est et directa usque ad summitatem eius possit integra et illesa transferri. Defendenda est arbor tenera a pecore. solum ne calcetur. Inualida putatio pini nouellas arbores tantum promouet. ut sperata incrementa duplent. Item fertur quod sub eius cortice nascuntur facile uermes qui lignum corrodunt et destrunt. et ideo longiori tempore durat. si sepe corticibus spolietur. Noces pinee usque ad mensem nouembris in arbore esse possunt. Ad maturiores pinee legent. prius tamen quam patefiant nuclei. qui nisi purgati durare non possunt. tamen aliqui in ualidis fictilibus nouis et terra repletis cum testis suis asserunt custodiri. Pineae calida et humida est in secundo gradu. Et secundum Auicennam est calida et humida in tercio gradu. Optimum cibum est laborantibus in spumalibus et apostemate ex frigido humore. asmaticis et sicce tussientibus. ethicis et osumptis sanguinem augmentat. libidinem incitat. per se potest dari. uel cum syrupo. uel cum electuario. uel in cibus.

Contra tussim ualet cortex exterior. cum primo pinea ab arbore sumitur si decoquat bene in aqua. et postea super carbones ponatur. ut patiens fumum recipiat.

De pipere.

Piperis arbor parua est. et nascitur et optime fructificat sub caetro et in primo climate. ubi est multa adustio solis. et precipue in monte caucaso. ut dicit Plinius. Dicit etiam quod eius siluas serpentes custodiunt. sed incolae illius regionis tempore maturitatis siluas incendunt. et serpentes fugiunt. et ideo grana piperis que naturaliter alba erant efficiuntur nigra et rugosa. Sed Dioscorides dicit quod sarraceni collectum ponunt in clibano ut uirtus generatiua auferatur et non possit in aliis partibus mundi serui. In locis etiam temperatis nascitur. sed in eis fructum non facit. et ideo apud nos ipsius plantatio et industria nullius exitus utilitatis. Piper calidum et siccum est in .iii. gradu. uirtute habet dissoluenti et consumendi. puluis eius naribus appositus sternutationem prouocat. et cerebrum a superfluitate fleumatica mundificat. Vinum decoctionis eius et ficuum siccarum spumalia mundificat a glutinoso humore. et miro modo ualet contra asma frigidum. Puluis etiam eius cum ficibus dacus digestione confortat. sanguineis et colericis non est utilis usus piperis. Dissoluit enim et quandoque inducit lepram. Item puluis eius super carnem positus eam corrodit. Auicenna dicit quod cum melle positus in palato est conueniens ad squinantiam. et pulmonem mundi.

ficat. Cum aceto bibitum et linitum est bonum apostematibus splenis. Item prouocat urinam et elicit fetum et per coitum corrumpit fetum cum fortitudine

De quercu rouere et cerro.

Quercus rouere et cerro sunt arbores magne. que sunt fere eiusdem nature. multumque similitudinem habent in soliditate et duricie lignorum. et forma foliorum et fructus. Nam omnes producunt glandes. omnesque profundas multas et magnas radices faciunt sed in arboris forma differunt. Nam quercus breuem facit stipitem et ramos magnos ab omni parte diffusos. Rouere stipitem facit directum et altum cum paucioribus ramis. Cerro uero stipitem facit longissimum et ualde rectum et paucos ramos. Hec arbores solidam terram aut mediocrem querunt et montuosam uel montibus proximam. Resolutam uero et aquosam et precipue sabulosam fugiunt. Seruntur glandibus suis in seminario uel in campis uel ripis fossatorum positus mense ianuarii et februarii. uel etiam mense nouembris. Colliguntur etiam glandes tempore quo mature ab arbore cadunt. et ad solem siccate seruantur pro cibo porcorum. quibus est ualde conueniens cibus. Omnes predictae arbores laboreris sub terra diu durabiles competunt. supra terram non. Rouere est optima. ceterae minus bone. Glandes frigide sunt in primo gradu. siccae in secundo. non utimur eis in cibis hominum. sed porcorum. quia sunt digestionem inobedientes. et uentrum constipatiue. et non ualent dissolvere ulceribus intestinum et fluxui sanguinis. sed tamen urinam

qua patiens sedeat usq; ad umbilicū
et si tantā quantitatē habere nō pos/
sit cathaplasmet loca dolentia. Her
ba comesta etiam uel uinum decocti
onis eiꝫ urinā puocat.

De celtidonia. *frutuosella*

Celtidonia calida et sicca ē in
quarto gradu. cuiꝫ duplex ē
maneries. scz indica que ma
ioris est efficacie. et citrinam habet ra

dicem. Et est cōmunis que in partibꝫ
nostris reperit. et est minoris effica
cie. Una tñ pro altera ponit. Et cuꝫ
in receptionibus iuenit radix nō her
ba debet poni. Virtutem habet dis/
soluendi attrahendi et osuendi. Co
tra dolorem dentium ex frigida cau
sa radix inter dentes aliquantulū cō
trita et alliū superponatur. Ad caput
purgandum et uia repleta frigido
humore radix in uino decocta patiē
ti superponat. et patiens fumum per
os recipiat. Deinde uinū gargaret
qđ uia desiccet et caput purgat. Ioli
nius at dicit q̄ succo celtidonie oculi
pyrundinum eruti uel lesi ad statū pri
stinum reducunt.

De coriandro. *coriand*

Coriandrum ē herba facis
cōmunis. que calida et sic
ca est in secūdo gradu. cui
us semen in receptionibꝫ
debet poni. quod per duos annos
seruat. Virtutē habet cōfortandi ex
aromaticitate. ad digestionem cōfor
tandam et dolorem stomachi ex uen
tositate det semē eiꝫ in cibis. et uinū
decoctionis eiꝫ in potu. Itē puluis
seminis eiꝫ sup carnes aspersꝫ eas sa
porat. Item dicit **P**sidorus q̄ pul
uis eius seminis in uino dulci datus
reddit homines ad uenerē promiores
sz cauendū ē ne nimīū det. quia in a/
mentiaz deduceret et furorē. Cuiꝫ her
ba cum semine est canibꝫ uenenoſa. et
eos interficit si ab eis aliquotiens su
mat.

C De cōsolida maiore.
Consolida maior id ē sim
pbitū frigide et sicce com/
plexionis est. sed proprie

radix eius ē medicinalis. Virtutē h3
constringendi materiaz grossam per
quinq; annos seruat. Puluis ei9 da
tus in cibis ualet contra fluxum san
guinis menstruoꝝ. ⁊ contra fluxū uē
tris. ⁊ suppositus ualet contra fluxu9
menstruorum. ⁊ similiter fomentatio
nes ex ipsa herba facte.

De cucumere agresti.

Cucumer agrestis ē herba
nota. Ex cuius succu fit e/
lectuarium hoc modo. In
canicularibus dieb9 colli
git fructus ipsius herbe cum est qua
si maturus ⁊ conterit. ⁊ succus ipsius
soli exponit ⁊ desiccat. Et quidam
decoquunt ad ignem. ⁊ tale minus ē
laxatiuum. minusq; uiolenter ducit. ⁊
quidam decoquunt succū cū melle fe
re usq; ad consumptionem succi. ⁊ in
modum electuarii dant. quod satis
laxat per inferiora. per duos annos
potest seruari. Habet autem uirtutez
principaliter purgandi flegma ⁊ uis/
cosos humores. secundo coleram
migrā uel melancoliā. vñ ualet cōtra
paralysim. apoplexiā. epilepsiam. co
licam. yliacam. febres quotidianas
ex flegmate pitreo uel naturali. sciati
cis arteticis ⁊ podagricis subuenit.
attrahit enim maxime a remotis par
tibus ⁊ purgat. Item certis passio
nib9 ex flegmate medet. nō tñ per se so
lum dat purgat autem per os ⁊ uen
trem. Et usus quidē ei9 ē. ut ad misce
atur aliis rebus ⁊ ofectionibus. ⁊ ex
dragma vna medicina acuat. Et qui
electuarium accipit non superdormi
at. s; moueat. sicut q suscepit ellebo
rū. quoniam solet suffocationē induce
re. In yliaca passione pcedat aliqđ

elistere molliciuū. ⁊ postea fiat aliud
ex aqua maluarū oleo ⁊ melle. cū dra
gmis quinq; electuarii. ⁊ misceatur ⁊
erit optimum cōtra yliacam ⁊ contra
arteticam cyrogram ⁊ podagrā. Itē
herba ipsa si haberi poterit oteratur
aliquantulum. ⁊ decocta in uino ⁊ o/
leo dolenti superposita stranguine.
yliace. ⁊ podagre subuenit. Ad men
strua prouocanda puluis electuarii
conficiat cum oleo muscelino uel ro/
sato. ⁊ bumbix intinctus superpona
tur. Ad apostemata frigida maturā
da electuarii dragme quinq; ⁊ farina
ordei conficiant cum uitello oui sup
ponant. Ad apostemata rumpendū
fit optimum ruptoriuz ex electuario
⁊ terebentina. Ad uermes auris oſci
atur electuarium in quātitate grano
rum quinq; cum modico aceto. ⁊ mo
dicum infundat tepidum. Ad omnē
dolorē stomachi ex frigida causa in
ungant ex ofectione electuarii ⁊ ace/
ti. Ad lentigines faciei. ⁊ ad oēs sup
fluitates eius remouendas. accipe ce
rusam ⁊ camphorā ⁊ electuariū in q̄
titate illoꝝ duorum ⁊ conficias cum
aceto in modum unguenti. ⁊ pista in
mortario plumbeo cum pistello plu
beo. ⁊ ponat in uase uitreo per. xl. di
es. ⁊ postea in predicto mortario cū
pistello eodem moueat ad dicto ace/
to si durum sit ex eo ungat facies. ō
nem em pannū abstergit ⁊ lentigines

De diptano.

Diptan9 qui alio noīe di/
cit fraxinella. quia fron/
des habet ad modū fraxi
ni. Calidus ⁊ siccus est in
quarto gradu. Radix ē cuiusdā her/
be simili nomie appellate. que i locis p2

calidis lapidosus et siccis precipue re-
perit. **H**abz at p̄cipue ipsa radix uir-
tutem attrahendi consumendi et dis-
soluendi uenenuz. **C**ontra morsuz ue-
nenatorum animalium ipsa herba uel
radix trita superponat. **S**uccus etiā
eius cum uino det. puluis eius cū suc-
co mente conficiat et superponat et
potui det. **P**sidorus isuper dicit q̄
est tante uirtutis. ut ferrum a corpo-
re extrahat. **U**nde eius pabulo fere
percussē eliciunt sagittas corpori in-
fixas.

De endiuiā.

Endiuiā que alio nomine
dicit scariola uel lactuca
agrestis. frigida et sicca est
in secūdo gradu. **S**emina
et folia competunt usui medicine. **E**t
folia etiam usui ciborum opetūt. sed
radix nullam habet uirtutem. **F**olia
uiridia maxie sunt efficacie. sicca nul-
lius. **V**irtutē hz ofortandi et alteran-
di. **U**nde cōtra opilationem splenis
et epatis ex colerica causa. p̄uemen-
tem ualet. **C**ontra tercianam duplicē
et simplicem. p̄etriciam et calefactio-
nem epatis et apostemata calida ua-
let comesta elixa uel cruda. **I**tem sy-
rupus ex decoctione eius et zucharo
ualet ad idem. **E**t item succus eius
uel syrupus cum reubarbaro datus
in quarta uel sexta die materia dige-
sta ualet. **I**tem contra calorem epa-
tis et calida apostemata. **V**alet her-
ba ipsa cōtrita et superposita. **E**t ad
idē ualet succus epythimatus. et si nō
habeas folia coque semen herbe tri-
tum et pone loco eius. **A**lbertus dicit
q̄ aqua endiuię cum cerusa et aceto ē
epythima mirabile ad infrigidandū

quicquid debet infrigidari.

De enula. *alans Norz. W*
Enula non serit. quia semē
non hz. s̄ plātat corona
eius tota uel maior pars
eius de mense octobris in
terra pingui et alte fossa et bene subac-
ta. **C**alida in tercio et humida in pri-
mo gradu. **C**uius duplex ē maneries
scz ortulana et campana que maioris
est efficacie s̄m radices. **C**olligitur in
principio estatis radix et sole siccet.
ne humore corrumpat. **R**adix in me-
dicinis potest poni. per biennū et tri-
ennium potest seruari. **H**abet at uir-
tutem leniendi et mundificandi. **U**n-
de ualet contra neruos ex frigiditate
indignatos. **C**ōtra dolorē spiritua-
lium ex frigida causa detur uinuz de-
coctionis eius. s̄m illud. **E**nula cam-
pana reddit precordia sana. **C**ontra
dolorē stomachi ex frigida causa.
et cōtra uentositatem. et contra tussim
frigidam detur uinum decoctionis e-
ius. **P**uluis eius cū puluere cynamomi
delicatis soluit uentositatē spiritua-
lium. **H**erba tota decocta i uino et o-
leo et cathaplasmata dolorē spiritu-
alium p̄liacum colicum et stranguiriā
soluit. **C**ontra frigidum asma det fa-
rina ordeī in qua coctus sit puluis e-
ius. **I**tem nota q̄ enula est uirtus ru-
bificatiua et abstertio ultima.

De epatica. *Euoz. v. v.*

Epatica frigida et sicca est
in primo gradu. **H**erba ē
crescens in aquosis et p̄el-
cipue lapidosis locis. ba-
bēs folia multa terre ac lapidibz ad-
berētia. **V**irtutem habet diurencā ex

subtili substantia. et in frigiditatem. Unde ualet contra opilationem epatis et splenis ex calida causa. et contra calorem epatis et yctericam. et ideo dicitur epatica. Syrupus ex aqua decoctionis eius addito reubarbaro in fine decoctionis optimus est contra yctericam.

De eruca. *herem*

Eruca calida et sicca est in quarto gradu. Domestica maioris est efficacie quam siluestris. semina precipue competunt medicine. secundo folia. Virtutem habet consumendi et coitum incitandi. Decocta cum carnibus ualet ad coitum incitandum stranguariam et dissenteriam et paralysim. Item in uino cocta et renibus cathaplasmata libidinem incitat. pectini superposita uirina puocat. Semine eruce et maxie siluestris facit uirge erectionem.

De ebulo. *herem filon guburo pils*

Ebulus est calidus et siccus in tercio gradu. Cortices radicis et turiones precipue competunt medicine. Cortices radicis in uere colliguntur. et siccantur ad solem. et per annum seruantur. Habet autem uirtutem dissoluendi consumendi et purgandi flegma. et uiscosos humores. Succus eius detur et purgat attrahendo superius. et inferius agustiose. Unde non debet dari nisi digesta materia. et corpore fluxui preparato. ut in aliis uomitiuis medicinis. Valet febre quotidianae. diurne tertiane ex colera citrina et uicellina. Item epatis opilationi. et yctericie. colice et pliace. et aquam lentofleumaticorum educit. Usus eius est ut detur succus eius per se. uel in eius decoctione distemperetur.

alia medicina. uel addatur syrupo uel oximelli laxatiuis. uel coquat cum melle ad assumptionem succi. Contra tumorem extremitatum. et contra arthriticam. et lentofleumaticam fiat balneum ex aqua salsa decoctionis radicis et turionum et totius herbe.

De feniculo. *fenucell*

Feniculus scribitur de mense decembris ianuarii february et martii et toto tempore retransplantatur. Calidus et siccus est in secundo gradu. Virtutem habet diureticam extenuandi grossam uentositatem. comestum per prandium confert acidis eructationibus que fiunt ex indigestione. et hoc facit ex subtili substantia et qualitatibus suis. Semine eius folia et flores et cortices radicis usui medicine competunt. Semine colligitur in principio autumnii et seruatur per tres annos. Cortices radicis colliguntur in principio ueris et seruatur per medium annum. Contra opilationem splenis epatis stranguariam et dissenteriam. et uicium lapidis ex frigida causa detur et aqua decoctionis eius. Item feniculus coctus et comestus ualet contra predicta. Item eadem aqua uel uinum soluit dolorem stomachi ex frigidityte uel uentositate. et digestionem confortat. Item facit puluis seminis eius. Contra pannum oculorum et pruritus. succus radicis feniculi in uase creto. per viginti dies ad solem ponatur. et more coliri oculis apponatur. Contra pruritus oculorum certum est experimentum. conficiatur aloes optimus cum succo feniculi in uase creto ad solem per xx. dies. deinde ponatur in oculis more coliri.

De Flamula.

Flamula ē calida et sicca ī quarto gradu. Et dicitur flamula. quia uirtutē habet incensiuam. est enim similis uidelicet in foliis et floribus. sed habet flores aureos. uiridis multe est efficacie. sed exsiccata nullius uel modice. Ad cauterium sine igne faciendum cōterat flamula et super locum ponatur et dimittat per diem. et postea inueniet cutis cōbusta. Ad apostemata rūpendum quādo uersum ē ad sanietatem et caput est durum. conterat cum oleo et superponat. oleū ponit ad relaxationem. ne flamula nimis exsiccet.

De fumoterre. *substantia*

Fumusterre est herba nota sic dicta. quia generat ex quadam grossa fumositate terre. Calida est in primo gradu. sicca in secundo. Viridis et sicca magne ē efficacie. Principialiter purgat melancoliā. secundo flegma salsum et colerā adustam. et ē diuretica. Contra scabiem accipe uncias duas succi eius addito zucharo fiat syrupus et cum aq̄ calida det. uel adclant semina feniculi. Itē fiat hoc unguentum in oleo nucum et ponat puluis fuliginis subtilis et officiat addito aceto et succo fumiterre in maiore quantitate q̄ de aliis. et inungat patientem in balneo optimum ē. Et nota q̄ si succus eius detur in septimana ut diximus optime purgat humores inducentes scabiem. Itē herba fumiterre. in uino cocta et posita super locum podagricum multum ualeat.

De fungis. *paradysus*

Fungi quidam sunt boni. quidam mortiferi. Boni sunt rotundi ad modū pipilei. in principio ueris apparent. et in maio deficiūt. nunq̄ enim tales aliquē interfecerunt. aut multū leserunt subito. sed tamen oēs malū generant nutrimentum. Mortiferi autē sunt qui nascuntur iuxta ferrum eruginosum. Alii autem sunt mortiferi licet non statim interficiant. sed illi qui nascuntur iuxta alias res putridas. aut iuxta habitationem alicuius reptilis uel uenosi. aut iuxta quasdam speciales arbores. que in proprietate habent fungos corrumpere. sicut est oliua. Signum autē mortiferi fungi est. q̄ in superficie eius est quedam humiditas uiscosa et corrupta. et q̄ cito alteratur et corrumpit inter manus colligentium fungos. In nostris autem habitationibus inuenit fungus qui latus est et spissus. aliquid ruboris habens in superficie. et in illo rubore habet multas ampullas eleuatas. quarum quedā sunt fracte. quedā non. et ille mortalis est et statim interficiens. et uocat fungus muscarum. eo q̄ in lacte puluerizatus interficit muscam.

De fenugreco.

Fenugrecum calidum est et siccum. et habet substantiā glutinosam. Unde uirtutē habet maturandi et laxandi. Et apostemata exterius maturanda. farina fenugreci cum uitello oui conficiat et superponatur. maturat enim et extenuat. Ad maturandum et rumpendum conficiat cum terebēcina. et superponatur. herba etiam cocta in oleo

superponat ad maturandum. Ad apostemata spiritualium fenugreci farina in sacculo posita et decocta in aqua cum malua uisco ponat desuper. Ad apostemata stomachi et intestinorum ex farina fenugreci et aqua predicta fiant pulres et superponantur.

De gabusis. *habusis*
Abusi sunt de natura caulium. et habent folia ad formam caulium donec clausa fuerint sed postquam clausa sunt folia ipsorum fiunt quasi alba et grossa sicut tunice ceparum et crispa. Heredes desiderant frigidum. nam in aere calido uel temperato non claudunt. sed aperta remanent sicut caules. Terraz uero desiderant quale caules. ex eis sunt composita sicut ex rapis. Item seminant ut caules.

De gramine.
Graminis uirtus est stiptica et vulnerum conglutina- tiua. uentris constrictiua. vulnerum renum et uesice sanatiua. et doloris splenis mitigatiua. Et eius succus potui datus sua proprietate lumbricos occidit. hanc herbam noscunt canes. et eam comedunt quando se purgare uolunt. ut dicit Plinius.

De gralega.
Gralega dicitur inpinguare terram si uiridis uoluat in ea. Item dicitur quod eius semine mirabiliter facit oues galinas. et hoc a quibusdam est expertum.

De gentiana.

Gentiana est radix cuiusdam herbe simili nomine appellata. Cuius sola radix est medicinalis. In fine ueris colligitur. et exsiccata per tres annos seruatur. Nascentur autem frequentius in montibus et locis umbrosis et humidis. calida et sicca est in tercio gradu. Virtutem habet consumendi dissoluen- di et aperiendi. unde diuretica est. Contra antiquum asma. de quo pulvis eius cum uino addita aqua ordei. Succus radices eius abstergit morpheam. et sanat plagas et ulcera corrosiua. bibita etiam multum eum qui cecidit ex alto et collisus est iuuat. Et ultima medicinalis est contra morsum scorpionis et uermium uenenatorum et canis rabidi si bibuntur ex ea cum uino due uncie.

De gariofilata.

Gariofilata similis est nouellis foliis rubi seu flaponibus. et eius radix redolens et folia. Calida et sicca est in secundo gradu. Recens maioris est efficacie quam exsiccata. et seruatur per annum. Virtutem habet dissoluen- di consumendi et aperiendi. Et dicitur gariofilata. quia odorem habet similem gariofilis uel saporem uel effectum. Contra cardiacam passionem in aqua marina et oleo cocta. parti anteriori et posteriori superponatur. Ad digestionem confortandam et dolorem stomachi et intestinorum ex frigidityte uel uentositate de quo uinum decoctionis eius.

De humulo.

Humulus id est letigo flos eius propter siccitatem suam maximam. seruatur per longissimum tempus in p

uirtute sua ita q̄ vulgaris opinio est
q̄ nunq̄ putrescit. ⁊ est acuti odoris
⁊ fortis. Et est calidus ⁊ siccus. Dissol-
utius uiscositate. ⁊ incisius. ⁊ con-
seruat a putredine liquores quibus
admisceat.

De iusquiamo. *Billen fact*

Iusquiamus est frigidus in
tercio gradu. Semen ē cui-
usdam herbe que cassila/
go uocat. siue dens cabal-
linus. Seminum at̄ triplex est diuer-
sitas. Est em̄ album rubeum ⁊ nigrum
album ⁊ rubeum competunt medicine
nigrum uero est mortale. Nota q̄ si
iusquiamus debet recipi per os inte-
rius. ponendum est semen. si exterius
herba. Et semen maioris est efficacie.
Virtutem habet emothoycam id est
somniaferam. ⁊ constringendi ⁊ morti-
ficandi. Ad somnum prouocandū in
acuta egritudine fiat fomentum ex a-
qua decoctionis herbe eius circa frō-
tem tempora ⁊ pedes. Fiat etiaꝫ ab-
lutio. postea fiat hoc emplastrū pul-
uis seminis subtilis cum albumine o-
ui ⁊ lacte mulieris puellam nutriendis
⁊ modico aceto. ⁊ frōti ⁊ temporibꝫ
apponat. Item ad lacrimas constringen-
das fiat idem emplastrum. Contra
dissinteriam fiat emplastrum ex ipsa
herba ⁊ superponat. dolorē enim tol-
lit. Contra dolorem dentium semina su-
per carbones ponant ⁊ patiens fumū
per os recipiat. ⁊ teneat super aquaꝫ
⁊ apparebunt quasi uermes superna-
tantes. Semen superpositū denti in
causa calida dolorem tollit. Et nota
q̄ per decem annos seruari potest.

De yfopo.

Iopos est calidus ⁊ siccus
in tercio gradu. virtutē h̄z
s̄m flores ⁊ folia non s̄m
radices diureticam dissol-
uendi consumendi ⁊ attrahēdi. Con-
tra frigidam cussim ualeat uinum de/
coctionis eius ⁊ ficuum siccatū. Item
uinum decoctionis eius ⁊ seminū fe-
niculi. dolorem stomachi ⁊ intestino-
rum tollit. Fomentum factum ex aq̄
decoctionis eius matricem a supflui-
tatibus mundificat ⁊ abstergit. Idē
facit suppositoriū ex puluere eius et
oleo muscelino puluis eius. uel ipsa
herba in testa calefacta ⁊ superposi-
ta capiti per se uel in sacculo. ualeat o-
tra frigidum catarrum ⁊ casum uue.
Contra uiam fiat gargarismus ex a-
ceto decoctionis eius. Item ipsa her-
ba in uino decocta ⁊ cathaplasma
dolorem tollit ex uentositate.

De ynciis.

Inci ⁊ saluincia eadem ē
herba multum spinosa o-
quorum radicibus fit zin-
ziberatum hoc modo. In
duabus libris mellis ⁊ una yncio-
rum mundatorum uel pastinate po-
nat uncia una ⁊ dimidia p̄ oue zinz-
beris. uel medietas piperis tantum.
hoc modo lauant yncii ⁊ abiciat
lignū qd̄ ē interiꝫ. deinde optie coquā-
tur. uel priꝫ coquāt ⁊ postea abiciat
lignū. deinde minutatim iocāt. ⁊ po-
sito melle ad ignē ⁊ optie despumal-
to ponant in eo yncii ⁊ zinziber si-
ue piper ⁊ usq̄ ad spissitudinē ognu-
am bullāt. ⁊ si in fine decoctionis ad-
dat puluis seminis eruce ⁊ pini erit
optimū ad coitū ⁊ mēbri erectionē.

De iaro.

Lirus qui alio nomine di/cit barba aaron uel pes uirtuli. Calidus et siccus est in secundo gradu. In locis siccis et humidis montuosis et planis inuenit in hyeme et estate. magnam habet efficaciam. sed folia maiorem. semina radices maximam. semina quaso ad tuberositates que colligunt scinduntur et desiccant. Virtutes habet dissoluenti relaxandi et extenuandi. Contra tunc rem aurium ipsa herba decoquat cum tuberositatibus in uino et oleo addito ciminio. et fiat emplastrum et auribus superponat. Contra frigida apostemata ipsa herba tota cum tuberositate et anxungia ueteri coterat. et per modum in testa calefacta superponat. Contra scrophulas nouellas herba ipsa cum anxungia ueteri et squilla uel anxungia ursina si potest haberi terat et superponat et liberabit si recentes fuerint. Ad faciem depurandam et cutem subtiliandam ex tuberositatibus desiccatis fiat puluis subtilis et cum aqua rosata conficiat et ponat ad solem donec tota aqua consumat. et ita fiat ter uel quater uel amplius ex illo puluere solo uel cum aqua rosarum facies illiniat. et plerumque de purat quod ipsa cerusa. Item solus puluis eius carnem superflua corrodit.

E De yris. *one. orz. orz. l. eff.*
Iris siue yreos uel gladiolus cuius folia sunt similia ensi cum floribus purpureis uel albis. nam yris purpureum habet florem. yreos habet album et sunt eiusdem uirtutis. Ral dice tantum utimur in medicinis. In fine ueris colligit et siccatur. et per duos

annos seruat. Calida et sicca est in secundo gradu uirtutem habet diuretica. unde dissoluit et appetit. contra uicium spiritum alium. et contra opilationem splenis epatis renum et uesice. et contra dolorem ex uentositate. uinum decoctionis yreos. iuuat. puluis eius leniter superflua corrodit carnem. Ad pannum oculorum fiat collinum ex puluere eius et aqua rosacea.

E De liquiricia. *gockhou.*
Liquiricia est radix cuiusdam herbe que desiderat terram bene solutam et precipue sabulosa ut in eo facile crescat et multas producat radices que si plantat facillime comprehendit et circa se multum pullulat. et forte si basta eius adhuc tenera flectatur ad terram et operiatur conuertetur in radicem. sicut accidit in menta et ruta et gramine. Calida est et humida temperate. Eligenda est non nimis grossa nec multum tenuis. interius crocea non puluerizabilis. nigra uero et alba est abicienda. Succus eius est eiusdem efficacie et etiam fortioris. qui hoc modo fit. cum uiridis est bene conterat et in aqua bulliat. et decoquat usque ad consumptionem fere. postea exprimitur. Valet contra omnia uicia pectoris decoctio eius in aqua. et contra peripneumiam et pleuresim. Item uinum decoctionis eius ualet contra tussim. Ad idem ualet electuarium confectum ex succo liquiricie et melle. Item liquiricia masticata et sub lingua retenta sitim et asperitatem lingue et gutturis mitigat.

E De lilio.

Lilium plantat^r de mense
octobris ⁊ nouembris in
terra pingui ⁊ bene subac
ta nam accipiunt^r spici si
ue bulli eius uirides uel sicci. ⁊ ponit^r
per unam spannam uel unum pedē
quod est melius separati. sicut fit de
alleis. Item dicit Aristoteles q^d si ha
sta lilii quando nondum apertum ē
semē uel flos ei⁹ flectat^r ī terrā ita q^d
cepa non eradicet^r ⁊ cooperiat^r terra
infra paucos dies emittet ī quolibet
nodo haste cepaz paruulā sicut sunt
buli eius. Validum est ⁊ humidum.
Aliud est domesticum aliud siluestre
sed siluestre aliud gerit florez purpu
reum. quod est efficaciz. aliud est ha
bens croceum. Domesticū autem cum
anxungia ueteri tritum. uel cum oleo
coctum ⁊ superpositum frigidum al
postema maturat. Contra splenis du
riciem radix lilii in multa quantitate
cum branca ursina ⁊ radice euisci po
nat^r in uino ⁊ oleo per decem dies. ⁊
postea colet^r. addita cera ⁊ oleo fiat
unguentum. Ad faciem colorandam
accipe tuberositates radices lilii agre
stis ⁊ sicca ⁊ puluerem inde fac ⁊ dis
tempera cum aqua rosarum ⁊ desicce
tur. quo facto ter ⁊ quater illuz pul
uerem solum ⁊ cū aqua rosacea cōfe
ctum ducas super faciem. Item ablu
endo mundabit faciem. ⁊ remouebit
contractionem rugaz. Item dicit Dy
ascorides q^d folia ei⁹ decocta ⁊ ipo
sita ualent ad loca combusta. Idē fa
cit radix eius si trita cum oleo appo
nat^r. quia uirtus ei⁹ mitigatiua ē. Item
educit purgationem menstrualem q^d
est apertua. ⁊ est tumoris repressiua
⁊ ideo ualeat contra apostema ex uen

tositate. si radix eius trita cū oleo se
pius apponat^r. Plinius at dicit q^d cepe
cum uino sanant ictus serpentū ⁊ fili
gorum maliciā ⁊ uenenum decocte in
uino ⁊ oleo admixte clauos peduz ⁊
nodos soluunt. pilosq³ locis adustis
reddunt. In uino etiam cocte addi
to melle uenis prescis subueniunt.
Folia ipsius cocta in uino vulnera sa
nant. Ex floribus eius fit oleum ⁊ a
qua sicut ex rosis. ⁊ est fere eiusdē uir
tutis cum oleo ⁊ aqua rosarum.

L De lingua canis.
Lingua canis calida est et
humida in primo gradu.
Folia habet parua ⁊ acu
ta. lingue canis similia. vi
ridis multe ē efficacie. exsiccata nulli
us. Virtutem habet incitandi libidi
nē ⁊ humectandi. Herba ista cū car
nibus cocta uel cū oleo cocta uel san
guine. libidinem incitat. Valet etiam
decocta addito zucharo consumptis
Contra siccitatem pectoris det^r aqua
decoctionis ipsius. ⁊ addito dragā
to magis ualeat.

L De lapacio. *Rebellia*
Lapacium id est acetosa ut
rumese calida ⁊ sicca est in
tercio gradu. uel secundo
sū Auicennā. Est at lapa
cium triplex. scz acutum acuta habens fo
lia. ⁊ hoc efficacius est. ⁊ est lapacium
domesticum lata habens folia. ⁊ ma
gis competit usui. Item est rotundū
rotunda habens folia. Virtutem ha
bet dissoluendi ⁊ relaxandi aperien
di ⁊ extenuandi. Contra scabiē succ⁹
lapacii acuti ⁊ oleum muscelinum et
pix liquida simul buliant. postea

colet. et colature addat pulvis tarta-
ri et fuliginis. et fiat unguentum quod
satis competens est scabiosis. **A**uicenna
dicit quod radix cum aceto cocta co-
fert scabiei ulcerose et impetigini. et e-
ius decoctio cum aqua calida pruri-
tini confert. et similiter ipsamet in bal-
neo est optima. **C**ontra impetiginem
et serpiginem fiat decoctio succi lapa-
ci cum pulvere auripigmenti. **A**d a-
postema maturandum. lapacium rotu-
m tritum et in oleo decoctum uel cum
anxungia superponat acutum. **U**ri-
nam prouocat in multa quantitate.
Aqua uel uinum decoctionis eius sol-
uit opilationem splenis et hepatis. **C**on-
tra scrophulas nouellas fiat empla-
strum ex lapacio acuto et anxungia si-
mul tritis. **C**ontra lubricos ualz succus
eius datus cum melle. **C**ontra flegma abun-
dans in cerebro succus eius cum succo ru-
te in modica quantitate naribus inticia-
tur in aere calido uel in balneo. **I**tem
lapacium crudum uel coctum comestum
ualet scabiosis.

De lactuca. *Rehens*
Lactuca seri et transplantari
potest fere toto tempore
anni in terra pingui suba-
cta per se et mixtim cum a-
liis herbis. **E**t que sata fuerit in au-
tumno utiliter plantat mense decem-
bris circa areas aliarum herbarum que
tunc serunt. ipsa enim non timet gelu
sed roborat ex eo. et erit bona propter
enem cum aliis herbis quousque semine
producet. **S**ed que sunt de natura p-
uarum non transplantantur. **Q**ue uel
ro sunt ex magnis que romane dicun-
tur que habent alba semina transpla-

tari debent ut crescant et dulcedinem
habeant multum iuuant irrigatione
tempore siccitatis. **L**actuca frigida et
humida est temperate. **A**lii dicunt quod
est calida et humida temperate. et ideo
est melior omnibus aliis herbis.
et temperatissima respectu aliarum her-
barum. **S**anguineus bonum generat et co-
piam lactis. quod si non lauet aqua meli-
or est. **L**actuca enim cito digerit et urinam
prouocat. et extinguit coleram. et ebulli-
tionem sanguinis refrigerat et somnum
inducit. **I**tem ualet contra calidum a-
postema. **C**apitis dolorem de colera
rubea seu sanguine factum amputat
cathaplasinata. sed cocta plus quam cru-
da fit usui conueniens. quia eius lac
calore ignis minuit. per quod som-
num erat inducens. **S**ed colericis tam-
cruda quam cocta competit. **I**n exordio
suo fit utilior stomacho. et ad augmen-
tandum lac mulieris uel sperma viri
conuenientior. **S**ed cum indurat et co-
piam lactis non habuerit eius humidi-
tas minuit et fit amari saporis. unde
fit apertiuum sanguinem tamen pessi-
mum generat. ideo circa ea assuescentibus
fit nocua. quia tenebrositatem oculis
facit. spermatis materiam corrumpit
sed cum est adhuc tenera ualet multum
in febribus elixata uel cruda. in ace-
to cocta addito croco soluit opilati-
onem splenis et hepatis. **A**d prouocan-
dum somnum semen conficiatur cum
lacte mulieris puellam nutriendis. et
cum albumine oui. et fiat emplastrum
super tempora. **I**tem pulvis seminis
eius cum lacte somnum prouocat.
Idem facit febricitantibus datus cum
aqua calida. **C**ontra calidum apo-
stema conficiatur cum rosa et super-

ponat. et destruit ipsum. Item catha-
plasma frondium ipsius habentibus
herisipulam subuenit. Item semen ei-
us datū in potu sepe pollutionē pa-
tienti celeriter succurrit. Item est que-
dam species lactuce agrestis que lon-
giora et strictiora habet folia subtri-
liora et asperiora et minus uiridia. et
hec est amara. et est maioris calidi-
tatis et siccitatis quam domestica. Item di-
cit Plinius. quod est quedam species lactu-
ce sponte nascentis. quam caprinam
quidam uocant. qua proiecta in mari
protinus necantur pisces qui sunt in cir-
cuiu vicini. Item est quedam speci-
es lactuce que nascitur in aruis. cuius fo-
lia trita cum polenta confert uisceri-
bus. et hanc greci uocant ysopon. Item
est alia species que crescit in siluis.
quam uocant scancon. cuius folia tri-
ta cum polenta uulneribus profunt
sanguinem stringunt. et putrescentia vul-
nera sanant. Est et alia species lactuce.
habens rotunda folia et breuia. quam
multi baciam uocant. cuius succus sic ac-
cipitur ab accipitribus scalpendo her-
bam extrahunt. et intingentes oculos
discutiunt obscuritatem et caliginem
cum senescunt cuius herbe succus sa-
nat omnia uicia. et maxie quando ei-
us lac mulieris admiscetur. Serpentium mor-
sibus et scorpionum ictibus medetur. si
succus eius cum uino potetur. et folia tri-
ta super vulnus emplastrant. omnes
enim inflationem discutit et opescit.

De lentisco

Lentiscus calide et sicce com-
plexionis est. Virtutem ha-
bet consolidandi et ostringen-
di. Contra fluxum me-

struorum et dissenteriarum et uomitum ex de-
bilitate uirtutis contentiue. fasciculi
facti parui cum foliis decoquantur in
aceto. et pectini et renibus cathaplas-
ma factum superponatur contra uomi-
tum super furculam pectoris. Aliis uisus
contra predicta. teneritates lenisci bu-
liant usque ad aceti consumptionem. dein
de siccentur et fiat inde puluis et detur in ci-
bis et potibus. Contra ulcerationem uir-
ge puluis factus ex foliis eius super
testam calidam desiccatis et pulueri-
zatis ulcera et saniem consumit. sed non
debet poni nisi quando est sanies. Con-
tra ulcerationem oris et lingue et labi-
orum in febre acuta fiat decoctio fo-
liorum eius in aceto. et patiens sepe
gargarizet.

De laureola.

Laureola est herba multum
laxatiua. calida et sicca in
quarto gradu. cuius fruc-
tus siue semine est rotundum
subrufum ad quantitatem pipere quod
dicitur cocogridium uel coconidium quod
est adhuc magis laxatiuum quam lauro-
la. et tamen ipsa est multum laxatiua.
Et purgat flegma et uiscosos humo-
res principaliter a remotis partibus
et iuncturis membrorum. secundario
melancoliam. Unde ualet sciaticis. arte-
ticis. et podagricis. Item contra apople-
xiam et paralysim. Visus enim eius est cum
aliis medicinis scilicet in oximelle iulua-
ni et similibus. Datur etiam in apogima-
tibus. per se uero non datur. quoniam
habet naturam ulcerandi intestina ex
nimio suo acumine. Si tamen per se
uti volumus. decoctionem eius damus
addito gummi arabico et mastice. ut
malicia eius reprimatur. Non est danda

nisi eis qui difficiles sunt ad soluendum et carnosum uentrem et intestina habentibus. Et eiusdem uirtutis est semen eius.

De lappa. *lappa*

Lappa est herba que habet in summitatibus capitella uestibus ualde adherentia. Lappe sunt multe species omnes medicinales. Nam Plinius dicit quod ictibus scorpionum medentur nec ferunt hominem si inunctus fuerit succo eius. Decoctio radices eius confirmat dentes si tepida in ore teneatur. Semen eius multa uicia stomachi curat. Reicientibus sanguinem potest dissolvere subuenit. nam radix eius cum uino sistit. et folia adiecto sale solunt.

De leuistico.

Leuisticus est calidus et siccus in secundo gradu. Cuius semen leuisticus appellatur. Semen non herba uel radix in medicinis ponitur. Virtutem habet diureticam aperiendi et extenuandi. unde uinum decoctionis eius contra opilationem splenis et epatis ualet. Aqua decoctionis eius ualet contra dolorem stomachi et intestinoz proueniens ex uentositate. Puluis etiam eius cum puluere cimini datus ad predicta ualet.

De melonibus. *melones*

Melones desiderant calidam terram et aerem quale citrulli uel cucumeres. sed minus pinguem et minus stercorantem. ut saporosiores et solidiores fiant et citius maturentur. Et eodem modo et tempore plantari debent. et cum nati sunt irrigari non egent. Ex his quidam

sunt longi. qui comeduntur maturi sed cum incipiunt redolere et crocei fieri. ex quibus grexesci qui habent semina ualde parua sunt ceteris melonum generibus nobiliores et meliores. Alii uero sunt subtiles uirides ualde longi. et quasi omnes curuati. et uocantur melaguli. qui comeduntur acerbi sicut citrulli. et sunt eiusdem saporis sed sunt minus frigidi. magisque digestibiles. et ideo meliores citrullis esse dicuntur. Melones sunt frigidi et humidi in secundo gradu. et qui dulces sunt. temperate sunt frigidi. Auicenna dicit quod radix melonis eodem modo est uomitua quo dictum est de radice citrulli et cucumeris. Oportet autem uentre melonibus. ut melo non precedat aliquod aliud ciborum. ne nauseam faciat. Sed Isaac dicit quod eo comesto oportet aliquantulum expectare donec sit digestus antequam alius cibetur cibis. Et dicit Auicenna quod melo est tarde digestio. nisi quando comeditur cum eo quod est interius eius. et ipsius nutrimentum est rectius. et eius humor est conuenientior quam citrulli et cucumeris. Sed cum melo corrumpitur in stomacho conuertitur ad naturam uenenosam. oportet ergo ut cum grauat extrahatur uelociter. et de his que iuuant post eorum comestione in colericis sunt oxizucra maracum mastix. Flegmatici uero. accipiant oximel zinziberum conditum aut zinziberum solum aut dyaciminum. et purum bibant uinum. Semen autem melonum mundatum urinam prouocat. et renes et uesicam mundificat ab arenis et lapidibus ut experiri potest.

De meliloto. *melilotus*

Melilotum calidum et siccu[m] est in primo gradu. Herba est cuius semē simili mō appellat[ur]. et dicit[ur] etiam corona regis. quia format[ur] ad modum semicirculi. Semen cū ipsis corticib[us] in medicinis ponit[ur]. quia adeo paruum est et coherēs. q[uod] vix separari p[otes]t. Virtutē habet confortandi ex aromaticitate. et diureticam ex subtili substantia. Vinum decoctionis eius digestio[n]em confortat. uentositatem excludit. opilationem uescice et renum aperit. Semen eius in brodio et abis positu[m] eos boni saporis et odoriferos facit.

C De mercuriali.

Mercurialis id est linochitis frigida et hūida est in primo gradu. viscosam habet substantia[m]. unde lenificando educit coleram ab epate stomacho et intestinis. Dat[ur] aut[em] succus nō coctus cū zucharo. quia vim laxatiuā amittit in partem.

C De malua. *pappas*

Malua frigida et humida est in secūdo gradu. Cuius duplex est maneries. scilicet domestica que subtiliores et frigidiores habet humiditatē. Et est siluestris que dicit[ur] maluauiscus et bis malua crescens altius. que min[us] est frigida et humida. et habet substantiam uiscosam. Contra calidum apostema in principio folia malue terant[ur] et superponant[ur] ad maturandum. et terantur cum anxungia porcina recenti. et super tegula[m] calefacta ponant[ur]. hoc etia[m] ualet contra duriciē splenis et epatis. Fomentum decoctionis circa pe-

des ad prouocandum somnū in acutis febribus multū ualet. Malua coquinata et comesta uentrem soluit. ualet etiam in febribus. p[ro]pter ostipationem uentris. ex aqua etiam ipsa co[m]petens fit clistere. Maluauiscus pl[ur]imū mollificat et maturat si folia sola et magis radix cum anxungia trita aliquantulum calefacta apostema maturat et duriciem mollificat. Herba etiam cocta cum radice usq[ue] ad co[m]sumptionem aque apparebit quedā uiscositas. que superposita apostematibus maturat et duriciem remollic et relaxat. et ex aqua addita cera et oleo fit unguentum competens ad predicta. Aqua decoctionis eius seminis et malue ualet contra tussim siccam. co[m]fert etiam et hichis. semina etiā saccellata in oleo decocta duriciem solunt et mundificant. Psidorus preterea et Plinius dicūt. q[uod] si aliquis se inunxerit succo malue admixto cum oleo a puncturis apium ledi non poterit. nec patiet[ur] in mēbris inunctis puncturā. neq[ue] morsum scorpionis. nec etiam arane.

C De menta. *mentha*

Menta calida est et sicca in secundo gradu. Cuius tres sunt species. Est enī quedā domestica. que p[ro]prie ortulana dicit[ur]. et hec mediocriter calefacit et confortat. Et est alia siluestris que mentastrum dicit[ur]. et magis calefacit. et est menta que longiora et latiora habet folia et acutiora. et hec menta romana uel saracenica et vulgariter herba sancte. Marie uocatur. Et hec magis diuretica est q[uam] alie. Mentata domestica est herba facile se

multiplicās et cito de terra pullulās
et ascendens. et cum hastula in terram
reflexa. et cum ab humo tecta fuerit co
uertit in radicē. et cito ex se noua p
ducit prolem. Nec esui magis q̄ me
dicine competit. et uiridis et exsiccata
magne est efficacie. Debz aut exsiccari i
loco umbroso. et per annū in multa ef
ficacia seruat. Virtutem hz dissoluē
di ex propriis qualitatibus. et cōfor
tandi ex aromaticitate. Cōtra fetorē
oris et putredinem gingiuaz et denti
um abluat os et gingiue ex aceto de
coctionis mente ortulane. Deinde fri
cent ex puluere mente sicce uel cū men
ta sicca. Ad appetitum confortandū qn̄
impedit ex frigidis hūoribz in ore
stomachi existentibus. fiat salsamen
tum ex aceto et menta et modico cyna
momo seu etiam pipere. Cōtra uomi
tum ex debilitate uirtutis contentiue
factū ex frigida cā. fiat decoctio mē
te in aqua salmarina et aceto et spon
gia intincta ori stomachi superpona
tur. et etiam ipsam mentā coctā pati
ens comedat. Contra syncopum ex
debilitate in febre et sine febre siue ex
materia siue ex quacunq; cā. conterat
menta cū aceto et modico uino si sit si
ne febre. Si cū febre cū solo aceto. et
in eo pone panem assūm et aliquātū
lum dimittat ut humectet et applice
tur naribus. et ex eo fricent labia dē
tes gingiue et tempora. et liget sup ue
nas pulsátiles temporū et brachiorū
Patiens mastice etiam et humorosi
tatem transglutiat. Contra coagula
tionem lactis fasciculi coquant in ui
no et oleo et mamillis cathaplasmen
tur. Et nota q̄ cum aliqua medicina

dat contra uenenum debet dari cum
succo mente uel cum uino decoctio
nis eius si non habeas succū. Cōtra
uenenū solus succus mente romane p
uinum decoctionis. uel succus cū mel
le commixtus ualz. Itē ualet cōtra o
pilationem splenis et epatis et uiarū
urinaliū ex frigido humore. et ex ca
lido sine febre. Succus etiam eius cum
melle lumbricos interficit auribus in
stillatus uermes necat. decocta in ui
no et oleo herba ipsa et cathaplasma
ta scilicet soluit apostematū frigi
dorū. Mentastrū et salvia decoquāt
in uino. et det patienti cōtra frigida
tūssim uinū decoctionis ipsorū. Itē
eius fomentum in frigidatam matri
cem calefacit et mūdificat saccellatio
facta ex puluere eius. frigidū reuma
capitis constringit. Romana menta
pro ortulana etiam poni potest.

De mādragora.

Mādragora frigida et sic
ca ē. sed eius excessus non
determinat ab autoribus
Cuius due sunt spēs. scilicet
masculus et femina. sed utraq; indif
ferenter utimur. Et quidam ut ait A
uicēna. et alii dicunt feminā esse for
matam ad modum femine. masculū
ad modum uiri. quod falsum ē. sed
masculus habz folia lōgiora et femi
na latiora. Quidā tamen operant ta
les incisiones ut decipiant mulieres.
Radicum autem cortices principali
ter opetūt usui medicine. secūdo po
ma. tercio folia. Cortex radice colle
ctus per quatuor ānos seruat in mul
ta efficacia. Virtutē hz cōstringēdi et
īfrigidādi emotioy cā. i. somniferaz

In acutis febribus ad somni puoca-
tionem pulvis corticis eius conficia-
tur cum lacte mulieris puellam nutri-
entis et albumine oui. et imponat' fro-
ti et temporibus. Contra dolores capi-
tis ex caliditate. folia ipsius trita sup-
tempora ponant. inungant' etiam o-
leo mandragorato. quod sic fit. Ho-
ma mandragore trita in oleo comu-
ni diu macerentur. postea fiat aliqua
tula decoctio et colet'. et illud postea
erit oleum mandragoratum. quod ua-
let ad somnum prouocandum. et dolo-
rem capitis ex caliditate si frons et te-
pora inungant'. et calorem febrilem repri-
mit. Item ipsum oleum repercutit ma-
teriam apostematam calidorum in prin-
cipio. fructus etiam uel folia catha-
plasmant' supra uel saltem pulvis ei-
us cum succo alicuius herbe. Contra
fluxum uentris ex impetu colere ex
dicto oleo ueter et tota spina un-
gatur. et iniicit' modicum cum aliquo
leui clisteri. Auicenna dicit quod macule
fricate cum foliis eius delent'. et de la-
cte eius delent' lentigines. Item statim
facit somnum. et posita in uino inebri-
at uehementer. Cura autem eorum et om-
nium nocumentorum mandragore est cum
butiro melle et uomitu. Item nota quod
publice predicat' mandragoram habere
uirtutem impregnandi mulieres ste-
riles si ex ea comedant. Quod uerum
non est nisi forsan comedant cum ste-
rilitas esset ex superflua matricis ca-
liditate. tunc enim reduceret' ad tempe-
ramentum matrix. ut semen uiri non
adurat' in ea.

C De meu.

Meu calidum et siccum est in secun-
do gradu. Herba est cuius se-
men simili nomine appel-
lat'. que precipue medicine
competit. Per duos annos potest serua-
ri. Virtutem habet diureticam ex sub-
tili substantia sua. Vinum uel aqua de-
coctionis eius ualet contra opilationem
splenis et epatis ex frigida causa. et
stranguiriam dissoluit. Aqua uero o-
petentius dari potest in estate et iuue-
nibus uinum in hyeme et senibus. Pul-
uis meu cum semine feniculi in cibo
potu dat' uentositatem intestinorum et
stomachi excludit. et digestionem co-
fortat.

De marubio.

Marubium calidum et siccum
est in tercio gradu. quod
alio nomine dicit' prassiu-
um. folia eius precipue co-
petunt medicine. secundo radices et cor-
tices. Herba suspensa in umbrato lo-
co per annum seruat'. Virtutem habet
consumendi et dissoluendi ex quali-
tatibus. et aperiendi ex amaritudine.
Contra uicium pectoris scilicet asma ex
frigido et uiscoso humore datur opo-
prassum. uel fiat electuarium ex una
parte succi et quinta mellis despuma-
ti. et fiat decoctio aliquantula usque ad
spissitudinem et postea ponat' pulvis
draganti et gummi arabici et liquiri-
cie. quod erit optimum contra uiciu-
m pectoris. uel saltem pulvis eius confi-
ciatur cum melle despumato addito
pulvere liquiricie. Contra tussim ua-
let decoctio eius et ficuum siccum. co-
tra stranguiriam et diffinieriam det'
vinum decoctionis eius et ficuum sic-
carum. fiat etiam emplastrum ex

ipsa herba cocta in vino et oleo su-
pra renes et pectinem. Item ualet co-
tra colicam ex frigida causa. Contra
emoroidas inflatas et influentes fi-
at encacisma ex aqua salsa et uino de
coctionis eius. et postea fiat supposi-
torium ex puluere eius confectio cum
melle. uel fiat decoctio pulueris uel
succus eius cum oleo muscelino. et bibix
intincta superponat. Contra lumbricos
det puluis eius confectio cum mel-
le. contra uermes aurium succus eius
auribus iniiciat. Contra splenis uici-
um cortices cum ipsa herba macerent
per quindecim dies in uino et oleo. post
modum fiat decoctio et coletur et colatu-
re addat cera et oleum et fiat unguentum

De maiorana.

Maiorana calida et sicca est
in secundo gradu. alio no-
mine dicitur esbrium. cuius
flos et folia competunt me-
dicine. Colligitur in estate cum floribus. et
in umbroso loco siccat. et per annum
seruat. Virtutem habet confortandi
ex aromaticitate. dissoluendi et consu-
mendi ex qualitatibus. et etiam mun-
dificandi. Puluis maiorane in cibo
datus uel uinum decoctionis eius. sto-
machum infrigidatum calefacit et diges-
tionem confortat. Flores et folia in te-
sta calefacta et in sacculo posita et lo-
co dolenti superposita. dolorem ex
uentositate prouenientem solunt.
Item capiti superposita ualet contra
reuma capitis. Item nota quod mures li-
benter insidiantur radicibus eius inde
medicam querentes.

De napa.

Napus omnes fere aere pa-
tit. Terram desiderat pinguem
et in solo sicco et tenui et de-
soto et sabuloso melius nasci-
tur. Locum proprietatem napa in rapam
et conuerso transmutat. sed ut optime
proficiat subactum solum stercoratum
et uersatum querit. et in illis locis op-
time prouenit. in quibus segetes eo an-
no fuerunt. Si spissi sunt nimis inter-
uelles aliquos ut alii roborent quos
in locis uacuis transferre poteris. Be-
runt circa finem iulii. et toto tempore
mensis augusti. si pluuie desunt. irri-
gatione iuuent. Possunt etiam com-
mode feri inter milium et panicum max-
ime serotinum. in secunda sarculatio-
ne. ipsius uiuat napa et rapa. Ex na-
pis nobilioris saporis sunt illi qui
sunt longi et fere rugosi non grossi nec
multas radices habentes. sed unam tan-
tum acutam et rectam. Ex napis sunt
optima composita cum raphano et mo-
dico sale. aceto melle et sinapi et spe-
ciebus odoriferis. et sine speciebus pos-
sunt fieri satis bona. Calidi sunt in se-
cundo gradu. et multum nutriunt. sed du-
re digerunt. mollem et inflatam min-
us quam rape faciunt carnem. qui si aqua
coquantur et illa reiecta coquantur in alia
durities sue substantie temperat et
mediocriter inter bonum et malum ge-
nerant nutrimentum. Qui bene cocti
non sunt difficile digeruntur. vento-
sitate faciunt et in uenis et poris o-
pilationem. Idcirco utiles sunt si bis
coquantur. et utraqque aqua proiecta in
alia recoquantur cum pinguiissima car-
ne.

De nasturcio.

Nasturcium calidū et siccu
est ī quarto gradu. Semē
eius precipue cōpetit me/
dicine per quinq; annos
seruat. Herba etiā uiridis multe est
efficacie. sicca modice. Virtutem h3 o
sumendi ⁊ dissoluendi ex qualitati/
bus suis. Contra paralysim lingue cū
opilant nerui ⁊ replentur ex humidi/
tatibus. ut accidere solet in acutis fe/
bribus semen nasturcii mastice ⁊ su/
perponat lingue. Contra paralysiz a/
liorum membrorum semen nasturcii ī
sacculo positum ⁊ in uino decoctū
membro dolenti superpositū ualec.
ipsa etiā herba decocta cum carni/
bus ⁊ comesta ualec. Contra humidi/
tatem superflua cerebri ut in litargia
puocet sternutatio ex puluere semis
nasturcii narib9 apposito. Cōtra rela/
xationē uue fiat gargarismus ex ace/
to decoctionis eius ⁊ ficum siccarū
Cōtra yliacā passionē ⁊ colicā ex fri/
gida causa. semen eius in sacculo po/
situm ⁊ in uino decoctum supponat
Ad idem ualec ⁊ ad stranguiriā ber/
ba ipsa decocta in uino ⁊ oleo super/
posita. Contra tenasimon ex humore
oglutinoso cum anus tumet pluries
superponat ano. Renes etiā inun/
gant melle ⁊ supaspergat puluis se/
minis eius ⁊ cimini ⁊ colofomie.

De nenufare. *mazzollen*
Nenufar est frigidum ⁊ hu/
midum in secundo gradu
Herba ē lata habēs folia
que in aquis nascit lo/
cis. Cuius duplex est maneries. una
purpureos habens flores. ⁊ alia cro/
ceos que non est adeo bona. Flos o

petit usui medicine. In septēbri colli/
git. ⁊ per duos annos in multa effi/
cacia conseruat. Ex floribus fit sy/
rupus precipue contra acutas febres
⁊ pro distemperato in caliditate. flo/
res decoquant ī aqua addito zucha/
ro. ⁊ fiat syrupus. Cōtra dolores ca/
pitis ex caliditate sarraceni ponit in
aqua per noctē unam. ⁊ mane talem
aquam cū florib9 naribus applicant

De napello.

Napellus ē napo marinus
in litore maris crescens et
est uenenū pessimū ⁊ per/
niciosū. quod in summo
caliditatis ⁊ siccitatis ē. Lintum de/
let maculas cutis. ⁊ cum in potu po/
nit rectificatum studio medicine ua/
let contra lepram. Est at uenenū bo/
mini bibenti ultra uncia dimidia. et
minus hoc interficit homines. Et qđ
miraculosum ē. est quidā mus qđ pasi/
cit ⁊ inuenit iuxta ipsum. ⁊ ille mus ē
cyriaca contra uenenuz ipsiq; napelli

De nigella.

Nigella calida ⁊ sicca est in
tercio gradu Semen ē cu/
iusdam herbe que in locis
paludosis ⁊ inter frumen/
tum reperit. Semen per decem ānos
seruat. Est autem rotundum ⁊ planū
⁊ subrufum ⁊ subamarum. Unde ha/
bet uirtutem diureticam ex amaricu/
dine. dissoluendi ⁊ consumendi ex su/
is qualitatibus. Emplastrum factū
ex farina nigelle ⁊ succo absinthii cir/
ca umbilicum ⁊ precipue pueris lum/
bricos necat. Maioribus officiat cū
melle ⁊ det farina nigelle facto cum
aceto tepido et auribus insufflato.

hermes necat. Unguentum nigelle in multa quantitate fiat decoctio in forti aceto usque ad consumptionem et a liquidulam spissitudinem. et tunc ad dicto oleo fiat quasi unguentum quod optimum est ad scabiem et impetiginem de facili tollit.

C De origano.

O riganum calidum et siccum. est in secundo gradu. Alio nomine dicitur golenia. Cuius duplex est maneries scilicet origanum agreste quod latiora habet folia et fortius operatur. et est domesticum quod in ortis reperitur. et minora habet folia et suavius operatur. quod in medicinis ponitur. Colligitur autem in tempore productionis florum et in umbra suspenditur et siccat. et folia cum floribus debent in medicinis poni abiectionis stiptibus per annum servatur. Virtute habet dissolvendi consumendi et attrahendi. Contra frigidum reuma capitis folia cum floribus in testa sine liquore bene calefacta in sacculo ponantur. et sacculus capiti superponatur et patiens bene cooperiatur pannis ut caput sudet. vinum decoctionis gargarizatum. gingivarum et faucium consumit humiditatem. Contra frigidum asma detur vinum decoctionis eius et siccum siccatur. vel pulvis eius cum melle siccatur et confectus detur cum aqua calida. Vinum decoctionis eius digestionem confortat. dolori stomachi et intestinorum excludit. Item fasciculi facti ex herba eius decocti in vino et rembus superpositi stranguriis et diffiniteriam solvunt.

C De porris.

Porri sustinent fere omnes aerem. et terram desiderant mediocriter solutaz ut optime perficiantur. et pingues et stercoreatam. Seruntur autem in locis calidis et temperamento proximis de mense decembris. In temperatis et frigidis de mense ianuarii februarii et martii cum terra fuerit ad equalitatem redacta. Nec autem satio fit aut sola aut cum aliis herbis mixtim in terra optime culta et desuper letamine cooperata. Nec semina sunt spisse spergenda deinde euellunt primo grossiores porrine. nec aufert aliquid de suis radicibus cum sulcis plantantur. sed quando cum palo debet plantari absconduntur radices quasi usque ad ipsam porrinam et summitas foliorum. Et plantatur de mense aprilis et maii et per totum mensem iunii. scilicet et plantari possunt de mense iulii augusti septembris et octobris et erunt utiles in sequenti mense martii et aprilis. Nec in plantatione porrorum querenda est mollis terra. sed mediocris est optima. et satis bona est illa que fuerit sicca fere. Fit autem duobus modis porrorum plantatio. uno modo sulcis. ut bononie moris est. ut scilicet per unam completam spannam unus sulcus ab altero distet. et porri sint abinunc in sulco iacentes positi quaternis separati digitis. et cum sit sequens sulcus terra trahitur super porros et pedibus suauiter conculcat. Secundo autem modo plantatur palo scilicet ut optime pastinatis et dispositis arcibus fiant foramina cum palo grosso fere ut lancea et concaua per unam spannam et ultra uno semisse distantia. in quibus ponuntur preparate porrede q 2

nec foramina replentur aut quicquid ter
re in eis ponitur sed elapsis tribus sep
timanis cum herba in eis nascitur sar
culantur. et herbis mundantur. Et fer
tur quod porri sic plantati sint meliores
aliis. nec possunt facili furtum euelli
sed hic modus laboriosus existit.

Item hoc modo plantantur optime iter
cepas iam quasi grossas. et euulsis ce
pis sarculantur. et inveniuntur optime pro
uenire. Cum euelluntur aliqui in uno lo
co relinquuntur et pro seminibus refer
uantur. cuius quidem semina possunt
per triennium illesa seruari suspensa.

Calidum et siccum est in tercio gradu
secundum cibum illaudabile est noc
tum enim stomacho faciens inflationem ac
uentositatem. et cum sui acumine ner
uos eius mordet. Habet etiam propri
etatem faciendi fumum nigrum melam
colie pertinentem qui ad caput salis
uisui tenebrositatem facit atque somnia
terribilia et timorosa inducit. unde ca
ueant ab ipso colerici mamaci et opi
lationem in capite habentes. Sed di
ligentes eosdem comedere accipiant
post eos lactucas et portulacas endi
uias et similia. ut eorum calor tempe
retur ab istis autem elixentur aut ter laue
ntur et esui postmodum dentur. Valent
tamen secundum medicinam. Crudi
enim coelestiales canales pulmonis de gros
sis mundificant humoribus. et opila
tionem epatis aperiunt. Item succus
porri cum aceto oleo et thure naribus
immissus sanguinem ex eis fluentem stri
git. eis scilicet qui frigide sunt nature. Item
in aure distillatus dolor de fri
giditate et humiditate factus placat.
Item porrum crudum cathaplasma
cum super morsum serpentis bene pro

dest. Item coctum et cum oleo sisani
cleo uel amigdalio conditum ueneres
suscitat. Plinius autem dicit. quod por
rum contritum cum melle emplastrum
tum super vulnera sanat ea. Cum vi
no bibitus succus lumborum dolor
soluit. cum sale mixtum vulnera cito
claudit et sanat. Durities relaxat et ru
pturas cito consolidat. Item porri
crudum ualet contra ebrietatem. et sti
mulat uentrem. Item solo odore fu
gat serpentes et scorpiones. Item ua
let contra dentium dolorem et eorum
interficat uermes. sed aciem oculorum
bebetat. stomachum grauatur. sicum cre
at sanguinem incendit et inflamat.
si ex eo nimium comedatur. Semen
porri siccus est et fortioris actionis. ob
quo tres dragme porri date cum ou
abus seminis allui mire sanguine de
pectore screantibus fluentem strigit.

P De papauere. *manuscript*
Papauer scribitur mense septem
bris in locis calidis et sic
cis. Temperatis uero et fri
gidis mense ianuarii febru
arii martii et nouembris. Potest etiam
cum aliis herbis fieri. et est frigidus et
siccus in primo gradu. Cuius ou
plex est maneries album scilicet et ni
grum. Album frigidum et humidum.
nigrum frigidum et siccum. et magis mor
tificat. Semen eius collectum per de
cem annos seruatur. Virtutem habet
inducendi somnum leniendi et morti
ficandi. Ad somnum prouocandum
fiat emplastrum ex semine utriusque uel
alterius cum lacte mulieris et albumi
ne oui circa tempora. Pulveres saler
nitane dant pueris puluerem seminis

papaueris albi cum proprio lacte.
Semen autem papaueris nigri nō d
bet dari. quia magis mortificat. Con
tra calida apostemata in principio.
et contra calefactionem epatis semen
papaueris uel ipsa herba trita confu
ciat cum oleo rosaceo et superponat
Contra siccitatem membrorum. ut est
in ethica et in aliis infirmitatibus. o
leum uiolaceum calefacit aliquantu
lum. et puluis papaueris albi confu
ciat cum eo et inungat spina per totū
Ad idem contra siccitatem pectoris
multū ualet dyapapauer quod ex
eo principaliter fit. Dicunt autē p
li nius Dyascorides et Auer. qd ex suc
co folioꝝ et capitellorū eius fit opi
um. Unde somnus febricitantium p
uocat. quod cum cautela dari debet
quia multū opilat infrigidat et mor
tificat. et maxime nigrum papauer.

De pencedano.

Pencedano est herba que a
lio nomine dicitur fenculū
porcinū. que calida ē et sic
ca. Et uinum decoctionis
eius ualet contra stranguiriaz dissin
teriam opilationem splenis et epatis
Herba etiam eius decocta in uino et
oleo. et cathaplasmata spleni et epati
duriciē eorum remollit. Contra frigi
dos humores in spiritualibus existē
tes det aqua decoctiōis eius et orde
i si sint multum frigidi det uinum de
coctionis eius et succi liquiricie.

De petrosillino. *petroselin*

Petrosillinū seri potest de
mense decembris februa
rii martii et aprilis. et trans
plantari fere toto tempo

re anni solum et cū aliis herbis simul
Semina eius per quinque ānos serua
ri possunt. Est autem calidum et sicū
in secundo gradu. Diureticum ē et in
cidens urinam et menstrua prouocās
uentositatem et inflationē dissoluēs
et precipue semen eius. Galienus di
cit qd cathaplasmatum super pustu
las scabiem et morpheam mire mun
dificat. Unde cōfert ydropicis et pe
riodicam febrem patientibus. Kenū
dolorem ac uesice placat. quia corpo
ris poros uiasq; rarificat. et humores
extenuando cum sudore proicit et u
rinam. Epar et vulnera mundificat.
opilationem eorum aperit. et aposte
mata eorum curat. maxime que sunt i
remibus. Ventositatem colice passio
nis dissoluit. pistatum et in uulua im
missum menstrua prouocat. secundi
nam et mortuum fetū educit et expel
lit. quo etiam potui dato mundifica
tur fetū ab hūiorib; grossis et uiscosis

De psillio.

Psillium frigidum et humi
dum est in quarto gradu.
Herba est cuius semē simili
nomine appellat. quod se
men in medicinis debet poni. In esta
te colligit. per duos annos seruatnr.
Habet at uirtutē infrigidandi et hūme
ctandi. Contra ariditatem lingue in
acutis febribus. semē in subtilissimo
panno liget. et in aqua infundat. et cū
tali aqua illinat lingua. prius tamē
ab rasa cum cultello ligneo. Cōtra sic
citatē spiritualium et constrictionē
uentris i acutis febribus ponat psil
lium in aqua et dimittatur aliquantu
lum. deinde aqua illa eiecta psillum
det cum frigida. In syrupo etiam q3

contra acutas febres cōpetenter psil-
lū ponit. et mltā fiat decoctio post
q̄ gutta adheret cacie. que cito adhe-
ret ppter uiscositatē ipsius psilli.
Contra dissinteriam comburat in ali-
qua testa. et puluis inde factus cum o-
uo sorbili uel melius cū aqua rosata
det si fiat superiorū intestinoꝝ uicio
si uero fiat uicio intestinoꝝ inferiorū
cum anathasia puluis eius superpo-
natur. Ad idē fiat emplastrū ex pul-
uere eius albumine oui et modico ace-
to et aqua rosacea super pectinem et
renes. Vel super umbilicum si sit vi-
cio superioris. Contra fluxū sangui-
nis ex naribus ualet idē emplastrū
super frontem et tempora positū. vel
stuellum factū ex puluere eius et suc-
co sanguinarie naribus immitatur.
Contra calida apostemata sacculus
plenus ex semine psilli et alicuius alijs
herbe sepius superponat. Contra as-
peritatem capillorū lauet caput ex
aqua decoctiois psilli. Item sua frigi-
ditate et hūiditate cōseruant campho-
ram. q̄ capphora nimis ē subtilis sub-
stantie.

De plantagine. *fructus vegetabilis*
Plantago q̄ lingua arietis
uocat frigida est et sicca.
Folia eius sicca consolidāt
optime vulnera et ulcera.
et ad hoc nihil est melius ea. ut dicit
Dyscorides. Et mirabile uidet q̄ si
bibat succus trium radicum eius cum
tribus uncis uini aliquando curat
tercianam. et si quatuor radicum suc-
cus cum quatuor uncis uini bibat.
aliquando curat quartanam. Item di-
cit Dyscorides q̄ sanat vulnera cal-
mis rabidi. ydropicos iuuat. uene-

no repugnat. eius succus lumbricos
necat. Et uehementer solutionem uē-
tris mitigat. Menstrua constringit et
tumores apostematum in principio
repercutit et dissipat. gingiuas tumi-
das et sanguineas reprimat et sanat.

De polipodio. Vnde dicitur Incom-

Polipodium calidum ē in
quarto gradu. sicut in se-
cūdo. Herba est similis fi-
lici. que crescit super quer-
cus muros et lapides. sed quod cres-
cit in quercubus melius est. Radix e-
ius collecta et aliquantulum munda-
ta. et ad solem per unum diem exsic-
cata per biennū in mulca efficacia cō-
seruat. Illa at̄ que fracta interius ap-
paret arida abucienda est. Virtutem
habet principaliter dissoluendi et cō-
sumendi et purgandi principaliter fleg-
ma et melancoliā. et maxie a stōacho
et intestinis. et ē modicum laxatiua.
Et nota q̄ in decoctione polipodii
debet poni aliquid exclusiuū uento-
sitis ut anisum fenculū uel cuminū
quia polipodium solum mutat hūo-
res in uentositatem. Item utimur eo i
apozimatibus. et in iure galline uel al-
terius carnis. et damus etia puluerē
ipsius ad laxandum. et ualet quoti-
diane et terciarie ex colera uicellina uel
citrina. Soluit etiam opilationē epa-
tis ex grossis et uiscosis humoribus.
Febri etiam quartane confert yliacis
colericis et habentibus flegma muscul-
laginosum in intestinis utiliter mede-
tur. Contra quotidianam et yliacam
passionem et alopeciam et dolorem
articularum. et ad cōseruationem sa-
nitatis talis fit usus. Conteratur po-
lipodii uncia una uel due ad plus

si sit multum laxatiuum. ⁊ fiat decoctio eius in aqua cum prunis ⁊ uiolis addito semine feniculi ⁊ anisi in multa quantitate. ⁊ colatum mane uel sero detur patienti.

De pastinaca.

Pastinaca scribitur mense decembris ianuarii february et martii in terra pingui alte fossa ⁊ soluta ⁊ optime pastinata. Est alia siluestris alia est domestica. ⁊ utraq; in radice duri est nutrimenti ⁊ minus q̃ rapa nutrit. habet autem aliquot acuminis. unde est extenuans ⁊ dyafromesum faciens. Contra urinam ⁊ menstrua prouocat. habet etiam aliquantulum inflammatis. unde coitus est iuuatiua. que asuesfacta illaudabile generat sanguinem. Igitur ut temperet bis eam aqua elixari oportet. ⁊ aqua eiecta secundo coqui. Pastinaca siluestris dicitur alio nomine daucus asininus. ⁊ domestica daucus creticus. Earum radix similia est calida in medio secundi gradus ⁊ humida in medio primi. s; folia ⁊ flores similes quosdam sunt calida ⁊ sicca in tercio gradu. ⁊ una pro alia in medicinis ponitur. quia sunt quasi eiusdem uirtutis. sed domestica melior. Item est quedam pastinaca rubea que cruda potest comedi. ⁊ cocta facit cum napsi optima composita et rubicundo colore decorata. que scribitur ut alie pastinace. Pastinaca siluestris habet efficaciam precipue secundum folia ⁊ flores. modicam autem nullam secundum radices. Nec herba debet colligi cum flores producit abiectis radicibus ⁊ in umbroso loco siccari ⁊ per annum seruari. Virtutem huius

soluendi ⁊ attrahendi exqualitatibus ⁊ diureticam ex subtili substantia. Contra frigidum reuma saccellet caput ex puluere ex ipsa herba bene calefacta ad dolorem stomachi ex uentositate uel frigiditate. Et contra stranguiriam ⁊ dissenteriam colicam ⁊ yliacam passionem detur vinum decoctionis eius ⁊ herba in multa quantitate in uino ⁊ oleo decocta super locum dolentem ponatur. Contra stranguiriam dissenteriam ⁊ uicium lapidis detur vinum decoctionis eius seminis ⁊ saxifrage. Contra opilationem splenis ⁊ epatis ex frigida causa. ⁊ contra ydropisum fiat syrumpus ex succo feniculi ⁊ decoctionis eius. Contra duriciem splenis ⁊ epatis ponatur ipsa herba in multa quantitate in uino ⁊ oleo. ⁊ maceret ita per decem dies. In decimo die coquatur usque q̃ redigatur in oleum. ⁊ exprimat bene herba ⁊ coletur. ⁊ colatura postea ponatur ad ignem ⁊ imposita cera ⁊ fiat serotum. quoniam contra predicta ⁊ contra talia apostemata est multum conueniens. ut patet per multos exp̃tos

De portulaca. *portulaca*

Portulaca quocumque fere tempore seminetur nascitur adiunante calore. ⁊ precipue nascitur de mense aprilis maii ⁊ iunii. Potest autem feri per se cum puluere mixta ⁊ inter caules optime prouenit. et inter cepas et porros et in uineis congrue seminat. Terram tamen ualde pinguem desiderat. ut optime conualescat. Et ubi semel sata fuerit quolibet anno sequenti nascetur. et maxime si ibidem ad aliquam maturitatem prouenit. *ultum leditur q̃*

nimia siccitate ueris. nisi frequenti ir-
rigatione iuuat. ⁊ sub umbris arborum
non facit cespites. Eius quidem
due sunt species. Est enim quedā por-
tulaca ualde lata producens folia. q̄
romana seu beneuentana dicit. q̄ mē-
tum est humida ⁊ insipida. Et est al-
lia portulaca cōmunis parua pdu-
cens folia. ⁊ hec minus est humida.
s; plus sapida. Si iter alias herbas
spisse seminatas serat. in cespites nō
bene poterit dilatari. Portulaca est
frigida in tercio gradu. ⁊ humida in
secundo. Viridis multe est efficacie.
exsiccata non tante. Virtutem habet
leniendi humectandi ⁊ in frigidandi.
Optimꝫ cibis ē febricitantibꝫ cruda
uel cocta. Cōtra cōstrictionē uētris co-
quet cum prunis in aqua ⁊ comedat
paciens pruna ⁊ portulacas. ⁊ post
ea bibat aquam. Nota q̄ portulaca
conuenienter cum diureticis ponitur.
Item portulaca aliquid ponticita-
tis habet. ⁊ ideo cōfortat stomachū
⁊ intestina. ⁊ ualet contra vulnera in-
remibus ⁊ uesica nascencia. Valet eti-
am fluxui sanguinis. ⁊ vnde cūq; ma-
natus fuerit ipsum stringit. Item si ī
capite uel in fronte uel temporibꝫ in-
ungat dolorem ⁊ calorem aufert. Itē
ualet comesta contra dissenteriam. et
confert colericas egestionē habenti-
bus. Auicenna dicit. q̄ ipsa sua pro-
prietate eradicat uerucas si ex ea con-
fricent. Et delet stuporem dentium. et
abscondit desiderium coitus. tamē in
complexione calida ⁊ sicca addit in
coitu.

De papiro. *en breze alio
noiz papiro*

Papirus dicitur quasi pabu-
lū pir. id ē ignis. q̄ desic-
catus ad nutrimentum ig-
nis in lucernis ⁊ lampadi-
bus ē ualde aptus. Est enī herba ex-
terius ualde plana habens interius
medullam ualde albam bibulā ⁊ po-
rosam. Et nascit ī locis aquosis. ⁊ di-
cit apud nos iuncus. Siccatur enim et
excoriat parum remanēte de cortice ī
vno latere ut medulla sustentet. Et
quantominus habet de cortice. tanto
clarius ardet in lampade. ⁊ facilius
flammat. ⁊ ex eo fiunt in aliquibꝫ lo-
cis uasa ⁊ naues. videlicet in mēphi ⁊
india ut dicit Plinius. ⁊ hoc testan-
tur hystorie Alexandri. De papiris
etiam fiunt carte in quibus scribitur.
Item ex eis fiunt sportule ⁊ pulcra
sextaria ⁊ uaria utensilia. Et ligant
ex eis uela nauium. Et quidā ex eis
faciunt uestimenta. Et dicit Plinius
q̄ eius medulla multum ualet ad al-
quam de auribus extrahendam. q̄
eā naturaliter imbibit ⁊ ad se trahit
⁊ ideo cum papiro aqua de uino ex-
trahitur.

De pulegio.

Pulegium calidum ⁊ siccū
est in tercio gradu. Collu-
git tpe florum ⁊ in umbra
siccatur. ⁊ per annum ser-
uatur. folia cum floribus abiectis sti-
pitibus in medicinis ponuntur. Vir-
tutem habet consumendi ⁊ dissoluen-
di. Saccellatio capiti facta ex pule-
gio calefacto in testa sine liquore ua-
let contra frigidum reuma. Gargaris-
mus factus ex decoctione pulegi et
aceto ⁊ sicum siccarum ualet contra
frigidam tussim. que est ex glutinoso

uel aquoso humore. Item uinum de/
coctionis eius ualet contra dolorē sto/
machi et intestinorū ex uentositate uel
frigidityte factum. Item emplastrū
ex eodem factum in uino coctum et
superpositum ualet ad idem. Item fo/
mentum factum ex aqua decoctiōis
eius humiditatem matricis desiccet et
vulnam coartat. Et ideo hac fomen/
tatione mulieres salernitane multum
utunt.

Rapapa.

Rapa in omni aere habita/
bili prouenit. et desiderat
terram solutam et pingue
et adeo soluta quod fere in pul/
uerem sit redacta. ut optime ouales/
cat. Serit semen eius ne nimis spisse
spargat cum puluere mixtum circa fi/
nem iulii usque ad mediu[m] mense[m] au/
gusti uel parū post. In locis calidis
et siccis. et precipue cum terra fuerit ro/
rida per pluuiam precedentem. si ra/
ro serat magis grandescit. et ideo ubi
spisse nimis plantule eius nate fuerit
cum aliquod robur acceperint alique
euellant. et in locis uacuis transferantur
uel abiciantur frequenti sarculatione
et herbarum liberatione multū iu/
uantur. Serit in locis nudis et in sti/
pulis etiam egregie si optime fuerint
exarate. et solo erpexe semē eius ope/
riendum est. ne nuntum mergat in ter/
ra. Possunt etiam conuenienter seri in
ter milium et panicum serotinu[m] in se/
cunda sarculatione ipsarū. que cum pa/
nicum et milium sublata sunt sarcula/
ri debent. Letatur agro patenti et
ualde ledit umbris. quod si tanta fuerit
aeris siccitas. quod tpe congruo seri nō
possit potest in aliquo irrigabili lo/

co etiam umbroso spisse seri ut caulis
Deinde cum conualuerint plante eius
et pluuiis terra fuerit madefacta tras/
ferri poterunt circa finē augusti. et us/
que ad mediu[m] mensem septembris in
terra optime culta. Colligunt de mē/
se octobris. et que pulchriores erunt
sublatis frondibus plantent. ut semi/
na sequenti estate producant. Ex ra/
pis fiunt composita cum aqua. ut
pro coquina tempore hyemis et qua
dragesime habeantur hoc modo.

Rape optime lauētur. Deinde crude
sponant in uase de solo ad solū. et
in quolibet solo seminetur sal cum se/
minibus feniculorum et satyria l sal/
tantū. ultimo ponderent. et sic per oc/
to dies dimittantur. Deinde ponatur
aqua frigida tanta quod cooperiantur.
et sic seruabuntur per totum annum.

Item fiunt composita cum aceto ra/
phano sinapi feniculis et sale hoc mo/
do. in quantitate duarum comuniarū
sicularum accipiatur una libra sina/
pis et media libra feniculorum et tres
libre mellis et una libra salis. et rapa
non incidatur subtiliter per longum et
pistetur minutatim et secum semina et
sal misceantur. mel liquefiat et cum si/
napi distemperata cum optimo ace/
to circa medietatem unius sicule mis/
ceantur. Deinde rapis uel naponibus
et radicibus rubeis et pastinacis et pi/
ris et pomis si uolueris congruo mo/
do coctis. et optime in frigidatis et di/
uisis. fiat solum de predictis et semi/
netur desuper raphanus cum semini/
bus et sale prius posito sinapi usque
ad equalitatem. deinde fiat aliud so/
lum et ponantur sinapis et semina.
Et sic fiat usque ad complementum.

et feruent. Rapa sive Rapa calida est in secundo gradu. multum plus ceteris herbis nutrit. dure tamen digerit mollem et inflatam carnem. propter sui uentositatem et inflationem facit. proinde coitum suscitatur. que si aqua coquitur. et illa reiecta in alia recoquat. duricia sue substantie temperat et medicoriter inter bonum et malum nutrit. Que si non bene cocta est difficile digerit. uentositatem generat et in poris opilationem facit. Procirco utilis est bis cocta. et utraq. aqua proiecta recoquat cum pinguisima carne. propterea sive medicinam est congrua podagricis. si in eius iure pedes lauentur.

De raphano.

Raphanus quia semen non habet plantatur corona relictens tota uel media. uel fiunt de radicibus eius parua frusta et plantantur de mense nouembri et decembris february et martii. Terram desiderat profunde fossam. solutam pinguem et optime pastinam sicut ceterae herbe. quarum radices grossas et longas fieri optamus. Raphano precipue utimur ad faciendum composita de rapis quod calidum et siccum est in secundo gradu. Radix eius magis competit usui medicine uiridis et exsiccata. sed magis uiridis. Virtutem habet incidendi et dissoluiendi. Et ex eo fit oximel competens hoc modo. Cortices radicum aliquantulum terantur et dimittantur biduo uel triduo in aceto. postmodum addatur ei tertia pars mellis et tale oximel ualeat contra quartanam et quotidianam nisi sit de flegmate salso. Si frigidi

humiores et indigesti sunt in stomacho cortices radicum raphani perfusas mellem et in aceto comedat patiens usque ad saturationem. postmodum bibat aquam calidam. et digitis in ore missis uel penam inuncta oleo prouocet uomitus. Contra duriciem splenis et hepatis herba ipsa decocta in uino et oleo cathaplasma facit. pectini etiam cathaplasma ta stranguriam dissoluit. De proprietatibus eius est quod si frustum raphani ponatur super scorpionem moritur. Et ideo dicit Democritus. quod qui habet manum infectam maturato semine raphani sine sui nocumento tractat serpentes. Hermes etiam tradit in alchimicis suis. quod si succus raphani miscelatur cum succo lumbricorum terre coctusorum et per pannum expressorum et in ipso extinguitur gladius. ferrum si cut plumbum incidet gladius ille. Item inuentus est maniacus raphano coctus cum succo et super caput eius rasum ligato recepisse beneficium sanitatis. Et nota quod raphanum dicitur esse uicibus inimicum. et dicitur quod si prope serantur natura discordante refugiant ut Valerius expertus agriculator affirmat.

De radice. Radix

Radix est herba cuius radix simili nomine appellatur. Veli statu nebuloso letatur. licet in omni aere proueniat. Amat terram pinguem solutam uel subactam et profunde fossam. rotaphum et glaream formidat. Seritur mense iuni et iulii locis temperatis. et mense augusti et septembris in calidis locis et siccis. Serende enim sunt spatia grandibus et alte fossis.

melius proueniunt in arenis. Serant
post nouam pluuiam nisi forte possint
irrigari. Quod factum est statim de/
bet operiri sarculo leui. letamen non
est ingerendum sed potius palee. quia idem
fungose fiunt. Quauiores fiunt si aqua
laxa frequenter irrigent. Radices fe/
minini generis esse putant que minus
acres sunt. et habent folia latiora et cum
iocunditate uirentia. Ex his ergo se/
mina colligemus. maiores fieri creduntur
si sublati foliis omnibus et solo
tenui caule dimisso sepe terris operi/
ant. Unde optime plantantur in sulcis
ut terra sepius circa eas possit facile
cumulari. Si ex nimis acerbis dulces
fieri uelles semina die ac nocte melle
macerabis. Calida et sicca est in secun/
do gradu. minus quam rapa nutrit. pro/
pter sui acumen quod est fortius acumi/
ne rape. nutrimentum tamen eius grossius
est duriusque stomacho et digestionem no/
cium. et inconueniens oculis dentibus
et omnibus uulneribus et doloribus
sumpta secundum cibum. sed secundum medicinam
conuenit. Est enim lauatiua renum et ue/
lice ex grossis humoribus. et urinam pro/
ducit et manducata lapides frangit.
et si cocta comedatur cussi ex frigore et
humida causa subuenit. Et secundum cibum
comesta torsionem et inflationem gel/
nerat. et stomacho fit illaudabilis. quod
testatur ructus putridus qui ex ea fit.
maxime ante cibum. Illa enim que ie/
iunius esui datur eleuat cibum et cohibet
ne ad locum decoctionis descendat.
Unde fit causa indurande digestio/
nis et prouocandi uomitus. maxime eis
qui naturaliter uentositatem in stoma/
cho habent. Sed post cibum accepta
minorem agit uentositatem superius

ascendentem. et cum sua grauitate ad
inferiora descendit. deponitque cibum
ad locum digestionis et digerit ut o/
portet. proinde uolentes eam pro uo/
mitu accipere. accipiant ante cibum.
Et habet uirtutem similem raphano
et contra easdem causas et eodem mo/
do datur. sed non est adeo efficax ut
raphanum.

De ruta. *Nymphaea*

Ruta seritur mense augusti et
melius propagatur de ramus/
culis in terram positis. Et
si summitas alicuius ramus/
culi eius incuruat in terra statim infi/
xa radicat. et difficilime arefcit her/
ba. Plinius dicit quod odit frigidam hy/
emem et ymbres humorum. Siccis gau/
det temporibus terra lacticia uel cine/
re uult nutriri. Adeo diligit ficum quod
melius sub eo uel iuxta eum quam alibi
conualescit. Verno autem tempore trans/
plantatur aut in mense septembris. et as/
sidue irrigetur si non habet ymbrem.
Si permittatur florere citius arefcit. an/
tiquata lignescit. si rami eius bis om/
ni anno terra usque ad folia operian/
tur. quando autem indurata est et lig/
nea facta non bene pullulat. nisi ab/
scindatur iuxta radices. tunc enim re/
nouatis ramis redit ad eam iuuentur.
Calida et sicca est in secundo gradu. Est
duplex est maneries scilicet domestica et sil/
uestris quam pigamum dicunt. folia et semina
competunt usui medicine. Semina pro/
quing annos possunt seruari. folia
siccata per annum. Virtutem habet
diureticam dissoluenti et consumen/
di. Contra cephalicam et epilepticam in
balneo parum succi eius calefacti

iniiciat per nares. quod flegma edu/
cit ⁊ cerebrum mundificat. ⁊ tez uinū
decoctionis eius ualet ad idem. Cō
tra defectum uisus ex fumositatē co
lerica in dolio ponat cū uino ruta. ⁊
paciens tali uino utat. ⁊ tem cū aq
rosacea mixta. ⁊ super oculos lippos
aut sanguinolentos posita mirabili
ter eos sanat ⁊ mundat. Contra dolo
rem dentium ruta cocta ī uino catha
plasmēt sup locum dolentem. Vel a
liter accipe fustē eius ⁊ exure aliquā
tulum ad ignem ⁊ concauitatem eius
cauterisa. ⁊ satis confert. Contra fri
giditatem stomachi ⁊ eis paralisi. ⁊
aliorum membrorum det uinum de/
coctionis eius ⁊ castorei. Contra opi
lationem splenis ⁊ epatis stranguiri
am ⁊ dissinteriam det uinū decoctio
nis eius ⁊ radices feniculi uel puluis e
ius cum succo. ⁊ tem contra strangu
riam ⁊ dissinteriā ruta in uino cocta
oleo pectini cathaplasmet. Cōtra te
nasmon ex frigida causa decoquat ī
uino ⁊ fiat encacisma uel calefiat bo
num uinum. ⁊ fundat super rutam et
paciens recipiat fumum. Ad mēstrua
prouocanda. ⁊ secundinā ⁊ fetū mor
tuum educendum det trifera magna
cum succo rute. ⁊ dem operat succus
eius solus per os receptus. aut pessa
rizatus. aut teneritates eius ī oleo fri
xe ⁊ superposite. Cōtra exteriorē do
lorē ex concussione uel alia cā ruta ca
lesacta sine aliquo liquore superpo
nat. contra lippitudinem ⁊ dolorem
oculorum puluis cimini cum succo e
ius conficiat. ⁊ in eo bombix itincta
super oculos ponat. Ruta etiam bi
bita ualet contra uenenum ⁊ morsu
uenenatorum animalium. ⁊ etiam ca/

thaplasinata. Et nota q si quis esset
totus circumdatus uiridi ruta. secure
potest accedere ad basiliscum. Dicit
Plinius ⁊ Dyascorides ⁊ Constanti
nus. q mustela pugnatura contra ser
pentem comedit rutā ⁊ munita odo
re ⁊ uirtute eius secure inuadit serpen
tem ⁊ interficit basiliscū. Eius odore
de ortis fugant serpentes ⁊ oia uene
nosa. ⁊ iō plantat conuenienter in lo
cis ubi sunt sedes apum. ⁊ tem succo
rute inuncti a scorpionibus araneis
uespis ⁊ apibus nō pungunt neq le
dunt.

De rubba.

Rubba desiderat terrā sol
utam ⁊ pinguem ut opti
me proueniat. tamen ⁊ in
mediocriter pingui proue
nit que cū uangis alte fodiēda ē de
mense octobris ⁊ nouembris. Et sel
quenti mēse februarii martii uel apri
lis seritur spissa ut frumentū ut spel
ta. et fiunt areole sicut in ortis. uel q/
terni ut in seminatione frumenti. sol
lo rastros semen operiendum est. et ab
omnibus herbis et radicibus et mal
xime gramine liberet cum uangat et
cum areole fiunt. Deinde runcantur
quotiens herbe nascuntur in ea mani
bus et sarculo. Deinde in augusto sel
mina cum nigra fuerint colliguntur
cum tota herba. et bene siccata seruā
tur ad fumum. Et postea de mense
decembris uel mense nouembris fol
diuntur sulci et ex ipsa terra aree mo
dicum operiuntur. Deinde enim sel
quenti estate runcantur quotiens eis
herbe nascuntur. et mense augusti ut
dictum est semina iterum colliguntur
et ipsius herbe. radices si placet et/

Fossa terra paulatim sub radicibus col-
liguntur. et in sole siccantur. Sed melius est
quod usque ad sequentem annum dimittan-
tur in terra ut grossiores fiant et meli-
ores cauando iterum sulcos et aperi-
endo areas ut dictum est. Cum radi-
ces siccate fuerint tritulis uerberantur
ut rumpantur. et a terra et puluere libe-
rentur et clare fiant. Et si de ipsis fiat pul-
uis plus ualebit. Et nota quod terra ubi
ibi ponitur ruba solo aratro bene sub-
merso fodi potest.

De spinaciis.

Spinacia optime seruntur
de mense septembris. et oc-
tobris pro hyeme et qua-
dragesima sequenti. Item
de mense decembris in locis calidis ia-
nuarii februarii et martii. pro mense a-
prilis et maii et aliis etiam mensibus
seri possunt. Seruntur autem et sola in
areis et cum aliis herbis mixta in ter-
ra pingui et bene pastinata. Cum col-
liguntur si una uice incidatur medietas
stipicis et alia uice alia medietas diu-
durabit utilitas eius. Frigida sunt et
humida in fine primi gradus. Ven-
trem humectant et ualent gule et dolen-
ti de sanguine et colera rubea. Et me-
liora sunt stomacho quam atriplices.

De strigio solatro.

Strigium solatrum et morel-
la idem est. Frigidum et sic-
cum est et aliquantulum diu-
reticum. Viride secundum
folia et flores multe est efficacie. exsic-
catum nullius. Virtute habet infrigi-
dandi. contra opilationem splenis et
epatis. et maxime contra yctericam quam
opilata est pars superior cistis felleis

succus eius detur in potu. Vel fiat syl-
rupus ex succo eius et zucchero. uel quod
melius est dentur due uncie succi eius
cum quinque dragmis reubarbari. Con-
tra apostemata in stomacho et intesti-
nis et in epate detur succus eius cum a-
qua ordeii. Contra calefactionem epa-
tis pecia intincta in succo eius super-
ponatur. Idem fiat contra calidum po-
dagra. uel herba ipsa trita sepius super-
ponatur. Unde melius erit si cum suc-
co eius addatur acetum uel agresta uel
oleum rosatum. Contra calidum apo-
stema in principio ad repercussionem
materiei. herba ipsa trita superponatur

De semperuina.

Semperuina est herba sic di-
cta quia semper uiridis re-
peritur frigida est in secundo
gradu. sicca in primo. Vi-
ridis multe est efficacie. exsiccata nul-
lius. Virtute habet infrigidandi pla-
gelle intincte in succo eius et aceto uel
agresta et etiam epythimate. multum
ualent contra calefactionem eius et con-
tra dolorem ex causa frigida. Item
herba ipsa trita et superposita ualeat
contra calida apostemata in princi-
pio ad repercussionem materie licet
postea obsit conspuendo materiam
Contra usturas ex igne uel aqua fiat
unguentum ex succo eius oleo rosa-
ceo et cera. sed non debet poni in pri-
mis quatuor diebus. sed calida appo-
nantur. ut fumi tantum fiat euaporatio.
Unde prius unguis saponis et similibus
deinde unguento predicto. Contra
fluxum sanguinis qui fit per ebulli-
onem eius in epate et iuuenibus in esta-
te. plagelle in succo eius et aque rosate

intincte frigide fronti ⁊ temporibus
superponat ⁊ gutturi.

De satirion.

Satirion dicitur esse apium sil-
uestre. ⁊ est calidum ⁊ sic-
cum in tercio gradu. Vir-
tutem habet attrahendi a
remotis partibus. Unde testiculi eius cum
melle confecti coitus prouocant. Ad
liius tamen est si fiat confectio eius ex
eis ⁊ dactylis ⁊ piscaceis ⁊ melle. Item
succus eius cum melle datus prodest
arteticis.

De sposa solis. *matheff*

Spōsa solis. cicorea. incu-
ba. ⁊ solsequium idem est
herba ipsa comesta ualeat
contra uenenum si sit ex mor-
su. Item succus eius suppositus ualeat ad
opilationem epatis ex frigida causa
Item ualeat contra calefactionem eius-
dem.

De silermōtano.

Silermontanum siue sileseos
calidum ⁊ siccum ē in secū-
do gradu. Semen eius col-
lectum per tres annos potest
seruari. Semen ponitur in medicinis. ⁊
habet uirtutem diureticam dissoluendi
consumendi ⁊ attrahendi. Contra as-
ma ex frigida causa detur uinum deco-
ctionis eius ⁊ ficuum siccarum. uel de-
tur puluis eius cum ficibus siccis ⁊ as-
satis. Contra opilationem epatis re-
num ⁊ uesice stranguriam ⁊ diffinte-
riam detur uinum decoctionis eius

De stasifagia.

Stasifagia calida ⁊ sicca
est in secundo gradu. Sel-
mē eius simili nomine ap-
pellatur magne efficacie ē

⁊ dicitur etiā caputpurgium. quia ipsum
a flegmate purgat. uia desiccatur ⁊ ren-
na prohibet. ⁊ stomachum mundificat
Vinum decoctionis eius ⁊ rosarum co-
tra predicta gargarizet. Contra sca-
biem ⁊ pediculos unguentum factum
ex puluere eius ⁊ aceto ualeat. Item ua-
let contra paralysim. si ex eo fiat inun-
ctio. Puluis seminis eius cum melle da-
tus lumbricos necat.

De squilla.

Squilla calida ⁊ sicca est in
secundo gradu. Herba est si-
milis cepulle. Unde tube-
rosam dix magis competit medicine
quam herba. si sola reperitur mortifera est.
Habet autem uirtutem diureticam. un-
de ualeat ad digestionem materiei tam
in quotidiana quam in quartana. Ualeat
etiam contra opilationem splenis et
epatis. ⁊ contra dolorem yliacum et
articularum ut testatur Isaac. Contra
dictas passiones talis sit usus. Squil-
la diuidatur per medium ⁊ tot tunice ab
interiori parte abuciantur quot ab ex-
teriori parte. ⁊ tot in medio reseruen-
tur. exteriores debent abici. quia uel-
lenose sunt ⁊ multum calide. Interio-
res similiter abuciantur. quia mortifere
sunt ex nimia frigiditate. medie tuni-
ce sunt temperate. unde ista fit deco-
ctio in furno pasta inuolutarum. ⁊
postea fiat decoctio in aceto. ⁊ in co-
latura addatur mel. Si uis ut oximel
fortius operetur. squille non fiet deco-
ctio in pasta. sed tantum in aceto. Con-
tra omnem dolorem exteriorum parti-
um ex frigida causa ualeat.

De sinapi.

In apis serit ante hyemē
et post. Et terram pingue
desiderat si rara serat me
lior efficit. q̄ si nimis spis
sa est poterunt aliquę plantule inde
transferri et alibi transplantari. Hec
herba ita se multiplicat. q̄ ubi semel
serit uix locus ille ab eo postea libe
rat. et ubi semen eius cadit protinus
uiret. Calida et sicca ē in medio quar
ti gradus. Non herba sed semen qđ
collectum est per quinque ānos serua
ri potest. Virtutem habet dissoluen
di attrahendi et extenuandi. Contra
paralysim lingue semen eius omasti
catum et sub lingua retentum ualeat.
Contra paralysim aliorum membro
rum ponat in sacculo. et decoquatur
in uino. et super locum dolentē pona
tur. et precipue in principio egritudi
nis. puluis eius naribus impositus
sternutationem prouocat. et cerebruz
a superfluitatibus mūdificat. Cōtra
antiquum asma ex glutinoso humo
re def unum decoctionis eius et ficu
um siccat. Contra opilationem sple
nis et epatis et lentoflegmaticam de
coquat in aqua cum radice feniculi.
qua colata addat mel. et talis confe
ctio det. Cōtra splenis duriciē herba
ipsa cum anxungia porcina bene tri
ta superponat. Fomentum factū ex
aqua decoctionis menstrua educit.
Item herba ipsa decocta i uino et ca
thaplasmata dissinteriam et strāgui
riam soluit. Vinum decoctōis semi
nis et dragagāti humiditatē due cere
bri et faucium exsiccat. dragagantuz
ponit ne uehemēter exurat et excori
et. **P**ictagoras at ultra ōnes herbas
ipsum comedebat. **U**nde **P**linius di

cit de ipsa. q̄ būiores uiscosos et gros
sos extenuat. Et puncturas serpentū
et scorpionum ictus addito aceto sa
nat. fungorum uenena superat. dentiū
dolores mitigat. ad cerebrū penetrat
et ipsum mirabiliter purgat. frangit
lapidem. et menstruis imperat. appeti
tum excitat. et stomachum confortat. el
pilenticos iuuat. et ydropicos curat.
litargicos excitat et eos multū iuuat.
Capillos mundat. et eoz casum com
pescit. incongruos aurū sonos et tin
nitus tollit. et oculorum caliginē de
tergit. paraliticis subuenit. quia po
ros aperit. et humorem infundentem
neruos dissoluit et consumit. Et dici
tur q̄ maior uirtus est in semine q̄ i
herba.

De stucio

Sucio et cauliculus agref
tis idem est. Calidus et sic
cus ē in secūdo gradu. Se
men succus et folia compe
tunt usui medicine. Contra paralysiz
lingue. semen eius commasticatū in o
re diu sub lingua teneat. Et si in alia
parte corporis fuerit. folia cocta i ui
no cathaplasmentur. Contra litargi
am. puluis seminis eius naribus insuf
flet. Item fiat decoctio seminis triti
ci et succi rute agrestis in fortissimo a
ceto. et in ipso fricent posteriores ca
pitis partes. tamē prius rase. Fome
tatio ex foliis coctis in uino strāgui
riam et dissinteriam soluit et menstrua
prouocat. **E**mplastrum ex foliis de
coctionis in uino et oleo. si pectini et
uirge superponat. meatus prouocat
urinales et etiam urinam.

De scordion.

Sordion id ē aliūz agre
ste est calidum ⁊ sicum in
secūdo gradu. Solꝝ flos
eiꝝ opetit medicīne. Aqua
uel vinū decoctionis eiꝝ spūalia mū
dificat a flegmate. ⁊ ualet contra do
lorem stomachi ⁊ intestinorꝝ ex uen/
tositate. ⁊ contra opilationē splenis
⁊ epatis ex frigida causa. Itē stran/
guiriam ⁊ dissinteriam soluit.

De sparagis.

Sparagus calidus est ⁊ sic
cus in tercio gradu. Fru/
tex ⁊ semē opetit medici/
ne. Fustes tenerrimi coqui/
nati cum carnibus siue cum aqua ua
lent contra opilationem splenis ⁊ e/
patis stranguiriam ⁊ dissinteriā. Itē
contra dolorem stomachi ⁊ intestio
rum ⁊ contra yliacaz passionē ualēt
Itē uinū decoctionis eiꝝ seminis va
let contra predicta.

De zinzibro.

Sinzibrum calidū ⁊ sicum
est in tercio gradu. Aliud
est domesticū aliud silue/
tre. quod calamentum di/
cit. virtutem habet diureticam cōsu/
mendi ⁊ dissoluendi. Contra uicium
pectoris fiant pultes ex farina ordii
⁊ aqua addito puluere eius. ⁊ dētur
patientī. Contra frigidum reuma fo
lia eius ī uase sine aliquo liquore tor
refacta. ⁊ in sacculo posita capiti su/
perponant. Vinū decoctionis eius
ualet cōtra dolorem stomachi ⁊ inte
stinorum ex frigiditate. ⁊ contra opi
lationem splenis ⁊ epatis. ⁊ uias uri
nales aperit. Item herba in uino de
cocta ⁊ cathaplasmata ualet contra
dolorem stomachi ex uentositate.

Menstrua etiam educit ⁊ matricē mū
dificat. ⁊ fomentatio eiꝝ oceptuꝝ ad
iuuat.

De saluia.

Saluia plantat plantulis
aut ramulis iuuēbus de
mēse octobris nouembri
februarii ⁊ martii. Calida
est in primo gradu. ⁊ sicca in secūdo
gradu. Sola folia eiꝝ competūt me
dicine uiridia ⁊ sicca. ⁊ per annum ser
uantur. Alia est domestica. alia silue/
stris que dicitur eupatorium. Dome
stica magis consumit ⁊ confortat. sil
uestris magis est dyaforetica. Vinū
decoctionis saluie ualet cōtra parali
sim ⁊ epilentiam. In uino decocta et
cathaplasmata super partem parali
ticam multum ualet. Fomentatio fa/
cta ex aqua decoctionis eiꝝ. ualet cō
tra stranguiriā ⁊ dissinteriā. ⁊ matri/
cem mundificat. Item in balsamentis
conuenienter ponit.

De scabiosa.

Scabiosa calida ⁊ sicca est
in secundo gradu. Sicca
nullius ē momēti. succꝝ ei
us ⁊ acetum bulliant usqꝫ
ad spissitudinem aliquantulā. ⁊ hoc
unguentū ualet ad scabiē. Balneū ex
aqua decoctionis eiꝝ ⁊ capsibarbatī
ualz cōtra alopiā. succꝝ eiꝝ ualet ad
idem. et lumbricos necat. Et auribus
cum oleo iniectus. eas mundificat. fu
mus uini decoctionis eius ualet con
tra emoroydas.

De senacionibus.

Senaciones calide sunt et
sicce in secundo gradu. Al
lio nomīe dicūt nasturciū

aquaticum. Cocte in aqua uel cū car-
nibus spiritualia mundificant. Fo-
mentum ex aqua salsa decoctiōis ei⁹
ualet ad yliacam passionem strāgu-
riam ⁊ dissinteriam. In vino etiā de
cocte ⁊ cathaplasmate ad idē ualent

De serpentaria.

Serpentaria columbaria
draguntea idem est. Dicitur
ac serpentaria siue dra-
gūtea qz hasta eius ī mo-

dum serpentis maculis est repleta.
Calida ⁊ sicca est in tercio gradu. Ra-
dix eius per frusta minuta diuidit ⁊
siccat ⁊ puluerizatur ⁊ per pannū cri-
bellat. ⁊ tunc conficiat cum aqua ro-
sarum. ⁊ ad solem siccet. Et ex hoc ta-
li cū aqua rosaz uel sine facies illini-
atur. ipsam enim reddit nitentē ⁊ cla-
ram. pannū etiā deponit. Itē si pul-
uis ei⁹ oficiat cum sapone ⁊ fistule ī-
ponat. intantū in eis foramē dilatat
ut inde os fractum uel putrefactum
extrahi possit. puluis etiā eius cū cal-
ce uiua confectus ⁊ aceto fortissimo
optimus est ad cancerum. ita ut pars
tercia sit calcis. Dyascorides dicit q
ipsa odore suo serpentes fugat. nec le-
dit corpus a serpente. si ei⁹ succo cor-
pus inunctum sit.

De serpillio.

Serpillum calidū ⁊ siccu⁹ ē
in secundo gradu. Et ali-
ud ē domesticum. ⁊ aliud
siluestre. Domesticum ra-
mos per terrā diffundit. siluestre cres-
cit in longum ⁊ altum. Flores ⁊ folia
competunt medicine. que in rudi ol-
la calefacta ⁊ in sacello posita ⁊ ca-
piti superposita ualent cōtra frigidū

reuma capitis. Vinum decoctionis
eius ⁊ anisi ualet contra dolorem sto-
machi. Item fomentum ex aqua de-
coctionis eius ualet ad stranguiria⁹
⁊ dissinteriam. ⁊ munda matricem. ⁊
calefacit ⁊ confortat. Vinum decocti-
onis eius stomachum infrigidatū et
epar ⁊ splenem calefacit.

De satureia.

Satureia calida ⁊ sicca ē in
secundo gradu. Serit de
mense decembris february
⁊ martii. ⁊ mixtim cum ali-
is herbis. et sola seri pōt. Pulues ex
farina ⁊ aqua ⁊ eius puluere spiritua-
lia mundificant. puluis etiā cōfect⁹
ad idem ualet. Dyascorides dicit q
usus satureie est conueniens ad con-
seruationem sanitatis. ⁊ ponit in ci-
bis. Albumasar dicit q eius proprie-
tas est expellere uentositates ⁊ infla-
tiones ⁊ tortiones. ⁊ digerere cibum
⁊ expellit superfluitates stomachi. et
prouocat urinam ⁊ menstrua. ⁊ acuit
uisum debilitatū ab hūiditate mala.

De selarea.

Selarea serit mēse decēbris
ianuarii february martii
⁊ aprilis. Talez desiderat
terram qualem alie herbe
cōmunes. Optima herba ē ⁊ est per-
petua. quia postqz est in ordinibus
transplantata. sicut cepe plantatur
cum fecerit semen ⁊ maturum colle-
ctum fuerit. si incidatur per tres uel
quatuor digitos supra terrā reuulsi-
cit. ⁊ pulcherrima efficit in autumnno
Et si incidat stupes arescit. ⁊ nibilo-
minus in septembri pullulat. uel in es-
tate sequēti sicut feniculus. ⁊ optime

r

viuit in umbra.

De scalongue.

Scalongue plantantur men-
se februarii sicut allia per
se in areis. et in areis alia-
rum herbarum. et unaque
quod facit multas filias. et maxime si terra
fuerit bene pinguis cum plantantur. Item di-
citur quod si spicula allei ponantur in cepa fa-
ctis in ea foraminibus in quibus ip-
sa spicula possint poni. et sub terra
plantentur fient scalongue. Sunt autem
de natura cepaz. sed sunt minus hu-
mide. appetitum confortant. et malici-
am ciborum uenenosorum emendant
nocent uisui. et dolorem capitis effi-
ciunt. et fetorem oris inducunt. et non
competunt calidas habentibus com-
plexiones. sed cum carnibus pingui-
bus edi possunt. quia malicia ipsarum
emendant.

De tetrat.

Tetrat id est herba iudaica.
Calida et sicca est in tercio gra-
du. vinum decoctionis eius
digestionem prouocat. et dolore sto-
machi et intestinorum ex acerositate cu-
rat. Crispelle ex eo et farina et aqua fac-
te naturalem calorem confortant. vri-
nam prouocant. Emplastrum ex ipsa
herba decocta in aqua stranguriam
soluit. Item fomentum ex aqua deco-
ctionis eius. matricem calefacit et mu-
dificat.

De tapsia.

Tapsia est calida et sicca in ter-
cio gradu. per tres annos ser-
uat. Inuenitur in arabia india
et calabria. In uomiciis medicinis
ponitur. caute teri debet. Si autem in-
flationem inde fieri contingat. fricetur

cum panno aceto infuso. uel pars tu-
mens inungatur cum populeon et ace-
to addito. Tapsia est herba trutano-
rum. contrita enim facit inflare faciem
et corpus ac si esset leprosus et curatur
ut hic cum succo semperuue.

De tapsio barbaro.

Tapsio barbarus calidus et sic-
cus est. Fomentatio ex vino de
coctionis contra emoroidas
ualet. Ad idem ualet si anus patien-
tis inde post assellationem tergatur.
ualet etiam eius decoctio in aqua ad ce-
nasmon et contra fluxum uentris.

De testiculo vulpis.

Testiculus vulpis est bona her-
ba et dulcis gustu. facit autem
cum uino sumptus appetitum
coitus. et adiuuat ad ipsum. et in hoc
stat loco stinchi. Et est calidus et bul-
midus. et est species satyriomis uel sa-
tyrie.

De testiculo canis.

Testiculus canis est alia speci-
es satyriomis. et est in folijs
et stipite similis testiculis vul-
pis. Et radix ipsius est duorum nodu-
rum. habet enim unum globum supe-
rius. et alterum inferius. Et unus est
mollis. et alter durus et plenus. et il-
lo est humiditas superflua. Et si an-
te coitum masculus sumat maiorem te-
ste id quod concipit ex coitu erit fre-
quenter masculus. Si autem femina
sumat minorem et concipiat fit magis
femina. Dicitur autem quod maior auget
coitum. minor uero abscondit ipsum.
Et sic uterque amborum destruit ope-
rationem alterius. Hoc dicit felix do-
ctor frater Albertus ordinis predi-
catorum in libro suo quem fecit

de plantis.

De thimo. *hymen*

Quimus est herba ualde a-
romaticum cuius flos dici-
tur epithimum. et est flos
medicinalis. Habet enim
uirtutem purgandi melancoliā et fleg-
ma. et ideo ualet contra quartanam et
alias melancolicas passionēs. et ex eo
debemus acuire medicinas. non ipm
pse dare. quia naturā habet inducen-
di syncopum et angustiam p̄cordioꝝ.

De viola.

Viola est frigida et humi-
da in secundo gradu. De
uiriōibus fit zuchaz uio-
laceū. et oleum uiolaceum.
Syrupus at uiolaceus fit de uiriōibꝯ
et siccis. Zucharum uiolaceum fit eo
mō quo rosaceum. Syrupus sic fit.
Viola in aqua coquantur et ex colatu-
ra et zucharo fit syrupus. Si autē ex
ipsarū succo et zucharo fieri melior
esset. Oleum uiolaceū fit hoc modo
Viola in oleo decoquantur. et colatura
erit oleū uiolae. Valet interius recep-
tum contra discrasiam laboris totius
corporis. Item inunctio ipsius facta
super epas ualet contra calefactionē
eius. Item unctio facta super frontē
et tempora remouet dolorem frontis
ex calore factum. Viola habent uir-
tutem leniendi humectandi refrigerā-
di et laxandi. s; parum sunt laxatiue.
et purgant principaliter coleram ru-
beam. Unde ualent febri tertiane et
contra distemperantiam epatis in calo-
re. et contra opilationem epatis p̄ctri-
ciam. et contra defectum appetitus ex
colera. Item viola contrite posite sul-

per calida apostemata in principio
conferunt. Idem facit ipsa herba.
Fomentatio ex aqua decoctionis ip-
sius herbe facta secundum pedes et
frontem in acutis egritudinibus. som-
num prouocat. Syrupus viole ē ma-
gis coquendus q̄ rosaceus. alioquin
citius corrumpetur.

De uirga pastoris *razde*

Uirga pastoris est cardus
siluestris. et est frigida et
sicca. Solum folia eius cō-
petunt medicine uiridia et
sicca. sed uiridia sunt maioris effica-
cie. Virtutem habent constringendi.
et repellendi ac etiam infrigidandi.
Emplastrum ex puluere eius et aceto
et albumine oui supra pectinē et renēs
ualet cōtra fluxū uentris. Puluis eti-
am datus in ouo sorbili ad idem ua-
let. Item ad idē ualet fomentatio ex
aqua decoctionis eius. Trita ualet ad
berisipulā et huiusmodi. Cathaplas-
mata capiti abraſo ualet contra fre-
nesim et dolorem ex calida causa. Itē
hec herba multum est solidatiua re-
centium vulnerum. Semina et uermi-
culos qui sunt in carduis super radi-
ce siccatis querunt auicule. et cantant
cum dantur eis. Psidorus dicit q̄ ra-
dix eius in aqua decocta cupiditatē
potatoribus administrat. Item dicit
q̄ matrici utilissimus est cardus. et iu-
uat mulieres ut filios masculos gene-
rent.

De uolubili.

Uolubilis est herba inuol-
uens se super plātas pxi-
mas. Est autē parum ca-
lida. sed multum sicca. qd r2

ostendit eius tortura. **Q**uedam autē
spēs eius est. que uocat funis paupe
ruz ⁊ hec terrestris est ⁊ aquea. habēs
ex terrestritate sua constrictionē. et
ex aqueitate mundificationem ⁊ leni
tionem. Folia at huius sunt consoli
datiua vulnerum magnorum. nec est
eis par in illo effectū. **C**oquunt autē
in uino. ⁊ emplastrant super ea cum
aceto. **S**unt etiam medicina adustio
nis ignis. **E**st etiā alia species que di
cit uolubilis maior. ⁊ lac ipsi⁹ abra
dit pilos ⁊ interficit pediculos.

De urtica. *mekfi*

Urtica dicit quia tact⁹ ei⁹
corpus adurit. **E**st em ig/
nec nature. ut dicit **C**al/
cer. **H**ec duplex est. nā que
dampungens ⁊ quedā mortua que
non pungit. ⁊ eius folia sunt albio/
ra ⁊ molliora ⁊ magis rotunda. ⁊ u/
traq; est medicinalis. **N**ā succus eius
cum uino bibitus ualet oīra pētriciā
⁊ colericam passionem. **C**um melle cu
rat antiquam tussim. ⁊ mundat pul/
monem. ⁊ uentris inflationē ⁊ tumo
rem sedat. Folia eius cum sale oīrica
vulnera sordida mundant ⁊ curāt si
militer morsum canis. **S**anat etiā can
cros. **R**adix ei⁹ oīrita i uino ⁊ oleo
ualet contra tumorem splenis. **S**ucc⁹
eius fluxum sanguinis de narib⁹ sis/
tit. **S**emen eius cum uino bibitum p
cipue mixtū melli ⁊ piperi mouet ve
nerem ⁊ prouocat urinam. **H**erba re
cens tenera cocta uentrē mollit si cōe
datur. ⁊ precipue mēse martii cū oleo
cocta.

De vitriolo. *parabery*

Vitriolum quod alio nōte
dicit paritaria ē herba ca
lida ⁊ sicca i tercio gradu.
⁊ dicit vitriolum quia ex
eo optime uitrea mundant. **E**xsicca
ta nulla est ei⁹ efficacia. uirtutis mag
na. **V**irtutem habet dyaphoreticam
⁊ extenuatiuam. **C**ontra frigiditate⁹
stomachi ⁊ intestinorum ⁊ eorundē
dolorem. ⁊ contra stranguiria⁹ ⁊ dis
senteriam. paritaria calefacta in testa
sine aliquo liquore superponat loco
dolenti. uel etiam decocta in uino al
bo aliquantulum acido cum sulphu
re. **C**ontra stranguiriam ⁊ dissenteria
decoquat in aqua salsa ⁊ oleo ⁊ pec
tini cathaplasmet. **C**octa ⁊ comesta
multum ualet contra dolorem stoma
chi ex frigidityate uel uentositate. **T**re
contrita aliquantuluz ⁊ calefacta cū
uino ⁊ sulphure tumorem minuit.

Et sic est finis libri sexti.

Incipit liber septimus de pratis ⁊
nemoribus

Quāq; in libris supe
rioribus sufficienter
dixi de cultu campe
strum agrorū uine
arum arborum ⁊ or
torū que multam rel
quirant industriam. **D**icam nunc de
pratis ⁊ nemoribus que non tantam
querunt doctrinam. sed quasi spon
te ydonea proueniunt a natura. **E**t
primo de pratis quare creata fuerit
Et qualem aerem. terram. auram. ⁊ si
tum desiderant. ad ampliores copia

7 ubertatem herbarum. 7 qualiter fi/
ant. 7 qualiter procurentur 7 renouē/
tur. Et de feno quod est eius fructus
qualiter colligat 7 conseruet. 7 de uti/
litate ipsius.

¶ Quare prata creata fuerūt. 7 qua/
lem aerem terram aquam 7 situm de/
siderant.

Data fuerūt a natura mā/
dato diuino creata. ut ter/
ra que prius nuda fuit ue/
stiret 7 ornaret 7 ut ipsoz
herbe tam uirides q̄ sicce nutrimentū
conueniens animalibus herbis uten/
tibus prestant. nascuntur autem i ip/
sis diuersa herbarū genera ex diuer/
sitate humorum in superficie terre cō/
tentorum. quod quidem sagax natu/
ra que nusq̄ in necessariis deficit ope/
rata est propter diuersitatem anima/
lium nutriendorum ex eis. quorū ap/
petitus in omnibus est diuersus. Ne/
rem uero desiderant temperatū. aut
frigiditati 7 humiditati proximum.
si enim superflua fuerit in loco frigi/
ditas erunt ibi perpetuo niues 7 gla/
cies. que omnino impediunt genera/
tionem herbaz. Et similiter si calidi/
tas aut siccitas superflua fuerit om/
nem virorem consumet. nisi ei succur/
rat per irrigationem frequentē. Ter/
ram desiderant pinguem ad herbaz
copiam. uerum si non fuerit multe pi/
guedinis saporosiores 7 magis odo/
riferas 7 subtiliores creabit herbas.
S; si fuerit nimis macra modicas aut
nullas producet. Talis enim terra et
similiter salsa uel amara sua imbecil/
litate aut malicia se uestire non pōt.
Aqua magis competens pratis ē al/
qua pluuialis. que calida coruscatio

ne descendit. Et similiter aqua q̄ mē/
se aprilis 7 maii subtilis descendit. 7
quecunq; in estate de celo puenit bo/
na est. dum tamen gelida non existit
ex natura grandinis liquefacta. Se/
cundi meriti ē aqua lacualis que cla/
ra calida 7 pinguis est. Tercio aqua
fluminum. ultimo aqua fontium. Et
quantomagis a suo elongat 7 princi/
pio tanto melior. quia minus frigi/
ditatis in se habet. Prata desiderāt
situm depressum. ubi otinuo sit hūor
inclusus. Verum si adeo sit profun/
dus talis locus. q̄ ibi quasi semper a/
qua operiat superficiem terre nō erit
aptus ad aliquas bonas herbas. s;
erit accedens ad naturam paludis. p/
ducetq; iuncos 7 pauerias quadrellū
7 similes herbas paludales. grossas
7 insipidas aquaticas 7 fere omnib;
animalib; inutiles. Et si fuerit adeo
eminens q̄ irrigari non possit. facile
siccitatem 7 ariditatem patietur. nisi
fuerit in alpibus 7 locis frigidis. In/
talibus enim locis etsi paucas profe/
rant herbas. subtiles tamen saporas
7 odoriferas ferunt. Felix autem pra/
ti positio est. que supra se riuum flu/
entem habeat quo possit quotiēs fu/
erit opus irrigari.

¶ Qualiter fiūt prata. 7 qualiter p/
creantur et renouantur.

Data quide; proueniunt
ubicunq; terra solis radi/
is illustrat. Fiunt etiam
opere manuali. aut ex lo/
cis agrestibus nemorosis. aut ex cam/
pestribus agris. 7 primo quidē mō
extirpand; ē loc; de mense septēbris r3

uel octobris ⁊ impedimentis omni/
bus liberandus. non solum spinetis
⁊ uirgultis. sed etiam herbis latori/
bus ⁊ solidis. deinde cum frequenter
excultus fuerit ac multa aratione so/
lutus submotis lapidib⁹ ⁊ glebis cō/
fractis stercore luna crescente recen/
ti letamine. ab ungulis iumentorum
summa intentione seruet⁹ intactus p/
cipue cum humescit. ne inequale solū
reddant multis locis impressa uesti/
gia. si uero ex campestribus locis fi/
ant equandus est omnis locus ⁊ gle/
bis confractis tam huic q̄ superiori
semē uicte cum feni semine spergend⁹
Rigari uero anteq̄ duruz solum fece/
rit non debet. ne eius cratem min⁹
solidam. vis interflui corripat bño/
ris. **E**ui uero uolunt quib⁹sdam
annis habere pratum. ⁊ aliis segetes
etiam ex terris macris cum irrigatiōe
optime faciūt hoc modo. **I**mmittūt
in agrum aquam turbidam. ut ex ter/
ra noua sili repleantur. ⁊ ager eque/
tur. ⁊ fiet optimum pratum sine sati/
one herbarum. ⁊ si taliter dimittatur
per quatuor uel quinq; ānos. ⁊ post
ea aret omni āno usq; ad quinq; an/
nos uel sex poterit congrue de frumē/
to seri. ⁊ melius si post duos annos
genus segetis transmutet. **E**ui autem
uolunt uno anno habere frumentum
⁊ sequenti pratum conuenienter hoc
modo procurant. **I**mmittunt enim a/
quam in agro extracta blaua. ibiq;
dimittunt in estate ⁊ i autumno. si ac/
ris fuerit siccitas. sequenti uero estate
cum fenū secauerint terram arrūpunt
⁊ secūda ⁊ tertia uice arāt ⁊ semināt
Sed si uolunt etiam guaymē habere
non arant nisi circa finem augusti ex

tracto guaymine. ⁊ tunc arrumpunt
⁊ arant secūdo. ⁊ retrisunt ⁊ semināt
⁊ tamen bonum frumentum inde pro/
uenit. **E**t quidāz omni anno semināt
⁊ tamen herbam guayminis cum sel/
cis id est stipulis colligunt hoc mo/
do scz q̄ existente frumento in cāpis
uel statim post extractionem ei⁹ mit/
tunt aquam in agrum potius claram
q̄ turbidam. ⁊ a pecore custodiunt.
Deinde guaymē cum stipula secant ⁊
hyeme animalibus prebent. que her/
bam terunt. ⁊ de stipulis sibi lectū et
fumum faciunt. **S**tipula autem ⁊ her/
ba secata arant semel ⁊ bis ⁊ tertia se/
minant. ⁊ ibi bonum frumentuz uel a/
liam blauam habent. **P**rocurant au/
tem qz ex pratis euellunt oīa impel/
dimēta quotiēs nascunt⁹ in eis. ⁊ etiā
herbe pratis incongrue. precipue p⁹
magnas pluuias que terrā adeo mol/
lificauerint q̄ herbe nocue radicibus
euellantur. **M**aximum etiam confert
pratis si tempore hyemali recenti si/
ment letamine ad ubertatē herbaruz
Amplius si statim cū secata fuerint.
fortiter irrigentur. ter aut quater fruc/
tificabunt in anno. **S**ed cum uetusta
fuerint mucro coopta radant. **N**o mu/
cum aut necandū asserit **P**aladi⁹ sel/
pe cinerem ingerendum. **Q**uod si sterilis
omnino factus est locus. aret pluri/
es. ⁊ denuo equatus formet pratum.

Equaliter fenum colligat⁹ ⁊ oserue/
tur ⁊ de utilitate eius.

Secūda sunt prata cū her/
be ad debituz augmentū
peruenerint floresq; ople/
uerint anteq̄ ad casuz flo/
rum ⁊ foliorum ⁊ siccitatem puenierit

Nam si maturius secentur erit fenum a
quosum. non prebens solidum nutri
mentum equis et bobus laborem to
lerantibus. Et si nimis fuerit maturum
calore et humiditate naturali consum
ptis erit insipidum modicum et abho
minabile nutrimentum animalibus pre
bens. Sunt autem secanda tempore
sereno. cum aeris caliditas et siccitas
duratura sperat. Secatum uero in pra
tis dimittendum est per unum aut du
os dies antequam uoluatur. Deinde uol
uendum et conuenienter siccandum de
mum colligendum portandum et re
ponendum sub tectis. quibus defici
entibus sub diuo ponatur. taliter pre
paratum quod aqua in eum intrare ne
queat. Quod si eo nouiter in pratis seca
to pluuia supervenerit antequam uoluatur
modicum uel nihil ledit. Sed ut ait Pala
dius post pluuia debet uerti an
tequam pars ipsius summa siccet. siue iam fu
erit siue non fuerit reuolutum. Si ue
ro eo reuoluto superueniat omnino
destruit nullius utilitatis existens.
Utilitas feni est ut toto anno seruetur
quod etiam per biennium commode
seruari potest. et bobus equis et asinis
et quibusdam aliis animalibus nutri
mentum congruum prebet ut possint
sustinere labores. qui eis propter ne
cessitates hominum iniungunt. ouibus
uero tempore niui subuenit. quo de
terra nutrimentum sumere nequeunt.
Quod si fenum subtile frondosum odo
riferum et laudabile fuerit erit quasi an
nona solum animalibus tam calido quam
frigido tempore sufficiens ad labo
rem. Si uero fuerit fenum grossum pa
ludale aut nimis mature aut sero se
catum non erit sufficiens animalibus

multum laborem tolerantibus nisi eis
annonis auxilio aliquando succurra
tur. vel nisi tempore magni frigoris decur
in quo animalia non laborant. ratione
pabulum avidius appetunt.

Incipit secunda pars libri septimi
De nemoribus que naturaliter pro
ueniunt.

Non in primis quod nemo
ra uel naturaliter pro
ueniunt uel hominum in
dustria instituuntur. Et
que a natura produci
tur fiunt ex humore et semine in matri
ce terre contentis. que uirtute celesti e
rumpunt ad superficiem terre. et eri
guntur in stipites diuersarum planta
rum secundum diuersitatem humoris seminis
et locorum. in quibus proueniunt. Fi
unt etiam sine hominis ministerio ex
seminibus que a propinquis arbori
bus in terram decidunt. aut ab auibus
uel fluminibus de longe feruntur. In al
pibus uero naturaliter crescunt silue
piellarum maximarum et fragorum castane
arum et quercuum cedrorum et similium
In locis uero depressis et paludosis
sponte nascuntur salices populi et alni
canne siluestres videlicet et similes plan
te. In pluribus autem locis nascuntur
naturaliter et infinita spineta diuerso
rum generum. et piri et mali sorbi ul
mi fraxini opli et similes arbores. et
quanto pinguior erit terra tanto pro
ceriores proueniunt arbores. In ma
cra uero et salsa uel amara nascuntur
spineta et arbores parue tortuose spi
nose scabrose et yspide. Nec autem ne
mora procuranda sunt diuersimode
nam ea in quibus sunt castanee piri et

7 mali 7 similes arbores fructum ferentes. extirpanda 7 purganda sunt ab omnibus spinetis 7 plantis extraneis. 7 fructifere arbores rarificande ubi nimis spisse fuerint 7 incidende in altiori loco q̄ bestie attingere possint 7 ex plantis domesticis 7 nobilibus inferende. secundū doctrinam traditam in libro secundo cum de insitionibus locutus fui. Ea uero que alius arboribus 7 spinetis occupata sunt. si arbores nobiles 7 pulchras habuerint edificiis 7 aliis operibus aptas similiter sunt extirpanda. Et ubi nimis spissa fuerint sublatis turpioribus lignis rarificanda paulisper ut omnis humor conuertat̄ totaliter in substantiam lignorum meliorum. Ea uero in quibus sunt arbores igni solūmodo congrue non sunt mouēda. nisi forsan spinis purgent̄ 7 tribulis. q̄ quolibet quinto aut sexto uel rarioribus annis sunt incidēda. 7 ligamina aggreganda.

De nemoribus que hominum industria sunt.

Qui cupit nemus seu siluā plantare uel serere osideret primo situm 7 naturā terre in qua facere siluam instituit. et ubiq̄ tales conserat arbores. que illi loco conueniant 7 tandem instituentis uotum adimpleant. Nam si fuerit in altis alpibus aut earum uallibus. siquidem soluta terra est cōgrue recipiet plantas 7 semina castanearū. que ad min⁹. xl. pedib⁹ abinuiçē distare debent. Si uero terra cretosa uel lapidosa in talibus locis extiterit. ei opetūt precipue quer-

tus rouer 7 cerrus. **Q**uod si talis terra fuerit in montibus calidis remotis ab alpibus amigdalā sibi conuenienter aptant. **Q**uod si loca sint pingua congrue recipient piraria 7 pomaria. 7 in locis calidis oliuetum 7 ficetū 7 malorum granatorum siluam. In frigidis uero 7 temperatis auelanas cocatana 7 mespila. Si uero locus fuerit humidus 7 depressus solutus conuenientius recipiet salicetum albacetū alnum 7 populum. Et si cretosus talis locus extiterit ei oueniet ulmetū fraxinetum oplus 7 rouer. **Q**uod si locus marinus arenos⁹ 7 quasi sterilis extiterit desiderat pinetum. Et in calidis climatibus palmā feminā 7 masculum. Instituant̄ at̄ predicta oīa ex plantis aliunde trāslatis. uel seminibus satis. aut manu in locis cōgruis plantatis. Non tamen ignores q̄ castane. xl. pedibus ad minus quāq̄ uersum distare debent. nec in ramis possint oīgrue dilatari 7 plurimū fructum ferre. Quercus uero non minus distare oueniet quia naturaliter plurimū per latera se diffundit. Rouer 7 cerrum. xxx. pedibus aut paucioribus distare sufficiet. Nec enim triagenera arborum glandez ferunt. que ci bus optibus est porcorum. Piraria uero 7 pomaria. xx. pedibus uel usq̄ ad. xxx. distabunt. oliuetum ficus malagranata auelane citonia 7 mespila. xii. 7 usq̄ ad. xx. pedes distare poterunt. Salicetum uero aut propter particas aut uimina. aut propter materiam edificiorum plantat̄. Primo quidem modo. x. pedibus abinuiçē distent. secundo uero modo p̄ duos aut tres uel quatuor pedes dis-

tare sufficiet. quia eius spissitudo in
altum procurabit rectitudinem ⁊ au
gumentum. populus autem ⁊ alnus qz
non multū se diffundunt in altū nec
naturaliter extollunt nō sunt rare po
nende. **S**z albarz utilior est si ingros
set in stipite propter assides que in
tis operibus congrue ex ipso fient. ⁊
preterea ramos plurimū in latera sp
git. Ideoqz non conuenienter usqz ad
viginti pedes uel amplius separata
plantet. que etiā ex quibusdā tachis
aliquid corticis habētibz summa fa
cilitate nascet. **P**ossunt etiam spisse
poni. ut trabes sine ramis faciāt sub
tiles ⁊ longos. vlnz at opus ⁊ fra
xinus non cōgrue spisse lateqz poni
possunt. qz tam grosse qz subtiles et
longe tales arbores diuersis operibz
adaptant. **P**inus uero ⁊ palma cir
ca xxx. pedes distare abinuicem sa
tis congrue possunt. **D**e singulis aut
generibus arboz predictarū plene
tractatum ē in libro quinto. put uis
ponunt in campestribus agris. **N**ūc
uero prout ex eis nemora fiunt ⁊ sil
ue breuiter de ipsis tetigisse sufficiat

corporis salutez conseruant. quia cō
plexio corporis anime semper adhe
ret affectui.

De viridariis herbarum paruis

Viridaria quedā ex herbis
tantum. quedam ex arbo
ribus. ⁊ quedam ex utro
qz fieri possunt. **E**t que d
herbis solūmodo fiunt desiderāt ter
ram macram et solidā ut herbas sub
tiles ⁊ capillares creare possint. q̄ ma
xime uisum delectant. **P**ortet igit
locum qui ad viridarium tale parat
primo bene liberari ab herbis ⁊ ra
dicibus adulterinis ⁊ magnis. quod
vix fieri potest nisi primum effossis
radicibus optime planet locus. ⁊ vi
biqz fortiter infundat aqua feruētis
sima. ut reliquie radicum ⁊ seminum
terra latentium germinare nullatenus
ualeant. ⁊ deinde cespitem macro subti
lis graminis totus locus impleat. et
ipsi cespites fortissime comprimant
lignis malleis ⁊ conculcentur grami
na pedibus donec uix de eis aliquid
appareat. tunc enim paulatim erum
pēt capillariter ⁊ superficiē ad mo
dum panni viridis operient. **S**it au
tem locus viridarii quadratus tante
mensure. qz sufficiat hiis qui in eo sta
re debebunt. **I**n circuitu uero eius
herbe aromaticę omnium generū plā
centur. ut sunt ruta salvia basilicon
maiorana menta ⁊ similes. **E**t simili
ter omnis generis flores. sicut viola
lilium rosa gladiolus et similia.
Inter quas herbas et cespitem pla
nuz. sit cespes eleuatio. quasi per mo
dum sedilium aptatus florens et a
menus. **I**n cespice etiam contra vi
am solis plantande sunt arbores

Incipit liber octauus. de virida
riis ⁊ rebus delectabilibus ex arbo
ribus ⁊ herbis ⁊ fructu ipsaz artifi
ciose agendis.

In superioribus li
bris tractatū ē de ar
boribus ⁊ herbis se
cundū qz utilia cor
pori hūano existāt.

Nunc uero de eis oē
dicendum est sū qz anime rationali
delectationem afferunt. ⁊ osequenter

aut uites ducēde. ex quaz frondibz
quasi protectus cespes umbram ha/
beat delectabilem ⁊ refrigerantē. In
arboribus autem illis plz querit um/
bra q̄ fructz. ⁊ ideo non curat de eo/
rum fossura ⁊ fimatione. que cespiti
nocumentum afferrent. **C**auendum ē
autem in hīs ne sint arbores nimis
spisse aut plurime secundum numerū
quoniam ablatio aure sanitatem cor/
rumpit. **E**t ideo uiridarium liberum
aerem desiderat. ⁊ superflua umbra ī/
firmitates generat. **A**mplius non sint
arbores male sicut nux ⁊ quedā alie.
sed sint dulces aromaticę in flore et
iocūde in umbra sicut sunt uites ⁊ pi/
ri ⁊ mali ⁊ malapunica ⁊ lauri ⁊ cy/
pressi ⁊ huiusmodi. **P**ost cespitez sic
magna herbarum medicinalium ⁊ a/
romaticarum diuersitas cū non tan/
tummodo delectent ex odore secun/
dum olfactum. sed ⁊ flores diuersita/
te reficiunt uisum. in quibus rura plu/
ribus locis admisceat eo q̄ pulchre ē
uiriditatis ⁊ ipsa sua amaritudine fu/
gat extra uiridarium animalia uene/
nosa. **I**n medio autem cespitis nihil
sit arborum. sed potius ipsa planici/
es libero gaudeat aere ⁊ sincero. quia
⁊ ille aer salubrior est. ⁊ etiaꝫ aranea/
rum tele extense de ramo arboris ad/
ramum impedirent ⁊ inficerent uites
transeuntium si arbores in medio ui/
ridarii siue cespitis plantate essent.
Si autem possibile sit fōs purissimz
deriuēt in medium. quia ipsius puri/
tas multam affert iocunditatem. **A**d
aquilonem ⁊ etiam ad orientem uiri/
darium sit patulum. propter illorū
uentorum sanitatem ⁊ puritatez. **A**d
oppositos autem uentos scilicet meri

dionalem ⁊ occidentalem sit clausum
propter eorum uentorum turbulenti/
am impuritatem ⁊ infirmitatem. quā/
uis enim aquilonaris impediāt fruc/
tus. miro tamen modo conseruat spi/
ritus ⁊ sanitatez custodit delectatio/
enim querit in uiridario ⁊ nō fructz

De uiridariis mediocriū persona/
rum magnis ⁊ mediocribz.

Secundum facultates ⁊ di/
gnitatem mediocriū per/
sonaz mensuret spacium
terre uiridario deputāde.
videlicet duo uel tria uel quatuor aut
plura iugera siue bubulce. **E**ingatur
fossatis ⁊ sepibus spinorum uel rosa/
rum. ⁊ desuper fiat sepi de malispu/
nicis in locis calidis. ⁊ in frigidis de
mizolis seu prunis uel malis ciconiis
aretur ⁊ terpeze uel ligonibus plantet
vndiqꝫ locus. deinde funiculo vni/
uersus signet locus ubi arbores sunt
plantande. plantentur in eo acies pi/
rorum ⁊ malorum ⁊ palmarum in lo/
cis calidis ⁊ cicomorum. **I**tem moro/
rum cerasorum ⁊ prunorum ⁊ similium
arborum nobilium ut ficum mizo/
lorum cicomorum ⁊ similium **U**num
quodqꝫ uidelicet genus in suo ordi/
ne siue acie. **D**istent autem ordoines si/
ue acies. xx. pedibus ad minus uel
xl. aut pluribus pro domini uolun/
tate. **I**n acie distent arbores abinui/
cem magne. xx. pedibus. parue. x.
Inter arbores in aciebus plātari po/
terunt uites nobiles diuersorū gene/
rum. que delectationem ⁊ uilitatem
afferent. **L**igonizent acies. ut arbo/
res ⁊ uites melius conualecant. et

vniversa spacia deputent pratis. at
q̄ sepe de ipsis adulterine siue magne
euellant herbe. **S**ecent bis in anno
prata uiridarii. ut pulchriora rema/
neant. **P**lantent et forment arbores
ut supra in libro quinto dictum est
per ordinem de vno genere. **I**tem fi/
ant in eo pergularia in conuenientio
ri parte ad modum domus uel papi/
lionis formata.

De uiridariis regum. et aliorum illu/
strium et diuicium dominorum.

Quoniam tales persone pp/
ter eaz diuitias et poten/
tiam possunt in huiusmodi
mundanis rebus integre
sue satisficere uoluntati. nec deest eis
plerumq̄ nisi industria ordinandi.
Sciant q̄ uiridarium multam delec/
tationem habens hoc modo facere
possunt. **E**legant igit locū planū nō
paludosum. neq̄ impeditū ab insul/
satione bonorum uentorum. in quo sit flu/
ens fons per loca. **S**ic autem locus
xx. iugerū aut plurium pro domini
uoluntate. **C**ingat muris conuenien/
ter altis. plantet in eo ex parte septē/
trionis nemus arborum diuersarum. in
quo fugiat et lateant animalia silues/
tria in uiridario posita. **E**x parte
uero meridiei fiat palaciū speciosum
in quo rex et regina morentur cum uo/
luerint graues cogitationes fugere.
animamq̄ gaudiis et solaciis renoua/
re. ab hac enim parte faciet estiuo tē/
pore umbram uiridario. et ipsius fe/
nestre ad uiridarium habebunt tēpe/
ratum aspectum. non feruore solis i/
sectum. in eo fiat in aliqua parte uiri/
darium uel uiridaria supradicta. **F**i

at etiam in eodem pisceria. in qua
diuersa genera piscium nutrantur. le/
pores cerui caprioli caniculi et similia
animalia non rapacia ponant in eo.
Supra quasdam arbusculas prope
palacium positas fiat sicut domus q̄/
dam tectum et parietes habens. de fi/
lo rameo spisse reticulato. in qua po/
nant fasiani pardices philomene me/
ruli cardilini. faynelli. et omnia gene/
ra auicularum canentium. **S**int autem
acies arborū uiridarii a palacio ad
nemus non ex transuerso. ut facilius
de palacio uideantur quecumq̄ agūt
animalia que in uiridario posita sunt
Fiat etiam in dicto uiridario palaci/
um cum caminatis et cameris de solis
arboribus. in quo possint rex et regi/
na cum baronibus uel dominabus es/
se tempore non pluuioso. **D**iuisimo/
di autem palaciū fieri commodē po/
terit tali modo. mensurentur et signen/
tur spacia vniversa caminate et came/
rarum. et in locis parietum plantentur
arbores fructifere si placet. que faci/
le crescant ut sunt cerasa et mali. **U**el
quod melius est plantentur ibi sali/
ces uel bedulli uel ulmi. et tam insiti/
onibus q̄ palis et particis et vincu/
lis per plures annos eorum procure/
tur augmentum. intantum q̄ parietes
et tectum formentur ex eis. **U**eloci/
us uero et facilius poterit palacium
siue domus predicta fieri de ligna/
mine sicco. et vndiq̄ circa ipsum plā/
tari uites. et vnuersum edificium ope/
riri. **P**oterunt etiam in ipso uiri/
dario fieri tentoria magna de ligna/
mine sicco uel arboribus uiridibus
et uicibus operiri. **A**mplius mul/
tam asseret delectationem. si in

uiridario fient inficiones mirabiles ⁊ diuerse in eisdem arboribus. quas diligens uiridarii cultor facile scire poterit ex hijs que infra in eodez libro dicentur. **P**reterea scire oportet. qd omnia genera arborum ⁊ herbarum in tali uiridario sunt ponenda. unūquodq; separatim ab alio ⁊ distinctum. ne inueniant habere defectum. **I**n tali itaq; uiridario non semper delectet rex sed aliquando cum serijs necessarijs qd satisfecerit rebus renouet in eo glorificans deum excessum. qui bonarum omnium delectationum auctor principium est ⁊ causa. **N**ā ut egregie scripsit **T**ullius. non ad ludum ⁊ iocum nati sumus. sed ad seueritatem potius ⁊ quedam officia grauiora. **A**llo tamen uti quandoq; licet cum serijs necessarijsq; satisfecerim⁹ rebus.

De his que ad delectationez fieri possunt in munitionibus curiarum et uiridarij.

Circa tumbas ⁊ curias siue circa uiridaria congrue fieri possunt munitiones ex arboribus uiridibus similes munitionibus murorum seu palātijs uel stertare cum turribus siue bitifredis hoc modo. **I**n summitate riparum cingentium locum liberatam optime ab omnibus spinis ⁊ arboribus uetustis profunde plantentur salices ⁊ populi. si solum competat eis. uel ulmi si diligant talem terram. spisse per unum pedem uel minus. ⁊ linea recta ducta. hec optime lignonibus ⁊ stercore procurentur. ⁊ cum optime conualluerint incidant iuxta terras ⁊ sequenti anno surculorum proles per loca

lineis quaternis inspissentur. ⁊ cum palis particis ⁊ uinculis sursum ducantur directe. donec augmentum octo uel decem pedum susceperint. **I**n ea altitudine cum aliquantulum ingrossate fuerint incidant. **I**ntra loca uero munitionis per quinque pedes uel circa similes plante tempore priorum ponantur decem pedibus eque distantes. quācum in predicta fuerint altitudine incidant. ⁊ cum auxilio partiarum uersus proximas ⁊ uersus exteriores pliant plantae. ⁊ exteriores similiter uersus eas. et sic totiens quolibet anno fiat. donec quasi cratis quedam fortis effecta sit. supra quam possint homines secure morari. deinde pars exterior dimittatur augeri ad modum muri supra cursorium positi. que in altitudine congrua quolibet anno incidi cum forma meritorum super muris positorum poterit. ⁊ tali modo teneri. **C**irca talem munitionem in angulis et alibi si placuerit poterunt qualtuor arbores plantari. ⁊ sursum directe conduci ⁊ singulis decem pedibus incidi. ⁊ uersus seipsas plicari cum auxilio partiarum. ⁊ uelut solaria ex eisdem fieri ⁊ iterum in altum extolli et eodem modo formari. ⁊ tandem desuper plicari ad modum tecti domorum uel cum merlis formari. **S**upra tamen uero optime stabit domus ⁊ ante ipsam solarium arborum predictarum. **I**n curijs etiam siue uiridarijs potest fieri domus cum columnis uiridibus. ipsis iam grossis optime transplantatis. ⁊ trabibus supra ipsas affixis ⁊ tecto cannarum uel pallearum operis. dum aliquis tamen ramus ex singulis columnis

emineat supra tectum. qui ipsam columnam semper ab ariditate tenebit et domum ipsam mirabiliter ab esti-uo feruore defendet.

De hiis que in campestribus agris fieri ad delectationem possunt.

In agris plurimum delectat pulcher ipsoz sitz. Amplius q̄ non sint plures deformes agelli. s̄ magna quantitas in vnum sine interuallo redacta. directos habens opines. et id procurare debet diligens paterfamilias prope suos agros potius q̄ alibi emere. et in aliis partibus agellos uendere. et cum vicinis permutare plus superfluas et tortuosas agrorum et suum agrum cum uicino rectificare. et omnem locum fossatis et sepibus spinorum uiridum cum arboribus uiridibus conuenientibus permixti eque distantibus cingere. atq; fossata parua scolatoria que in planis necessaria sunt intrinseca recta formare quantum possibile est seruata semper utilitate agrorum. delectationem enim utilitas precedere debet in agris licet in uiridariis optimum sit seruanduz. et ideo quecunq; in eis maiorem frugum pollicentur ubertatem sunt meliora et magis eligenda. Amplius procuretur pro posse q̄ per agros aquarum riuus decurrat. quibus possint cum opus fuerit irrigari. et ab eis cum necessariu sit auerti. Per spaciosos agros formentum etiam itinera congrua. quibus paterfamilias eques et pedes et colom cum plaustris aut bobus comode accedere possint ad omnes partes agrorum. Nec enim omnia plurimum

cum utilitate delectant.

De hiis que circa uites et fructus ipsarum delectationem prebent.

Plurimum delectat habere pulchra uineta in planis siue in paruis montibus orienti opposita. diuersorum generum uas ferentia. et ideo diligenter procuret dominus ea in congruo situ plantare. et in locis pinguibus in arboribus et pergularis ea formare. In exilibus uero iuxta solum in directis aciebus disponere. atq; plurimorum generum uas in hiis consistere. In sitionesq; mirabiles in eis experiri. que ab antiquis sapientibus et precipue a Paladio posse fieri predicant. quare unus modus est q̄ plantet uitis iuxta cerasum uel aliam arborum. et cum optime comprehenderit et qualuerit perforet arbor acuta terra. et per foramen uitis ducat. et cerasus luto ab utraque parte obturet firmiter. ne sol aut pluuia uel uentus consolidationem impediat. Deinde cum lignum uitis optime cum ligno arboris unitum fuerit. iuxta corticem arboris incidatur uitis. ut deinceps succo arboris nutriatur. sic enim uia fert tempore fructuum arboris maturari. Est quidam modus faciendi uites et uiam cyriacam aut muscatam uel gariofilatam. uel laxatiam. uel alterius qualicatis. Qui sic fit. Sarmentum quod est pangendum in una parte scindat. et sublata medulla loco eius cyriaca uel muscus puluis gariofilorum uel scamonee. uel alterius rei ponatur. et terre mandetur vinculo diligenter astrictum. quo facto uia que

nasceat. virtutem eius quod i uite po-
sicum est tenebit. **S**ane si sarmentū de
hac uite sumat et plantetur materni
medicaminis potentiam non tenebit
oportebit autē tyriace uel alterius rei
assidua infusione senescentis succi vi
reiterare. **S**ed et hoc idem fieri breuius
puto possibile si in initio maturita-
tis uia scindatur sarmentū uue pē-
dentis. et medicamine immisso liget.
Est quedā pulchra species uue que
granis interioribus caret. que grecis
auctoribus recitante **P**aladio sic fit
Sarmentum quod obruendū ē quā-
tum latebit in terra tantum scindere
debemus. ut omni medulla subtrac-
ta ac diligenter exculta. membra ite-
rum diuise partis adunare et uincu-
lo diuisa cōstringere et deponere. **V**i-
culum autem de papiro afferunt faci-
endū. et sic in humida terra est ponē-
dum. **D**iligentius quidem sarmentū
reuictum quantum incisum aut exci-
sum inter squille bulbum demergant.
cuius beneficio afferunt sata ōnia cō-
prehendere posse facilius. **A**lii tēpo-
re quo uites putant. sarmentum fru-
giferum putate uitis in ipsa uite quā-
possunt de alto sublata medulla ex-
cauant non diuisim. et calamo affixo
alligant. ne possit inuerti. tunc copon-
tenaycon. quod greci sic appellant in
excauata parte suffundunt. ex aqua
prius ad sape pinguedinem resolutū.
et hoc transactis octenis diebus sem-
per renouāt donec uitis germina no-
uella procedant. **U**t uitis botriones
feret albos et nigros sic fieri greci ius-
serūt. **S**i vicine sunt uites nigra et al-
ba putent sarmenta utriusq; sic diui-

sa inter se coniunge. ut medios uerius
q; oculos equādo possis reddere vi-
nitati. tunc papiro stricto ligabis et
molli atq; humida terra linire cura-
bis. et interiectis trinis diebus adaq;
re donec germen noue frondis erum-
pat. hinc exempto tempore poteris
genus efficere per plura sarmenta.
Quidam expertus mihi asseruit se in-
seruisse surculum album et nigrum in
vna uite continuatis summitatib; gē-
marum. corticula tamen gemmarū de
medio sublata. et optime comprehē-
disse. **N**on potest hoc fieri exceptis du-
ob; surculis et diuersis. et iunctis ocu-
lis diuisis simul et optime ligatis tā-
q; sic vnus surculus. uel duabus gem-
mis diuisis et iunctis cū modica quā-
titate ligni. et in loco gemme insertis.
Plurimum etiam delectat habere ui-
neam diuersorum generum colorū et
saporum. **E**t ideo diligens paterfa-
milias tempestiue quasdam colligat
uias. ut uinum habeat acerbū quas-
dam bene maturas ut potens. quas-
dam nimium maturas ut dulce. **F**aci-
at etiam uina diuersorū colorum cū
rebus colorantibus et saporē nō cor-
rumpentibus. faciat etiam ea diuerso-
rum saporum cum rebus odoriferis.
et saporem nouum retribuētibus in
quibus delectetur odor et gustus que
in aliqua parte mixti in caldario ad
ignem mittantur. et dimittantur donec
optime uinū illo sapore uel odore i-
fectū fuerit. et tūc in uas i quo sic simi-
le uinum uel alterius generis immitta-
tur. et seruetur usui mox futurū. **B**onū
est etiam habere medicinalia uina. q-
bus utat. cuius corpus ad aliquam

egritudinem facile sit declinans. hoc quidem fiet cum medicine simplices et composite contra illam egritudinem habentes uirtutem. predicto modo miscbunt uino. Procuret etiā semp habere in domo agrestum et sarpam buas passas acetum et similia. que facias sūm modos supra in libro quarto notatos. **A**ultum enim delectat animum tam pro se q̄ pro amicis. q̄ appetit facile iuenire. Si botrio post q̄ deflorat mittat in uasculum terre um uel uitreum parū tñ ex toto botrione dicit fieri unum granum.

De hiis que circa arbores delectationem augent.

Et hiis que patremfamilias delectant. est habere in locis suis copiam bonarū arborum et generum diuersorum. Et ideo procurare debet ubi cūq̄ inuenit arbores nobiles afferētes fructus inde ad loca sua transferre et plantare siue inferere de eisdem. et non inordinate ut fere omnes faciunt eas disponat. s; in congruis ordinibus uidelicet magnarum arborū genera rara. ut in ramis dilatari possint. et superfluis umbris non consumant fertilitatē agroꝝ. **E**as uero que parue sua natura proueniunt spissiores ponere potest. Et unūquodq̄ genus formare sūm naturam ipsius. **A**mplius maiores a partibus septentrionis et occidentis ponere debet. minores uero ab oriente et meridie. hoc enim modo frumenta que patenti letantur campo minorē sentiēt leſionē. **P**reterea insitiones faciat mirabiles et diuersas in eodem uel diuersis trū-

cis. que ualde ammirabiles se ostendunt hiis qui experimento in talibus probant. **N**am infinitorum pirorū et malorum genera et cocomoꝝ et uespili et sorbarū et similitum in eodem trunco inseri possunt. **I**nserit etiam malū in salice et populo. et uitis in ulmo et moro. **I**tem si persicus inserat in spinam faginam proueniunt escula maiora et meliora aliis. **E**t si amigdalus et persicus coniunctis oculis inserantur in pruno erunt eorum poma carnem persicorum habentia. et ipsorū ossa imitabunt amigdalorum naturam. **P**orus etiam inseri potest in ulmo. sed magne parturit infelicitatis augmenta. **A**fferit **M**artialis candida grana in malis punice fieri. si argille et crete quartam partē gipsi misceas. et toto triennio hoc genus terre radicib; eius adiungas. **I**dem dicit mire magnitudinis eius poma fieri si olla fictilis obruat circa arborē punici. et in ea ramus cum flore claudat ne resiliat ligatus ad palum. tunc co-operta olla contra aque muniat in cursu. autumno patefacta sue magnitudinis exhibebit poma. sed etia; de mense maii et iuni posse fieri com-modius affirmat. **V**arro autem aliter specificat modum dicens. **S**i malapunica immatura cū; hereant in sua uirga demerseris in ollam sine fundo ea; sic obieceris in terram et operueris circa ramum ne extrinsecus spiritus afflet. ea nō mō integra eximi. s; etiam maiora q̄ in arbore unq̄ penderunt. **U**t varios fructus una ficus exhibeat. ramos duos nigre et albe ita inter se uiculo stringe et torq̄ ut germina miscere cogant sic obruti

⁊ stercorati ⁊ humorib⁹ vniti ubi ꝑ
 dire ceperint germinantes oculos ali
 qua sibi annexione conglutina. tunc
 germen adunatum parturiet duos co
 lores quos vnitae diuidat. ⁊ diuifi
 one coniungat. Rosas nondum pa
 tefactas hoc modo seruabis. In can
 na uiridi stante scissa recludas ita ut
 patiaris coire scissuram. ⁊ eo tempo
 re cannam recidas quo rosas uirides
 habere uolueris. Aliqui uero olla ru
 di conditas ac bñ munitas sub diuo
 obruunt ⁊ reseruāt. Cerasa ut sine of
 sibus nascent sic asserit. Martialis fi
 endum. Arborem tenuē ad duos pe
 des recides. ⁊ eam sic tenerā existentē
 usq; ad radices fines. medullaz par
 tis utriusq; abradere ferro curabis.
 ⁊ statim utraq; partes uinculo strin
 ges. ⁊ oblinis fimo summam partem
 ⁊ laterum diuifuras. ⁊ post annū so
 lidat dicta cicatrix. hanc arborez sur
 culis qui adhuc fructum non attule
 rint inferes. ⁊ ex his sine ossibus po
 ma nascent. Si ramus paruus cerasi
 scidat. ⁊ loco medulle ponat scamo
 nea fructus illius rami eo anno laxā
 di uirtutem acquirat. Et si musc⁹ po
 nat ibidem. eius acquirat odorem. et
 sic de aliis rebus ⁊ fructibus. Et si a
 zurum ponat ibidez uel alius color
 illius colorem acquirat. Affirmatib⁹
 grecis persicus scripta nascet. si ossa
 eius obruas ⁊ post septē dies ubi pa
 tefieri ceperint apertis his nucleos
 tollas. ⁊ his cynabori quodlibet in
 scribas mox ligatos simul cū suis of
 sibus obruas diligentius adherētes.
 Sine ossibus persica fiunt si persicus
 ⁊ salix prope plantent. deinde incli
 nata salice ad modum arcus perfore

tur in medio. ⁊ per foramen ꝑfici plā
 ta ponatur. et cera uel luto perfecte
 obturetur foramen. ⁊ usq; supra ipm
 terra cumuletur. ⁊ cum anno uel bien
 nio transacto ꝑfici ⁊ salicis lignum
 vnitum fuerit. sub arcu salicis ꝑfili
 cus incidatur. ut ex solo salicis bu
 more alatur.

**De delectationib⁹ ortorum ⁊ her
 barum.**

Quoniam multat delectat
 ortum bene dispositum et
 industria sufficienti cultū
 habere Ideo paterfamili
 as diligenter procuret habere ortum
 in solo pingui ⁊ soluto. cui fons uel
 riuus si fieri potest per spacia discre
 ta diffluat. ut possit inde irrigari tpe
 magni estus. Ibi omnia genera herba
 rum bonarum tam comestibilium q̃
 medicinalium nutriet vnumquodq;
 secundū qd requirit natura eius in a
 reis rectis. ⁊ cum extenso fume ⁊ lati
 tudinis modo formatis equaliter ꝑ
 ut in libro sexto plene traditum est.
 Fimū in eo semper habeat abundā
 ter. ne propter macredinem tedio cō
 spicientem afficiat. Et ut plenius de
 lectet res inusitatas operetur in eo.
 Possunt enim in eis quedam natura
 lia fieri que quibusdā miraculosa ui
 dentur. Nam si caprini stercoris ba
 cam subtiliter subula excauaueris ⁊ i
 ea semen lactuce nasturci eruce radi
 cis immiseris. ⁊ tunc inuolutam fimo
 bacin terre optime culte breui sro
 be demerseris. rapbanus uertitur in
 radicem. semina cetera in summo. lac
 tuca pariter emergente prosiliunt.
 singulorum sapore seruato. Si

De omnibus animalibus que nutriuntur in rure.



In superioribus libris dictum est de cultu agroz vinearum arborum ortorum pratorum nemorum. et de omni utilitate eius.

et etiam de hiis que ad delectationem spectant. tam in viridariis quam mirabilibus ex herbis et arboribus artificiose agendis. In hoc autem nono libro dicetur de animalibus que propter utilitatem et delectationem nutriuntur in rure. Verum ne antiquitas ignoretur sciendum est ut ait Varro egregius philosophus. quod primis temporibus fuerunt animalia et homines semper qui naturaliter vivebant ex hiis rebus quas inculta terra ferebat. Ex hac uita in secundam descenderunt agricultura videlicet et pastoriciam. Et propter utilitatem ceperunt colere agros et fructus percipere. plantare arbores utiles et colligere fructus. Item deprehendere animalia. concludere et mansuefacere ipsa. et primo ceperunt oves propter utilitatem et facilitatem. Hec namque maxime natura quiete sunt. et ad uitam hominis applicissime. Ad cibum enim lac et casei conperunt. Ad uestitum uero pelles et lana. Deinde autem ceperunt et domesticauerunt animalia cetera. que humano generi utilia esse perpenderunt. et adhuc ex omnibus generibus domesticatis multa siluestria esse affirmantur in locis diuersis. nam in frigida meti dicuntur esse ouium ferarum greges in samocrate capre. In ytaliam multas esse sues feras nemini est ignotum.

plura semina porrorum id est plures porrinas in unum ligatas deposueris. grandis ex omnibus nascetur porrus. Item si capiti eius semen immittas sine ferro et pangas multum incrementum fert. uel plura semina in unum strictum foramen posita. omnium pullulatio in unum grande porrum crescet. Si aquam in patenti uasculo sub cucumere uel citrullo aut cucurbita ponas duobus palmis inferiorem tales fient. Aliqui florem cucumeris cum biticule sue capite absciso intelligit. Albertus canne inserunt. cui prius omnes nodos perforauerunt. ibi cucumer nascitur nimia longitudineensus. Melum sic metuit. ut si iuxta posueris uelut arcus plicet. quotiens tonat uelut timore ductus conuertitur. Si eius florem sicut in uice sua est in forma fictili claueris ac ligaueris qualis uultus formaz uel hominis uel animalis habuerit talem cucumeris figuram prestat. Hec omnia Gargilius Martialis asserunt. Rem miram de asino Martialis affirmat quomodo purpureos modo albos flores modo roseos. et si ex eo semine frequenter seratur. modo in serpillum et modo in zinzibrum mutetur. Vermes autem dicit quod cucurbita in cineribus ossium humanorum plantata et oleo rigata nono die habet fructum. Et quod mirabile est semina que in uase cucurbite sunt in sublimi nata faciunt cucurbitas longas et exiles. que autem in medio eius nascuntur faciunt grossas. et que in profundo iacent faciunt latas.

Incipit liber nonus.

In dardania media et tracia multi bo-
ues feri. Asini feri in fusia et cacinia.
Equi feri in hispania citeriore. Dicā
itaque de animalibus nutriendis que
scire potui tam ex doctrina pruden-
tium antiquorum quam experientia mo-
dernorum. Et quia non omnes per om-
nia sed certi per certa peritiores et mi-
nus periti inveniuntur. Supplemen-
tum huius operis relinquo uiris ma-
xime expertis in talibus. Nam ut ait
philosophus. experientia facit artem
et plenius ea cui naturalis ratio est anne-
xa. Vix quia inter cetera animalia e-
quus censetur nobilior et magis ceteris
necessarius. tam regibus et aliis prin-
cipibus tempore bellorum et pacis.
quam prelati ecclesiarum. et per consequens
ceteris. Dicam primo de ipsis plenius
de ceteris sub opendio. quibus mul-
ta de genere equorum dicta poterunt
adaptari propter affinitatem natu-
re ipsorum.

C De etate equorum et equarum.

E Reges equorum et equarum
qui habere uoluerit. pri-
mu[m] ut ait Varro specta-
re oportet etatem. Videat
ne sint minores trium. maiores dece[m]
annorum. Etas cognoscitur equorum et
fere omnium que ungulas indiuisas
habent. et etiam cornuta sunt. ut idē
ait. et similiter ut Paladius. quod equus in
triginta mensibus primus dentes me-
dios dicitur amittere. duos superiores
et totidem inferiores. Incipientes quā-
tum agere annum euiciunt totidē pro-
ximos. et primis electis totidem renas-
cuntur. Quinto anno incipiente amic-
tunt similiter quatuor scilicet duos su-

periores et duos inferiores predictis
proximos. qui renascentes sexto an-
no impleri incipiunt. Septimo habe-
re omnes solent renatos et completos.
Cum autem sunt maiores cuius et al-
tis sint intelligi negant posse. preter-
quam cum dentes sint facti brochi id est
plicati. et supercilia caua. et sub eis la-
cus id est concauitas. quod cum ap-
paruerit dicitur habere. xvi. annos.
Vir autem prudens et expertus nost-
ris temporibus ait. quod equus habet
xii. dentes scilicet sex superiores et sex
inferiores. qui omnes sunt anteriores
cum quibus cognoscuntur etates et te-
pora equorum. Deinde habent scalo-
nes. et post illos habent molares. Et
potest esse quod quidam equi plures ha-
bent. et tunc dentes sunt dupli. Et po-
test esse quod equus euiciat ex his aliquos
et amplius non renascantur. et non
cet equo nisi ad pascendum. quoniam
ipsi per dentes anteriores pascuntur
et ideo erit minoris pretii. et masticare
equorum est per dentes molares. De-
tes autem primi quos ipsi mutant sunt
duo inferiores et duo superiores. qui
uocantur primus morsus. et tunc uo-
catur pullus primus morsus quod quā-
dam fieri dicit primo anno. Et post
ea mutat alios quatuor dentes pro-
ximos. scilicet duos superiores et du-
os inferiores. qui uocantur medii et
secundus morsus. et tunc uocat pul-
lus secundus morsus. Deinde mutat a-
lios quatuor scilicet duos superio-
res et duos inferiores. qui uocantur
quadrati et tertius morsus. et tunc
uocatur equus et habet tres annos.
Et quando pullus nascitur cum ran-
chis nascitur. et postea nascuntur

scalones. Et quandoq; illi scalones nascuntur nimis longi. adeo q; equum impediunt annonam molere et impinguari. propter quod mariscalchi scalones refecant. Et quando pullus factus est equus. dentes eius fiunt rari ores. et capita dentium fiunt nigra et elongantur. et per aliquos annos stant bunt caui. Et cum incipit pinguescere color dentium reuertitur ad albedinem et transit ad colorem mellis. et pro hoc fiunt albi ut color pulueris. et sunt longiores. sed ipsa dentium longitudo est aliquando per naturam absque selectute propter quam causam refecantur senibus dentes ut iuuenes esse crederentur.

De forma bonarum equarum. et admissuris. qualiter teneri et admitti debent.

Honaz esse oportet ut ait Varro magnitudine media. quia nec uallas nec minutas decet esse equas clunibus ac uentribus latis. Equos quos propter admissuram uelis habere legere oportet amplo corpore formosos. nulla parte corporis incongruos. Equinum pecus pascendum in pratis potissimum herba. in stabulis ac praesepebus arido feno. Cum pepererint ordeo adiecto bis in die aqua data. Horum feture initium admissiois facere oportet ab equinoxio uerno ad solstitium. ut partus idoneo tempore fiat scilicet multarum herbarum ut mater habeat abundanciam lactis. Ex hoc enim corpus et membra pulli gratiora fient. duodecimo enim mense die decimo nascuntur ut nosatur. Eue pro ipsum tempus nascuntur inutilia existunt.

tunt. Admittere oportet cum tempus anni aduenerit bis in die scilicet mane et uespere. sed alternis diebus equa alligata celerius admittuntur. ne equi frustra cupiditate impulsu semen eiiciant. quoad satis sit admitti ipse significat quod se defendant. Si fastidium salendi est squille medium conterunt cum aqua ad mellis spissitudinem. et naturam eque cum ea retangunt. et pro cum eadem nares equi. Sciendum etiam quod equus debet gigni a scallione. quem guaragnum uocamus uulgariter. diligenter custodito parum uel nihil equitato. et cum minori labore quam poterit. quia quantomagis concupuerit equam tanto plus et completius sperma emittet. et maior in uentre matris gignet pullus. Amplius mater cum fuerit pregnans non nimis pinguis nec nimis macra existat. sed medium teneat. quia ex nimia pinguedine intrinseca locus pulli artatur ut corpus et membra eius sufficienter dilatari non possint. nimis macra autem non potest sufficiens nutrimentum filio ministrare. quapropter macilentus et debilis nascitur. Iterum ut ait. Baladius equa pregnans non urgeatur. nec famem frigusque toleret. nec inter se locis comprimant angustis. Item equas generosas et que masculos nutriunt. alternis annis submittere debemus. ut pullis copiam puri lactis infundant. Ceterae passim replende sunt. Item dicit quod admissarius qui quod annorum ad minus esse debet. sed femina recte bima concipiet. que si decennium excedat iners ex ea nascetur soboles. Iterum scribit Varro quod equas pregnantas cauere oportet. f 2

ne laborent plusculum neq; frigidis
sint locis. eo q; algor maxie pregnā/
ribus obest. ideoq; in stabulis humū
ab humore prohiberi oportet. clau/
saq; habeant ostia ac fenestras. ⁊ i p
sepibus inter singulas ponant lōga
riū id est longa ligna. que eas discer/
nant ne inter se pugnare possint. Itē
dicit pregnantē neq; implere cibo ne
q; esurire oportet.

**De natiuitate equi ⁊ qualiter tene
ri ⁊ admitti debet**

Quoniam pullus nascitū utile ē
q; nascatū in loco petroso
⁊ montuoso. eo q; ex loco
petroso ⁊ duro fiunt vn/
gule duriores. Ex loco montuoso fi
unt crura meliora. propter exercitiū
eundi superius ⁊ deorsum. Dat9 pul
lus per bona pascua matrem sequat
duobus annis. non āplius. eo q; tūc
naturaliter incipit se habere ad coitū
Et uolens matrem uel aliam equā as
cendere. ⁊ ascendens deterioraret ⁊ d
facili posset i aliqua parte ledi. Ve
rum si sine matre ac ceteris equabus
stare usq; ad triennium posset in pas
cuis plurimum sibi conferret ad cruri
um ⁊ totius persone salutem. Quinq;
mensium pullis factis cum reuertunt
ad stabulum dandā farinam ordeā/
ceam molliā cum furfuribus. ⁊ si qd
aliud terra natum libenter edent. ut
ait Varro. Anniculis iam factis. dā/
dum ordeum ⁊ furfures donec erunt
lactantes. nec prius biennio sunt re/
mouendi a lacte. donecq; stāt cū ma
tribus interdum tangendi sunt mani
bus. ne cum seiuncti erunt terreantur
Eademq; causa ibi frenos suspendē

dos dicit ut consuescant hominū ui
dere facies. ⁊ frenoz audire strepit9.

De captione ⁊ domatione equi.

Quoniam pullus est duorū an
norum laqueari debz sua
uiter cum laqueo grosso ⁊
forti de lana composito.
eo q; lana propter suam molliciē ad
hoc habilior est lino uel canabo. De
bet autem laqueari recenti uel nubilo
tempore. nam si tempore calido isue
ta captione nimiz laboraret posset
facile ledi. Ipso autē capto ⁊ laque
ato ad societatem cuiusdam equi do
mici conducatur. cum ipso enim salu
brius conducetur. quia similia simili
bus gaudent. Varro autem dicit me
liorem fieri equum. qui triennio com
pleto domatur. a quo tempore dari
farago id est farina solet. que prop
ter purgationem equino pecori ma
xime necessaria ē. qd diebus decē fiel
ri debet. nec pati ullum alium cibum
gustare. Ab undecimo uero die usq;
ad quartumdecimum ⁊ decem dieb9
ultra dandū ordeū quotidie minuta
tim. Deinde mediocriter extergendū
⁊ extrahendū. ⁊ cū sudauerit oleo p
ungendū. Si frigus fuerit faciendus in
stabulo ignis erit. Ad domandū bi
nis retinis de forti corio ⁊ humili p
sepio alligetur. ne propter suam seu
ciam fractis retinis ledat in crurib9.
uel in alia sui parte. Et donec in sua
perseuerauerit seuitia. semper similis
domiti societatem obtineat. ⁊ cū ma
nu sepe tangatur leniter et suaue. nec
unq; cum eo grauitur indignetur do
mans. ne ob indignationem vicium

aliquod sibi assumat. sed eū cū magna perseverantia leuitatis mansuefaciat donec mansuetus efficiat ut decz et pedes leuari et percuti patiatur ad modum ferrandi. Imponendus ē etiam super eum bis in die puer aut ter aut pluries. interdum pronus cū uentre postea sedens.

De custodia equorum.

Equo talis prebeaturs custodia. Capistrum factum de corio forti et hūili. primo in equi capite imponatur et binis retinis alligetur p̄sep̄io. ut superius est expressum. et eius pedes anteriores pedica de lana facta vinculentur. et uni pedum posteriorum alligetur. ne ante ire aliquo mō possit. quod quidem fit pro sanitate crurū obseruanda. Locus p̄terea ubi equus moratur bene mūdus existat in die nocte uero fiat eidem lectus de palea p̄ grossiori feno usq; ad genua pro quiete. summo mane inde tollatur. et ter gatur eius dorsum et crura et omniā mēbra equi decenti terfōrio. Deinde p̄ potu ducatur ad aquam paruo pascu. teneatur autem equus tam in mane q̄ in sero usq; ad genua uel paulo supra spacio trium horarum in aqua dulci frigida uel marina. eo q̄ tales aque naturaliter equi crura desiccant. uel p̄pter frigiditatem dulcis p̄ siccitatem marine coartando humores. descendentes ad crura. qui sunt egritudinum cause. Postea uero cum equus redit ad stabulum illud non t̄ret ullo modo donec eius crura tergantur et desiccetur ab aqua. quia fumositas stabuli ex sua caliditate so-

let adducere gallas et malos humores cruribus madefactis. Est etiā utile ualde. q̄ equus assidue comedat in terra iuxta pedes āteriores. ut vix possit prebendam et fenum ore capere. ita q̄ collum cogatur extendere p̄ cibo sumendo. quia ex hoc collū efficitur gracilius et utilius et pulchrius ad uidendum. et crura maius suscipiunt incrementum. Item comedat equus iuuenis fenum herbam ordeum anenam speltam et similia. nam fenum et herba propter humiditatem ipsorū uentrem et corpus totum dilatant et augent. Cum uero fuerit in completa etate. comedat etiam paleas orde. ex quibus non superflue impinguitur. sed in competētibus carnibus retinetur. et sic potest securius fatigari. Nam equus esse debet nec nimis pinguis nec nimis macer. sed medius inter ea. Si enim fuerit nimis pinguis humores sup̄flui facile ad crura descendunt et egritudines creant. que solent in equorum cruribus euenire. et p̄cipue accidunt eis facile. cum subito aliquibus laboribus vexantur. Ex nimia uero macie deficiunt uires eius et redditur turpior ad uidendum. Equus p̄terea perfecte etatis in ueris tempore circa mensem herbas solum comedat ad purgandum. nō foris sed sub tecto permanēs grossio regimine laneo coopertus. ne ex frigiditate herbarum infrigidetur uel morbos grauiore incurrat. Aqua p̄terea pro potu equi aliquantulus salita sit suauius currens uel paruus turbata. eo q̄ tales aque sunt calide et grosse. Porroq; nutritiores et magis congrue sunt equorum corporibus

nam quanto aqua frigidior et uelocior est in motu. tanto minus equum nutrit et reficit. **F**errari debet equus ferris sibi convenientibus rotundis ad modum ungule leuibus et ungulis in circuitu strictis et bene adherentibus nam leuitas ferri reddit equum agilem ad leuandum pedes. et ipsius structura ungulas maiores et fortiores facit. Equus preterea sudans uel fortiter calefactus non debet aliquid comedere uel potare. donec coopertus et paulisper ductus a sudore et calore fuerit liberatus. **E**t est sciendum quod insuetudo equitatio serotina nocet equo. sed matutina plurimum commendatur. **N** oportet preterea equum habere continue cooperturam lineam tempore calido propter muscas. et laneam tempore frigido propter frigus. **E**t nota quod propter sanitatem equi consueta. quater est fleubothomandus in anno. scilicet vere. estate. autumnus. et hyeme. **N**otandum est etiam quod equus bene et diligenter custoditus. et moderate ut conuenit equitatus. uel in pluribus circuita spatium. xx. annorum ualidus perleuat.

De doctrina et morigeratione equi

bite. sepiusque contingit ex onere sup-
fluo imposito sibi. tunc enim propter
etatis teneritatem incuruat nervus. ex
quo nominatur curua. ex opere nome-

assumens. **CURA** Cum dictus
nervus qui incipit a capite garecti et
tendit inferius iuxta pedes in poste-
riori parte cruris uidetur aliquid incur-
uari. uel plus solito ingrossari. statim
ingrossatio illa tam per longum quam per
obliquum decenter coquatur. Deinde
fiat per omnia ut supra de cocturis
expressi. Et est notandum quod ubicumque
fiunt cocture in cruribus equi. fieri de-
bent per longum et obliquum. sicut pi-
lus equi descendit inferius. quia me-
lius cooperiuntur a pilis et minus ap-
parent quam si fierent ex transverso. et mi-
nus lederent equum. si aliquis crurium
nervus tangeretur ab igne.

De spinellis. et earum cura.

Sic morbus qui spinella di-
citur et uocatur. fit subtus ga-
rectum in iunctura ossis ga-
recti eiusdem in utroque la-
tere. et aliquando in uno tantum. cre-
scens super os ad magnitudinem auel-
lane uel magis reprimens iuncturam
intantum quod equus multotiens cogit
claudicare. et accidit huius causis ut cur-
ua. **CURA** Dicitur spinelle sunt
diligenter coquende atque curande. ut
predicte cocture curantur in omnibus
et eodem modo.

De morbo suproffi. et cura eius.

Hunc in equi cruribus me-
ta et diuersa suproffa. uel
cum mordet. uel cum cal-
ce percutit. uel cum ipse de
crure percutit aliquam rem dure que
non tantum nocua quantum defor-
mia sunt in equo. que etiam in aliis
partibus corporis. non solum in cru-
ribus sepe fiunt. **CURA** Cum

omnia supprossa incipiunt fieri ex q̄/
dam callositate carnum ex percussio-
ne aliqua ueniente. statim cum fieri
uidebitur callositas abradat. ⁊ accipi-
atur absinthium paritaria ⁊ branca
ursina scilicet folia tenera. ⁊ terantur
insimul cum anxungia porcina ueteri
⁊ coquant. ⁊ cocta tantum calida q̄
tuz pati poterit super callositate po-
nantur ⁊ bene ligent. Et nota q̄ hoc
mollificatiuum multum ualeat ad om-
nes inflationes crurium ex percussio-
ne aliqua uenientes. **I**tem ad ean-
dem callositatez omnino dissipandā
ualeat radix malua uisci ⁊ radix lilii ⁊
tapsi barbatī trita cum anxungia et
decocta. ⁊ cum pecia superposita ad
modum emplastri ⁊ pluries renoue-
tur. **I**tem ualeat cepe assatum cū lū-
bricis terrestribus tritum. ⁊ cum com-
muni oleo agitatum ⁊ coctum. ⁊ cali-
dum superponatur. ⁊ sepe renouetur
in die. Si uero callositas illa fuerit
antiquata ⁊ dura effecta. ea prius ab-
rasa cum lancea scarificet minute ut
sanguinet. Deinde sal et tartarū equa-
li pondere subtiliter trita super callo-
sitatez ponantur ⁊ ligentur stricte.
nec usq̄ ad diem tertium dissoluan-
tur. ⁊ tunc cum fuerint dissoluta. locz
ungat butiro uel aliquo unctuoso.
Item ad idem ouum usq̄ ad duriciē
decoctum ⁊ mundatum. calidum su-
pra callositatez abrasam ponat ad
modum placencule ac ligetur. nec us-
q̄ ad diem terciū dissoluat nec reno-
uetur. ⁊ plus si uidebitur expedire
Item ualeat stercus caprinum cum fa-
rina ordeī ⁊ creta ī aceto fortissimo
agitatum. ⁊ postea superpositum ad
modum emplastri. Si uero callositas

illa dura non decreseat. sed in suppro-
ssum redigatur antiquum. decentibus
cocturis quod est ultimum remedi-
um succurratur.

De attractione ⁊ cura eius.

Sit ⁊ alia egritudo in cru-
re anterrori tumefaciens ⁊
indignans neruum. ⁊ faci-
ens claudicare. que facile
accidit equo in cursu uel motu cū pes
posterior percutit neruū anterioris
cruris. que passio attractio vocat a
vulgo. **CURA.** Cum ner-
uus predictus tumescit statim de ve-
na consueta que est supra genua pa-
rum in parte interiori minuatur. De-
inde fiat hoc mollificatiuum ualens
contra indignationem ⁊ tumorem ner-
uorum. Accipiat fenugrecum semē li-
ni squilla terebēntina ⁊ radices malua
uisci equali mensura. ⁊ cum anxungia
ueteri porcina decenter terantur ut si-
mul incorporentur. postea buliant ⁊
semper agitentur cum spatula. ⁊ suf-
ficienter cocta ponantur calida supra
longitudinem nerui lesi. ⁊ cum fascia
lata ligentur. ⁊ bis renouentur in die
Ad idem etiam ualeat satis cepe assa-
tum cum lumbricis terrestribus et li-
macibus ⁊ butiro liquefacto. ⁊ simul
agitatis usq̄ ad spissitudinem deco-
quantur et semper agitentur. ut fiat
sicut unguentum. et de ipso abrasis
pilis ter in die neruus lesus per lon-
gum ungatur. Si uero cruris attrac-
tio sit uetusta fleubothomet. uena
cōsueta. q̄ ē posita inter iūccurā ⁊ pe-
dē ex latere interiori. ⁊ fiat postea me-
dicīe q̄s supra narraui Si dicta medi-

camina per aliquot dies paruz ul' ni-
hil proficiant. tunc neruo leso circum
quaq; abraſo fiat ſtrictorium de pul-
uere rubeo ⁊ oui albumine ⁊ farina.
ut docui in capitulo malferuti. crus
ubi leſio eſt cum canabo uel lino ⁊ p̄
dicto ſtrictorio inuoluendo. nec iſde
remoueat uſq; ad nouem dies. Poſt
ea uero cum aqua calida ſtrictorium
a crure caute leuet. ⁊ neruꝝ ungat cū
aliquo vinctuſo. **E**t ſi predicta
non profuerint. cocturis decentibus
ſuccurrat.

E De morbo ſcortilati. ⁊ cura eius

Accidit quandoq; q̄ iunctu-
ra cruris iuxta pedes ledi-
tur ex percuffione quā fa-
cit in aliquo loco duro ul'
ex precipitatione eius ī curſu ul' mo-
tu. aut quia pes quandoq; indirecte
premitur uerſus terrā. que paſſio uul-
gariter dicit ſcortilatus. **CURA.**
Fiant pulſes de furfure tritici ⁊ ace-
to forti ⁊ ſepo arietis ſufficiēter mix-
tis. que ſimul uſq; ad ſpiſſitudinez bu-
liant agitata decenter. ⁊ calida quan-
tum pati poterit ponant ſuper locū
leſum. ⁊ cum pecia congrua bene ligē-
tur. ⁊ quolibet die ſepius renouētur.
Si uero iunctura tumefacta patit in-
dignationem neruorum fiat empla-
ſtrum fenugreci ſeminis lini ⁊ squille
⁊ aliorum ut in precedenti capitulo
dixi. Sed ſi occasione ſcortilature p̄-
dicte os a ſuo mouet loco. pes equi
ſocius claudicantis eleuet in altum.
⁊ cum equi cauda ligetur. Deinde du-
catur ad manum uerſus loca montu-
oſa. quia ex neceſſaria oppreſſiōe iun-
cture uerſus terram. os diſiunctūz al-
liquit ab alio uel aliquo modo mo-

tum inſtanter ad ſuum locum reuerſi-
tur ſicut debet. ſed tamen prius debz
fieri mollificatiuum quod predixi.
Adeſt etiam aliquando. q̄ vnum os
ab alio ſic diſiungit. q̄ vix aut nūq;
ad ſuum locum commodē poteſt re-
duri ex quo iunctura tumefieri cogit
inflatione duriffima. Cui cocture be-
neſicio ſubueniri oportet. **E**t nota q̄
omnium curarum narratarum ſuperi-
us coctura ignis ulcimū ē remedium

E De leſione ſpine uel ligni. et cu-
ra eius.

Occingit aliquādo q̄ ſpi-
na uel lignum intrat in iū-
cturas pedum uel genua.
uel in aliquam partē cru-
ris. ⁊ intra carnes remanet. propter
quod vulnus uel totum crus tumef-
cit. ⁊ maxime ſi neruum tangat. et ſic
cogitur claudicare. **CURA.**
Abraſat ſuper vulnus ⁊ vndiq; cir-
ca ipſum pilus. ⁊ tria capita lacerta-
rum aliquantuluꝝ trita ponantur ſu-
per vulnus. ⁊ cum pecia faſcietur.
Ad idem valent radices arundinis ⁊
radices diptami trite et ſuperpoſite.
Idem faciunt limaces cum butiro tri-
te. et cocte poſtmodum et ſuperpoſi-
te. que medicine ſepe renouate lignūz
uel ſpinam infixam carni mirabiliter
ad exteriora deducunt. **E**t nota q̄
ad omnem inflationem mollem ⁊ re-
center factam que fit p̄ter naturāz
ex percuffione aliqua in genibus uel
iuncturis uel in aliqua parte crurūz
ſatis ualet decoctio mixture ſubſcri-
pta. videlicet accipiatur paritane
abſinthii brance vrcane de folijs
quod tenerriſſimum eſt. et etiam cum

anxungia porcina ueteri tam diu tel-
rant. q̄ optime misceant. ⁊ postea in
aliquo uase buliant continue agita-
ta ⁊ cocta calida quantum pati po-
terit super loco leso ponant. ⁊ cū pe-
cia fascientur ⁊ sepius renouent.

De gallis ⁊ ipsarum cura

Hunt galle sepe naturali-
ter circa iuncturas. ⁊ sepe
accidentaliter ex fumosi-
tate fumi stabuli cruribus
maefactis. ex quo humores natura-
liter dissoluunt. fiunt etiam quando
q̄ in equo iuvene ex superfluo equi-
tatu. **CURA.** Sunt aliqui cura-
re uolentes gallas qui cum lancea sci-
dunt corium. ⁊ inde gallas extrahūt
uel resalgarum interius ponunt. quod
malum est. quia locus talis nimis ner-
uosus est. ⁊ ideo intantū dolor auge-
tur q̄ superflui humores ad locū cō-
currunt. ideoq̄ melius ē q̄ gallosus
usq̄ ad genua mane ⁊ sero i aqua fri-
gidissima ⁊ uelocissima teneat toties
q̄ galle minuant. propter coartatio-
nem aque frigide. Deinde circa iunc-
turam gallarum fiant tam per longū
q̄ per obliquum cocture decentes q̄
postea curent ut pluries est expressus

De garpis ⁊ earum cura.

Hunt garpe in iuncturis
crurum circa pedes in p-
te posteriori rūpentes ibi
corium ⁊ carnes ex trans-
uerso incidentes. ⁊ quandoq̄ per lō-
gum sepe proicientes p scissuras pu-
tredinem uelut aquam equum ardo-
re assidue affligentes. que acadūt ex
superfluitate malorum humorum ad

crura descendunt. **CURA.**

Hili iuncture sunt depilādi pri⁹ hoc
modo Accipiant calcis uiue tres par-
tes. ⁊ auripigmenti quarta. que crita
decenter cum aqua calidissima agiten-
tur. ⁊ tam diu coquant. q̄ penna im-
missa subito depiletur. ⁊ lesa iunctu-
ra garparum ex ea tantum calida q̄
tum pati poterit inungatur. ⁊ spacio
vnius hore dimittat ibidem. Postea
uero cum aqua calida locus garparū
lauetur ut pili cadant in totum. Qui-
bus euulsis lauent garpe cum decocti-
one maluarum ⁊ fursuris. ⁊ ipsorum
substantia cum pecia liget. circūcir-
ca iuncturam. ⁊ ibi dimittat a sero us-
q̄ ad mane ⁊ reconuerso. Postea uero
fiat unguentum de sepo arietis cera
⁊ resina equali mensura. ⁊ inuicem de-
center buliant. ⁊ assidue agitent. ⁊ de
tali unguento aliquantulum bis i die
garpe ungant cū pēna galline. et hoc
unguento utatur donec fissure acru-
pture garparum fuerint solidate. sp-
q̄ caueatur ab omni sorde ⁊ aqua.

Cum autem fuerint solidate allaque-
tur ⁊ incidatur vena magistra sursum
in coxa interius. ut in spaueni capil-
culo dixi. Sanguine autem ut debet
detracto garpe coquantur. ⁊ cocture
curent ut dictum est supra. Sciendū
est tamen q̄ garparum infirmitas ra-
ro perfecte curatur.

De crepaciis ⁊ ipsarum cura.

Hunt similiter egritudine
inter iūcturam cruris ⁊ un-
gulam corium rumpentes
⁊ carnem ad similitudinez
scabiei. Aliquando putredinem el-
mittentes. et ex ardore multotiens

equum dolere facientes. que solent en-
nare pluries ex fumositate stabuli cru-
ribus madefactis. **CURAT.**
Curentur ut dictum est in capitulo pre-
cedenti. excepto quod vena magistra non
laqueetur. nec crepacie aliquibus coctu-
ris sunt coquende. In precedenti ra-
men capitulo addit quod euulsis prius
pilis modo prescripto hoc unguento
utatur. Accipiat de fuligine de verde
ramo et de auripigmento et tantum de
melle liquido ut de omnibus predi-
ctis. que trita et insimul ligata uel agi-
tata usque ad spissitudinem decoqua-
tur. et misceatur cum eis aliquantulum
calcis uiue. semperque misceantur cum spa-
tula donec fiat unguentum. de quo ali-
quantulum calido bis in die ungan-
tur crepacie ipsis prius ablucis cum ui-
no albo aliquantulum tepefacto. ca-
uendo semper eas a sordibus ut pre-
dixi. hoc enim unguentum crepacias
mirabiliter consolidat et constringit.
Ad idem satis ualet fricatio fortis. et
frequens crepaciarum cum puerili vi-
rina. Item ualet si equus patiens diu
teneatur in aqua marina. **Fit etiam**
quedam alia crepacia longa et mag-
na ex transuerso in bullesio inter car-
nem uiuam et ungulam. que deterior
est aliis. et magis equum affligit que
non curatur unguentis. nec aliis me-
dicaminibus. nisi cocturis. et ideo ip-
sa crepacia in extremitatibus suis cum
ferro in capite rotundo funditus est
coquenda. nam beneficio ignis ipsa
crepacia non potest augeri. sed minui

De cancro et ipsius cura.

Cancer fit circa iuncturas
crurum iuxta pedes. et quam-
doque in aliis partibus cru-
ris uel corporis veniens
ex aliquo vulnere ibi facto. et post-
modum per negligentiam antiquato
cum equus habens vulnus in iunctu-
ra predicta equitatur per turpitudi-
nes aut aquas. **CURAT.** In qua-
cumque sit parte corporis hoc modo cu-
ratur. Accipiat succus affodillorum
in bona quantitate et agitetur diu cum
duabus partibus calcis uiue et tertia
auripigmenti subtiliter triti. Deinde
ponatur in quodam vase fictili opila-
to postmodum. ne fumus uel uapor
inde possit exire. et tantum dimittatur
bulire et coqui quod in puluerem rediga-
tur. et de tali puluere mittatur in vul-
nus. **Corrificato cancro** curetur uul-
nus cum albumine oui et aliis ut su-
perius continetur. abluto prius semper
cancro cum aceto. **Signum autem mor-**
tificationis cancri est cum vulnus cir-
cumquaque tumescit. **Ad idem** ual-
et stercus humanum puluerizatum et mix-
tum cum tartaro combusto equali me-
sura. **Item** ualet ad idem tartarus
combustum cum sale minuto mixtum
et superpositum. **Item** aliud me-
dicamen melius mortificans cancrum
Allium bene tritum cum pipere et pi-
retro et aliquantulo anxingie porci-
ne veteris tritis adinuicem mittatur
in vulnus cancri. et stricte ligetur. et
bis in die mutetur. donec cancer mor-
tificetur. Deinde curetur vulnus ut di-
xi. **Et nota** quod predictae medicine sunt
bone et multum conuenientes in locis
neruosis. et in arteriis undique intrica-
tis et uenis. nam in talibus locis non est

utendur cocturis. sed in carnosus eis
uci nullatenus est uerendum. immo cū
cocturis facilius curat in ipsis.

De fistula. et eius cura.

S vulnus predictum can-
cri et ipse cancer antiquet
et non curet. conuertat in
fistulam. que est deterior
et difficilior ad curandum. Sed solz
curari aliquando cum affodillorum
pulvere immiscendo eidem de pulue
re auripigmenti quantum de calce ui-
ua. ut uiolentior fiat. Item aliud ui-
olentius ad sanandum fistulam. Ac-
cipiat calx uiua et tantūdem auripig-
menti. que puluerizata decenter agitē-
tur cum succis allui cepe et ebulli equa-
li mensura. et sufficienter bulliāt in mel-
le liquido et aceto. et agitentur conti-
nuo. donec fiat unguentum. de quo
mittatur in fistulam bis in die. uulne-
re cum aceto fortissimo prius abluto.
Ad idem accipe auripigmentum ver-
deramum calcem uiuam equali pon-
dere. et de attramento et piretro et cuz-
aceto et melle aliquantulum decoquā-
tur. et semper agitentur. et de ipso ve-
lut in magdaleones bis in die mittatur
in fistulam donec mortificata erit. ab-
luto semper vulnere cum aceto. Item
aliud uiolentius omnibus supradic-
tis. Resalgarum puluerizatum cum
salua hominis agitatum itromittat
intus fistulam moderate. Est autē sig-
nam mortificationis eius quādo tu-
mescit et rubet. Mortificata uero fis-
tula curet vulnus. ut in aliis vulneri-
bus continetur. Si uero in locis car-
nosis crearetur fistula. fiat per omnia
ut in cura canceri continetur.

De morbo malpiconi. et cura eius

Et et alia egritudo q̄ uul-
gariter dicit malpiconuz
que fit proprie in bulletis
ungularū equi ubi carnes
uiue iunguntur ungulis. que uelut in-
fusio impedit equi gressus. Et quan-
doq̄ fit in uno pedum. et quandoq̄
transit ad omnes si non curet instan-
ter. et quandoq̄ facit ulcera euenire in
lingua equi. Accidit autem de leui ex
malis humoribus ad ipsum locū de
currentibus. et sepius ex stabuli fumo
sitate. pedibz ab aqua et sordibus nō
siccatis. **CCXXII.** **C** Primo equi
patientis ungule usq̄ ad subtilitatez
preparentur deinde cum rosuetā fer-
rea bulletia pedis usq̄ quasi ad uiuū
ungule āmbilet. ut bulletia possit un-
diq̄ euaporare. Deinde ab utraq̄ p-
te bulletie fleubothomet. ut inde eua-
cuentur humores qui ad locum con-
currerunt. uel cum ferro cuspidē ab
utraq̄ parte funditus decoquatur. et
semper caueatur a sordibus et ab aq̄
et non debeat fatigari. Postea uero fi-
ant pulces de furfure et aceto que si-
mul bulliant et quotidie agitētur. que
tantum calida quantum pati pote-
rit super quadam pecia bene ampla
extendatur. et circa pedem lesū po-
natur. et bis in die mutet. et ab herba-
rum comestione caueatur omnino. ac
etiam de aliis rebus parūz comedat
donec fuerit liberatus. nam herbe ce-
teraq̄ cibaria multa humores augmē-
tant.

De furina et cura eius
Et etiam quedam infirmi-
tas que furina uulgariter
dicitur. inter iuncturam

pedis. et pedem supra coronam prope impasturam. que accidit ex percussione in aliquo loco duro. et etiam occasione male et indecentis pedice solz sepius euenire. que nisi adhuc cum e recens curet efficit super os durissimum cum ueterascit. extendens se aliquando vniuersaliter per coronam. Cui subueniendum est siue sit recens siue fuerit antiquata. ut dictum est in cura suprossi. Et nota quod hec infirmitas plurimum impedit gressus equi. quia locus ubi furina orit nervosus est et plenus venis et arteriis vndiqz intricatis.

De egritudinibus pedum et ungularum. et primo de morbo site. et cura eius

Quamplero tractatu de lesionibus membrorum equi et curium. Restat dicere de infirmitatibus ungularum et pedum. Et primo de sita que fit in equi ungula siue pede. ungulam usque ad tuellum intrinsecum per medium scindens. et quandoque incipit a corona pedis. et tendit per longum inferius usque ad extremitatem ungule seu pedis emittens aliquando vium sanguinem per scissuram. Accidit autem ex lesione tuelli intra ungulam existentis. cum hec infirmitas initium et caput habeat a tuello. Et quandoque accidit cum equus est iuuenis propter ungule teneritatem nam percutiendo uel acriter premendo in aliquo loco duro ledit tuellus tenerimus ut dixi. propter que elaudicat equus cum sepius equitat. **¶** **¶** Inquirantur radices site uersus tuellum iuxta coronam pedis inter viuum et mortuum ungule cum ros-

necta. et desuper incidat quousque ungula incipiat sanguinare. Deinde accipiat serpens et minutatim incisus ab iectis cauda et capite. in quodam vase oleo communi pleno decoquatur tantum quod carnes serpentis in oleo liquefiant et ab ossibus separentur. et de his fiat unguentum. ex quo aliquantulum calefacto radices site bis in die ungant. donec sita mortificet. et ungula in statum pristinum reducatur. Semperque cauendum est. ne pes patiens a sordibus uel aqua tangeat. et quod equus herbas non comedat ullo modo.

De supposta. et cura eius.

Hec lesio que supposta uocat inter carnem uiuam et ungulam. faciens rupturam carnis ibidem. que si antiquat sepe cancer efficit. Et accidit cum casu pes equi ponit super alium pedem. **¶** **¶** Statim cum fit vulnus occasione predicta incidatur cum rosnecta tantum de ungula circa vulnus. quod ungula carnem uiuam non premit nec tangat eandem. nam si premeret. consolidatio impediretur omnino. Abscisa autem ungula circumque ablutoque vulnere cum uino calido uel aceto curet et solidet vulnus ut in precedentibus continet. semperque caueatur a sordibus et aqua. donec vulnus fuerit solidatum. Si uero per negligentiam redigatur in cancerum curet ut in capitulo cancri continet. Si autem conuertatur in fistulam. curet ut in fistule capitulo est contentum.

De spontatura ungularum. et cura eius.

Accidit aliquādo q̄ equi
infusio non curata descen
dit ad pedes sub ungulis
cui si recēs est succurratur
hoc modo. **E**xtrimitas ungule in p/
te anteriori cuz rosuetā parua cane
tur funditus donec uena magistra q̄
illuc tendit cum rosuetā rumpatur ⁊
sanguis fluat usq; quasi ad debilita
tem equi. ⁊ si expedierit idē in aliis
pedibus claudicantibus fiat. **P**ost
extractionem uero sanguinis imple/
atur vulnus sale minuto. ⁊ super ip/
sum ponat̄ stappa in aceto infusa. de
inde ligetur fascia nec dissoluat̄ usq;
ad diem terciū Deinde curet̄ uuln⁹
cum puluere galle uel mirri ⁊ lentisci
bis in die abluto semper prius vul/
nere cum aceto. ⁊ a sordibus ⁊ aqua
caueatur donec fuerit liberatus.

De dissolutura ungularum ⁊ cura
eius.

Suero hūiores decursi ad
pedes occasione ifusiois
iā dicte inter ungulas ex
incongrua cura fuerint ā
tūq; oportet pedes claudicantes pe
nitius dissolari. ut hūiores ⁊ sanguis
ibidem inclusi euacuent̄ in totum **I**n
cidat̄ ergo sola subtus ungulā circa
extrimitatem ungule cuz rosuetā de
inde uiolenter extirpetur extrinsecus
⁊ stappa in albumine oui sufficienter
infusa ponat̄ in vulnus. ⁊ pes totus
optime fasciet̄. ⁊ sic dimittatur usq;
ad diem sequentem. **P**ostea uero ace
to fortissimo aliquantulū calido ab
luatur vulnus. ⁊ de sale minuto ⁊ car
taro impleatur. ⁊ supponat̄ stappa
in fortissimo aceto infusa. ⁊ pecia fas

ciet̄. ⁊ sic usq; ad diem terciū dimic
tat̄. deinde bis in die cuz aceto ablu
atur ⁊ superaspergat̄ de puluere gal
le uel mirri aut lentisci. quia carnes cō
solidant ⁊ hūiores constringunt ablu
to semper vulnere prius cum aceto. ⁊
talis curatio fiat usq; ad carniū cō
solidationem. ⁊ ungule renationem.
⁊ semper caueatur pes lesus a sordi/
bus ⁊ ab aqua. **A**d idem aliud un
guentum utendum post appositionē
salis ⁊ tartari. consolidatiuum carni
um ⁊ prohibens fluxum humorum.
Accipiat̄ puluis olibani mastice ⁊
picis grece ⁊ aliquantulū sanguinis
draconis. ⁊ misceantur cuz cera noua
liquefacta. ⁊ tantundem de sepo ari
etis ⁊ buliant simul ⁊ fiat unguentū
quo aliquantulum calido utat̄ in cu
ra predicta. **E**t nota q̄ multe sunt in
firmicates in quibus oportet ungu/
las dissolari. **I**n quibus omnibus ē
predicta cura utendum. **I**tem ad hu
mectandum singulas ungulas ut le
uius preparēt̄. **A**ccipiat̄ malua pa
ricaria furfur ⁊ sepum. ⁊ omnia siml̄
buliant ⁊ agitentur continue. ac de di
cta decoctione sufficienter calida un
gule cum pecia inuoluantur.

De mutatione ungularum. ⁊ cu
ra eius.

Sepe accidit q̄ desidia ma
riscalchi hūiores decursi ad
pedes equi ⁊ diu inclusi ī
tantū itus ungulā atiquā
tur. q̄ ungulā a tuello intrinseco sepa
rant exeundi uia querētes **A**ccidit eti
am aliquādo q̄ ungula penitus ⁊ subi
to separat̄ a tuello ⁊ cadit ppter fu
rorē multorum hūorū ad ungulam

et tuellum transierit minus periculo-
sum existit. quia tuellus non ledit. ni-
si ex latere. Sic autem curatur inclau-
atura. prius usque ad vitum funditus
detegat incidendo per longum ungu-
lam. et ampliando circa vulnus decē-
ter. et circumincidatur ungula lesioni
propinqua. ut vulneri non cohereat
ullo modo. Inclauatura autem discoo-
perta vulnus abluatur forti aceto. et
impleatur de sale minuto. et coopert-
atur cum stappa in aceto posita. et cum
pecta fasciet. et curetur lesio bis in die
ut supra narraui. Si autem sit tertia
species que non ledit tuellum sed vi-
uum ungule tangit et ledit fiat idem
omnino ut in secunda specie dixi. ad-
iungit tamen ei quod discooperta prius
inclauatura decenter. exterius ungule
incidat usque ad lesionem clauelli. ut
nihil turpitudinis vel alterius rei pos-
sit intra lesionem aliquo modo reti-
neri. Et nota quod omnes alie inclauatu-
re que non tangunt neque ledunt tuel-
lum intrinsecum possunt leuiter cura-
ri attentis prius lesionibus prout de-
bet hoc modo. Sepum vel cera vel ole-
um vel aliud vinctuosum calidum cum
sale vel tartaro tritis fortiter mittat
in vulnus. Item valet fuligo cum oleo
agitata. Item valet ad idem albumen
oui cum aceto et oleo agitata. Et
nota quod ad omnes lesiones pedum et
ungularum que accidunt occasione
clauelli vel ligni vel alterius rei intra-
tis in vitum ungule antequam ungula
vel pes tangat ut inclauatura inqui-
rat ut conuenit. fiant pulces de fur-
fure sepo et maluis que omnia bulliant
cum aceto usque ad spissitudinem. et ca-
lida quantum pati poterit. et in qua

dam pectia posita super pedem lesus
ligentur. et sic a sero usque mane vel eodē
uerso dimittantur nam hec dolores mi-
tigant. et poros vugule temperant et
humectant. ut facilius ungula incida-
tur. semperque ab equitatu aqua et sor-
dibus caueat. Accidit etiam quod aliqui
imperitia medicantis inclauatura non
bene attingit nec curatur. Unde con-
tingit quod putredo lesionis inclusa in-
tra ungulam facit sibi viam inter car-
nem et ungulam ut exterius egrediat
rumpens carnem supra pedem. ibique
efficit quoddam vulnus emittens pu-
tredinem. quod vulnus curari debet
ut supra in eodem capitulo dixi. In-
clauatura tamen iterum requirat et at-
tingatur usque ad vitum. Deinde cure-
tur ut in aliis inclauaturis predixi.

**De morbo qui dicitur ficus et
cura eius.**

Accidit quandoque quod pes
leditur subtus ungulam in
medio sole ex ferro et alia
re dura intrante usque ad tuel-
lum. ex quo tuellus leditur. ex qua le-
sione cum ungula non inciditur circū-
quaque ut debet. nascitur a tuello que-
dam carnis superfluitas. que super-
rat sole superficiem ad modum ficus
et ideo ficus vulgariter nominatur.

Curatio. Prius de ungula que
circa vulnus est incidatur funditus in-
tantum quod fiat conueniens spacium in-
ter solam pedis et ficum. Postea usque
ad sole superficiem incidatur ficus. et
extincto sanguine spōgia marina su-
per ficum ligetur. ut ipse ficus ad tu-
ellum funditus corrodat. et spon-
gia non moueat inde donec remanēs

ficus fuerit in totum corrosus. Post
ea uero curet lesio ut dictum est in al
liis lesionibus pedum. In defectum
tamen spongie multum ualet puluis
affodillorum uel alterius rei corrosi
ue predicto resalgaro excepto. quod
immoderate uiolentum existit. Et est
cauendum ne ibi omnino coctura fi
at nam cuellus propter teneritatē su
am posset taliter ledi. q̄ ungula diui
deret ab ipso.

De generalibus signis egritudinis
equorum.

Equus claudicans de pe
de anteriori si non premit
terram nisi cum puncta pe
dis in ungula patitur.

Equus claudicans si non plicat pas
suralia uel iuncturas circa iuncturas
est lesio. Si equus claudicans anteri
us in reuolutione a dextris uel sinis
tris fit claudicantior. in spatulis do
lor existit. Si equus posterius clau
dicans in sua reuolutione fit claudi
cantior in ancha est passio. Si equus
portans dorsum depressum uersus ter
ram faciat in egressu passus minutos
et crebros pectoris lesione grauatur.

Si equus anterior claudicans cum qui
escit ponit pedem claudicantem ante
alium nihil sustinens super ipsum in cru
re uel spalla patitur. Si equus claudi
cans posterius non sustinet se nisi in
puncta pedis posterioris. et in motu
suo iuncturam non plicet. uere in iun
ctura est lesio. Si equus habens do
lores intra corpus habet continue au
res et nares frigidas et oculos conca
uos. semiuiuus esse censetur. Si equus
habens antiquior flatu naribus emit

tat frigidum. et habeat oculos conti
nue lacrimantes. quasi mortuus iudi
catur. Equus habens infirmitatē quā
moyre uel uermis uolatiui in capite
emittens per nares humores continue
uelut aquam pinguem et frigidā. uix
euadet. Si equus habens infirmitatē
aragaiaci emittat in tantum per anū
stercora liquefacta. quod nihil sumi in ei
uentre remaneat. et per effusionem nō
cesset infirmitas. in proximo morietur.
Si equus habens egritudinem niula
rum subito et uniuersaliter redigit in
sudorem et omnia eius membra tremū
non uidetur euadere posse. Si equus
habens egritudinem frigiditatis ca
put inflatum habens et oculos tumi
dos et caput defert ualde deorsum pē
dens et extremitates auricularum pē
dentes et frigidas. et nares similiter fri
gidas. uix aut nūquā euadet. Si equus
patiens morbum strangulionis cum
difficultate ac somitu narium et guttu
ris spiritū emittit. et totum guttur in
flatum habet difficilime liberatur.

De mulis.

Non quem mulorum genus cre
are delectat equam mag
ni corporis solidis ossi
bus et forma egregia debet
eligere in qua nō uelocitatē sed robur ex
quirat. Eius etas quadrima usque de
cennem existat. Ex equo et asina. uel
asino et equa creantur multi. sed gene
rosius nullus est huiusmodi animal
quod ex asino et equa generatur.
Admissarij ergo asinus sit huiusmo
di. Corpore amplo solido musculo
so. strictis et fortibus membris. nigri

uel murini coloris. aut rubei. qui ta/
mē discolorēs pilos ī palpebris aut
auribus gerit uariabit soboles ple/
rumq; colorem. **A** minor triennio. ma
ior decennio non debet admitti. **S**i
asinus uisam equam fastidit. ostēdaz
prius asinam donec uoluptas sollici
tet postea subducimus. et tunc equaz
ineitata libidine non spernet. et rap/
tus illecebris sui generis in permixtu
one consentiet alieni. **E**tas muli cog/
noscit dicitur ut equorum. **S**i nascantur
et morentur in montibus durissimis un
gulis fiunt. **S**i uero in palustribus aut
vliginosis nati sunt ungulas habēt
molles. **E**t ideo tales cum anniculi
sunt debent a matre repellī et per mō
tes asperos pasci. ut eorū ungule du
rescant. et ne itineris laborem in etate
tenera solidati contemnant. **A**nsi/
bus duodecim ut equi morantur in vē
tre matris. **A**ccidunt mulis egritudi
nes aliquę sicut equis. que cognosci et
curari possunt ut satis plene dictum
est supra in tractatu equorum.

C De asino.

Asinorum genus qui face
re uult bonum. primū vi
dendū ut mares feminas
q; bōa etate sumat. firmas
omnibus partibus. corpore amplo.
semine bono. ex his locis ubi opti
mi exeunt. **H**orum genera sunt duo.
vnum ferum. quos uocant onagros
In frigia et licaonia ubi sunt greges
multi feri. **A**lterū mansuetum ut sunt
in ytalīa omnes. **A**d seminationem
onager idoneus. qui e fero fit māsue
tus facile. et e mansueto ferus nunq̃.
Qui similes parentum nascuntur eligē

ti et masculus et femina. **C**ōmode pas
cuntur farre et fursuribus ordeaceis.
Admittuntur ante solstitium estiuū. ut
in eodem tempore alterius anni pari
ant. **D**uodecimo enim mense concep
tum semen reddunt. **P**regnantes ope
re alleuande sunt. **V**enter enim ex la
bore deteriores reddit nationē. **A**u
res uero labore alleuande nō sunt. eo
q̃ remissione laboris deteriores fiūt.
In pastu eadem fere seruanda sunt q̃
in equis. **P**ost partum ante annum
pulli nō sunt remouēdi a matre. **P**roxi
mo anno noctibus patiantur esse cum
eis. et leuiter capistris. alia uero qua re
habeantur iuncti. **T**ercio anno do
mari incipiūt. et instrui ad eas res ad
quas quis eos uult habere in usu. nā
aliqui eos non eligunt nisi ad hoc ut
onera portent. alii ut molas ducant
nonnulli ad uehendū eos disponūt.
et pleriq; ad arandum. ubi leuis ē ter
ra. **A**ccidunt eis aliquę egritudines. q̃
cognosci et curari possunt ut in equis
curantur.

De grege bouum quales debent es
se vacce et tauri.

In bubulo genere gradus
boz quatuor dicuntur eē
Primi uitulorum. secūdi
iumentorum. tercii boū no
uellorum. quarti uetulorum. **S**ui gre
gem armentorum emere uult obserua
re debet primum ut sint vacce ad fru
ctus ferendos etatis potius integre
q̃ imperfecte. bene compositę. ut om
nia membra sint grossa. et inuicem si
bi respondeant. altissima forma. cor
poris longi. uteri capax et longi.
lata frōte. oculis nigris et gradibz

pulchris cornibus. et precipue nigris pilosis auribus. compressis malis. pallearius maximis. apertis naribus. ceruicibus grossis. ac longis a collo. latis humeris. cruribus nigris et paruis. Cauda profusa ad calces inferiori parte frequentibus pilis subcrispis. rectis genibus. ungulis breuibus. et paribus. corio ad tactum non aspero neque duro sed grosso potissimum nigro deinde rubeo. tercio geluo. quarto albo. mollissimus enim hic est. primus durissimus. ceteri medii. Etatis maxime trime. quia usque ad decennium fetus ex his procedit utilior. Tauri cognoscuntur his signis ut sint alti atque ingentibus membris. Etatis mediae. et magis qui iuuentute minor est. quam qui declinat in senium. Torua facie paruis cornibus. torosa uastaque ceruice. uentre substricto. Et qui ex his nati sunt respondent ad parentum species. Et quibus regionibus nati sunt refert. meliores enim in una. deteriores in alia ut experientia docet.

Qualiter vaccae et tauri teneri debent. In armentis hyeme maritima estate opaca et frigida paremus. montana maxime. quia melius fructetis et internascente herba saturant. Quis circa fluuios recte propter amena pascant. feture tamen aquis tepidioribus adiuuant. unde utilius habent ubi pluuialis aqua tepentes format lacunas ut ait Paladius. stabula utilia sunt saxo aut glareis aut arena uel lapidibus strata. deuexa aliquatenus ut elabi possit humor. parti meridiei aduersa. propter flatum glaciales. qui

bus aliquis obsistere debet obiectus. Cauere oportet ne aut angustius steterint aut feriantur aut concurrant. Et quia eas estate tabani concitare solent et bestiole quedam minute sub cauda ne committent includant septis. his substermini oportet frondes uel stramen aliud. ne quid in cubilia quo mollius requiescant. Estate ad aquam his applicande in die sunt in hyeme semel. Cum parere ceperint quod fieri solent de mense aprilis. iuxta stabula pabulum seruari oportet integrum. quod regredientes degustare possint. ut sufficere possint tributo laboris et lactis. fastidiosae enim propter partum fiunt. Et prouidendum quo recipiunt se ne frigidus locus sit. aliorum enim et fames eas marcescere cogit. et nocte lactantes cum matribus ne cubent. obteruntur enim ad eas mane adigi oportet et cum redierint e pastu. Custos diligens debet uetulis et sterilibus amotis nouellas subinde conducere. et steriles aratro et laboribus deputare. Si que amiserunt uiculos eis supponere oportet eos quibus non satis probent matres.

Qualiter tauri debent admitti. Propter fecuram hoc seruari debere oportet ut ait Varro. Ante admissuram per unum mensem cibo et potu se non impleant. quia estimantur facilius matre concipere. Contra tauri duobus mensibus ante admissuram herba palea et feno debent fieri pleni ores et securi a feminis. Deinde in gremio redigi mense maii circa finem uel toto iunio. et in initio iulii secundum

Paladium. ut que tunc concipiunt. re-
peratissimo tempore anni pariant.
Vacce enim decem mensibus sunt p-
nantes. Ante bimam etatem eis tauri
non debet admitti. ut crine pariant.
et melius si admittantur in trima etate
ut quadrime pariant. Afferunt greci
si mares creare uolueris. sinistru-
rum in coitu ligandum testiculum. si fe-
minas dextrum. eo quod semine dextri ge-
neret masculum. sinistri feminam. Tau-
ri diu ante admissuram sunt abstinere
di. ut cum tempus erit admittendi a-
crius in causas feruoris iucumbant.
Sexaginta vaccis duo tauri suffici-
unt secundum Varronem. Sed Pala-
dis ait quod xv. uacce sufficiunt uni tau-
ro. Si abundantia pabuli est in regi-
one qua pascimus potest annis om-
nibus in fecuram uacca submitti. Si
deest sunt alternis annis onerande.
maxime si alicui operi consueuerint
seruire.

Eu aliter uiculi debent teneri. et qui
castrari et domari possunt et qualiter.

Quam creuerint uiculi leu-
de sunt matres pabulo ui-
ridi obiciendo in presepis
Item hiis ut fere in omni-
bus stabulis lapides substernendi sunt
uel quid aliud ne ungule putrescant.
ab equinoxio autumnali una pascu-
tur cum matribus. Castrari non debent
ante biennium. quia difficulter si an-
te feceris se recipiunt. qui autem po-
stea castrantur duri et inutiles fiunt. Ca-
strantur autem secundum Paladium sic. Ali-
gato enim vitulo ac deiecto testicu-
li eius scissa pelle clauduntur ignitis
securibus. aut dolabris. uel quod est
melius formato ad hoc ferramento.

ut gladii similitudinem teneat. Ita enim
circa ipsam regulam ferri acies impri-
mitur. vnoque ictu moram doloris bene-
ficio celeritatis assumit. et vstis uenis
ac pellibus a sanguinis fluxu cicatrix
quodammodo cum ipso vulnere na-
ta defendit. vulnera uero castratorum
cinere sarmenti et spuma liniantur argen-
ti. et potu castratus abstineat. et cibis
pascatur exiguis. et sequente triduo ei pre-
beantur arborum tenues et tenere sum-
mitates. et fructu molli. et herbe ui-
ridis coma. Bice etiam liquida mix-
to cinere sunt et oleo modico vulnera
diligenter ungenda. quod uerum pu-
to cum sine ferro ignito castrantur. sed
si cum ferro acuto ignito castrantur non
est necessaria presens cura. Semestri-
bus uiculis dentur furfures triticei et
farina ordeii et tenera herba. et ut bi-
bant mane et vespere curetur. Circa fi-
nem martii vel aprilis initium domandi
sunt boues trimi. nam post quin-
quennium domari non possunt. eta-
tis duricia repugnante. Capite ergo
statim domentur. qui quidem prius
cum teneri sunt frequenti manus at-
rectatione mansuescant. sed stabulum
nouum boues largioribus spatiis ha-
bere debebunt. Ad stabula ducantur
quorum si nimia fuerit asperitas uno
die ac nocte vinculis et ieiuniis miti-
gentur. Tunc appellationibus blan-
dis et illecebris oblato. non a la-
tere neque a tergo. sed a fronte accedens
bubulcus admulceat nares. et terga per-
tractet. sic tamen ne aliquem calce uel
cornu percutiat. quod uicium si in pri-
mordus affectauerit obtinebit. Alii
qui eos inter se coniungunt et docent
eos onera leuiora portare. et quod v3

utile ē. si arationi parāt subacto pri
us solo exercēdi sunt aut arena. quos
ad uecturam paras. fac primum ma
nia ducere plaustra. Et si possis p vi
cum aut oppidum ubi sit strepit⁹ du
cas. Et quem feceris dextrum fac eti
am sinistrum ⁊ sic laboranti requies
erit. Vbi terra leuis est. non fortibus
bobus. sed uaccis ⁊ asinis uti potes
⁊ in leui plauistro similiter ⁊ ad molā
olei facile ut nouus labor adhuc tene
ra colla non quasset. Expediior au
tem domandi ratio est. si asperū bo
uem mansueto ⁊ valido boui iungas
quo ostendēte facile ad omnia coge
tur officia. Si post domituram decū
bet in sulco non afficiat igne uel ver
bere sed potius cum decumbit pedes
eius ita ligentur uinculis ut nō pos
sit progredi aut stare uel pascere. quo
facto. siti ⁊ fame laxat⁹. carebit hoc
uicio.

C De bobus quales debent emi. ⁊ q̄
liter teneri. ⁊ de cognitione bonitatis
ipsorum ⁊ etatis.

In bobus emēdis hec sig
na spectent. ut sint nouel
li quadratis grandib⁹ mē
bris. solidi corporis. mus
culis ubiq⁹ surgentibus. Magnis au
ribus lata fronte ⁊ crispa. labris ocu
lisq⁹ nigrantibus. Cornibus robustis
ac sine curuature prauitate lineatis.
patulis naribus ⁊ sumis. Cervice toro
sa atq⁹ compacta. palearibus largis
⁊ circa genua fluentibus pectore grā
di. armis uastis. uētre nō paruo por
rectis lateribus. latis lumbis. dorso
recto ⁊ plano. cruribus solidis ⁊ ner
uosis. ⁊ breuib⁹ ungulis. magnis cau

dis longis ⁊ setosis. pilo totius cor
poris dēso ⁊ breui. rubei maxime co
lonis ⁊ fusci. Melius autem boues d
vicinis locis comparabimus qui nul
la soli aut aeris uarietate terrētur. uel
si hoc deest. de locis similibus ad si
milia transferemus. Illud est ante oī
nia curandum. ut uiribus ad traben
dum comparentur equales. ne valen
tioris robur alteri procuret exitum.
In moribus autem hec considerāda
sunt. sint arguti. mansueti. hortamen
ta timentes clamoris ⁊ verberum. ci
bum appetentes. Sed si regionis ra
tio patitur. nullus cibus est melior q̄
uiride pabulum. ubi uero deest eo or
dine ministretur quo pabuli copia ⁊
laborum coget accessio. tenendi sunt
boues in talibus stabulis. ut de vac
cis dictum est supra. uidelicet stratis
⁊ bene clausis. ut pedes ⁊ ungule cō
seruentur illese. ac ipsi defendi possint
a gen⁹ alis musculis ⁊ tabanis. Etas
ipsorum cognoscitur. quia mutāt dē
tes anteriores post annum completū
ante decem uel octo menses. Deinde
post sex menses successiue mutāt p̄x
imos. donec in tribus annis mutaue
rint omnes. ⁊ tunc in bono statu exi
stunt omnes. in quo perseverant usq⁹
ad decem uel duodecim annos. et
cum sunt in statu dentes habent pul
chros equales ⁊ longos. ⁊ cum senes
cunt minorantur demigrantur et cor
roduntur.

C De infirmitatib⁹ boū ⁊ cura ipoz

Sciendū est q̄ egritudines
multe accidunt bob⁹ qua
rum una est. q̄ in capib⁹

eorum multiplicat reuma. que uulgariter dicitur gutta roiba. et fit ex superflua comestione et potu. et proprie nimis humidarum herbarum. et ex nimia requie et aeris humiditate superflua. et cognoscitur quia inflant ipsorum vultus et oculi. ex qua bos moritur si non curetur. Sed curatur quia statim fleuothomandus est bos infirmus de uena que est sub lingua scilicet quod duo quasi coctie seu glandule que sunt ibi signentur in pluribus locis cum puncta cultelli bene incidentis. ita quod multus egrediat sanguis. et cum tubulere fiat fumigium ad nares eius. Item accidunt eis febres ex immoderato labore et calore. Et morborum cause ut ait Varro in bobus hec fere sunt. quod laborent propter estus aut propter frigora. aut propter nimium laborem. uel contra propter nullam exercitacionem. aut si cum exercueris statim sine interuallo cibum aut potum dederis. Et cognoscunt cum februnt. quia sunt calidi tactu. et maxime in lingua et auribus. et anhelitus ipsorum est spissus et calidus. Quibus subueniri debet cum regimine frigido. scilicet quod a labore omnino cessent. et in loco frigido teneantur de frondibus salicium et uitis cooperiti. Et comedant frondes salicium et frigidas herbas. et ordeum coctum infrigidatum et farinam eius. Et bibant aquam in qua bulierint frondes salicis et frigidarum herbarum. et ordeum infrigidatum. Et si uidebunt nimis repleti. de ipsorum sanguine minuatur. Item bibant aquam malorum acrium et prunorum. et ipsa mala et pruna edant. vel secundum Varronem curatur hic morbus quod perfundit aqua

et perungitur oleo et uino tepefacto et sustinentur cibo. et iniicitur aliquid. ne frigus cedat. Sitienti aqua frigida datur. si hoc non proficit demit sanguis maxime ex capite. Item opilat et ingrossatur splen ipsorum de quo non liberantur. sed diu sic infirmi existunt. Et cognoscuntur quia bulliunt siue cussunt. et maxime cum trotare coguntur. Item inflantur boues ex cofricatione uel uentositate in ipsorum uentribus generata. Et cognoscuntur quia si manu uel digito super fontanellis que sunt iuxta posteriores artus percutiuntur sonat ut tympanum et visu inflati apparent. et dolore torquentur. et quandoque in terram se prosternunt. et libenter iacent. Curantur autem clisteri uel cannulo de quibus dictum est supra cum tractabatur de doloribus equorum. uel cum manu pueri oleo uncta extrahantur feces. uel incidat uena caude cum acuto cultello per quatuor digitos longe ab ano de subtus. Item leduntur in collo ex nimia oppensione indecentis iugum. et maxime cum pluuie ceciderint super collum. et quandoque fit ibi ruptura. propter humores ibi concurfos. que curatur cum medicinis consolidatiuis carni et generatiuis cutis scriptis in curis egritudinum equorum in pluribus locis. Et etiam cum aliis quibus mariscalchi bouum utuntur. et precipue cum unctione grippe. Item leduntur a spinis uel aliis rebus acutis et duris intransibilibus in pedes ipsorum uel alibi casualiter. ex quibus claudicare coguntur. Et curantur si extrahatur quod intravit in pedem uel aliam partem cum radicibus arundinis tritis uel

uel cum radicibus diptami superposi-
tis ⁊ pectia fasciatis. Vel cuꝫ aliis me-
dicinis de lesione spine scriptis ī tra-
ctatu equorum. ⁊ curantur ut dictuꝫ
est ibi. Item accidunt eis multe alie e-
gritudines occulte. ⁊ alique manifeste.
⁊ laxitudines que proueniunt ex ni-
mio labore atqꝫ calore. Que cognos-
cuntur ex eo qꝫ non comedunt. uel so-
litum modum comedendi mutant ⁊ li-
benter iacent. ⁊ ex calore linguam ex-
trahunt. ⁊ multe alie mutationes pos-
sunt in eis uideri ab hiis qui eos sa-
nos ⁊ incolumes cognouerunt. Bo-
ues autem sani ⁊ fortes ⁊ agiles cog-
noscunt. quia facile se mouent cuꝫ tā-
guntur uel pungunt. Et habent mem-
bra grossa ⁊ auriculas eleuatas. Pul-
chri autē ⁊ fortes generaliter cognos-
cunt. si omnia membra grossa sunt ⁊
⁊ sibi inuicem bene respondent. Hos
sunt etiam alie infirmitates accidere
bobus quas cognoscere possunt ⁊ cu-
rare nouerūt optimi mariscalchi boū
qui multis annis in talibus sunt exp-
ti. Ego autem ea que uere scire potui
fideliter scripsi.

C De diuersitate seu uarietate bouz
⁊ uaccarum ⁊ de omni utilitate ipso-
rum.

Ex genere bouum aliqui sūt
nigri magni fortes ⁊ qua-
si indomitici. qui bubili uo-
cant. non bene habiles ad
plaustra ⁊ aratra sed in trahendis p-
terram magnis ponderibus exercen-
tur. ligati artificialiter quibusdam ca-
thenis. libenter morant in aquis. Eo-
rum coria non sunt adeo bona ut ali-
orum bouum. licet sint ualde grossa.

Et eorum carnes nimis melancolice
sunt. ⁊ ideo non multū bone neqꝫ bo-
ni saporis. Et licet crude sint satis pul-
chre. tamen cocte turpes efficiuntur.
Item alii sunt boues quibus cōmu-
niter utimur. quorum quidā sunt ma-
iores. qui proprie locis planis con-
ueniunt. Quidam minores qui magis
proprie exercentur in montibus. Et
quidam sunt in magnitudine ac par-
uitate mediū. qui utrisqꝫ conueniunt
locis. Amplius quidā sunt minores
quorum carnes temperate sunt com-
plexionis. ⁊ ideo bonum nutrimen-
tum humano prestant corpori. ⁊ eo
robur ⁊ sanitatē conseruant. Alii sunt
etatis perfecte qui proprie propter
eorum uires sunt laboribus deputā-
di. Eorum coria pro soleis calciamē-
torum sunt optima. Et eorum carnes
sunt mediocriter melancolice. nō mul-
tum conuenientes nisi habentibꝫ sto-
machum fortem ⁊ calidum. ⁊ hiis qui
grauibus laboribus exercent. Sunt
⁊ alii senes qui ad labores sunt pigri
⁊ minus utiles qꝫ predicti. Eorum car-
nes nimis melancolice ⁊ indigestibili-
les iudicantur. sed eorum coria bona
sunt. ⁊ precipue si sint grossa. Cornua
bouz sunt pedinibus apta. ossa tax-
illis ⁊ paruorum cultellorum manu-
bris. ⁊ eorum fimus stercorandis ā-
gris ⁊ arboribus ac vineis ⁊ imbuē-
dis granariis. ⁊ quibusdā aliis val-
sis ⁊ canistris. Item uaccarū que
clā sunt magne uel medie. que ab ho-
minibus tenentur propter utilitateꝫ
generandorum ⁊ nutriendorum vitu-
lorum ⁊ bouz. que plaustris ⁊ aratris
humano generi necessariis deputan-
ti. quarum carnes ⁊ coria sunt simili-

lia masculinis sed earum lac licet ad
esum et caseum sit bonum. non tamen
eis collendum. sed pro nutrimento ui/
tutorum. quorum uita uires et augmen/
tum optatur matribus dimittenduz
Alie uero uacce sunt parue. que soluz
propter lac et caseum retinent. Et ideo
post partum quindecim diebus elap/
sis occidendi sunt uituli. et esui homi/
num deputandi. quorum carnes tem/
perate ac digestibiles ualde sunt. et op/
time hiis qui in quiete morantur. lac ue/
ro et caseus satis humano esui compe/
tunt. licet non adeo perfecta ut oui/
na existunt. Eligende autem sunt tales
uacce. que non nimis parue sunt. et u/
bera magna habent.

**De ouibus quales emi et eligi de/
bent. et de cognitione sanitatis et in/
firmitatis ipsarum.**

Oues bone cognoscuntur
ab etate si nequiuule sunt
neque mere agne. nam altere
nondum. altere iam non
possunt dare fructum. sed ea melior
etas est quam sequitur spes. quam ea quam
sequitur mors. Item cognoscuntur a for/
ma. nam ouem esse oportet corpore
amplo. que lana multa copiosa sit et
molli. pilis altis et densis toto cor/
pore. maxime circa ceruicem et collum
Ventreum quoque ut habeat pilosum
esse oportet. Cruribus humilibus. cau/
dis prolixis in ytaliam. sed in siria bre/
uibus. Item cognoscuntur ex progenie
si agnos solent procreare formosos
Sanitas et infirmitas earum cognos/
citur. nam si aperiantur earum oculi et
uene sunt rubicunde ac subtiles sunt
sane. Si uero albe uel rubicunde et gros

se sunt infirme. Item si capte in pelle
colli et ante tracte uix trahi possunt.
sane sunt. si facile sunt infirme. Item si
manu capiuntur in schima prope an/
chas. et stringuntur nec flectuntur sunt
sane et fortes. si uero flectuntur sunt in/
firme. Item si audacter vadunt per
uiam sunt sane. si uero moleste capi/
te inclinato sunt egre.

**Qualiter teneri debent et pasci. et in
quibus locis.**

O pastione primum pro/
uidendum est. ut per totum
annum recte pascantur inter et
foris. In stabulo idoneo
sunt non uentoso. quod magis ad ori/
entem quam ad meridiem spectet. Ubi
stent soluz oportet esse virgultis aut
paleis uel aliis straminibus stratu/
atque procliuius. ut mundari ac purius
fieri ab humiditate urine facile poss/
sit. Non enim solum ea vligo lanas
corrumpit ouium. sed etiam ungulas
scabras fieri cogit. Quia aliquot dies
steterint subucere oportet alia uirgul/
ta uel paleas. quo acquiescant molli/
us. pulchrioresque sint. libentius enim
ita pascuntur. Faciendum quoque in/
firmis et hiis que agnos paruos ha/
bent septa secreta ab aliis. quo eas se/
cludere possis. Hec autem magis in villa/
ticis gregibus sunt seruanda. nam in hiis
que pascuntur in saltibus custodes se/
cum portant crates aut rethia. quibus
cohortes in solitudine faciant. cetera
que utensilia. longe enim et late ac va/
rie in diuersis locis pasci solent. Pas/
cua ouium generi utilia sunt. quam per in no/
ualibus uel pratis siccioribus excitantur

Halustria uero noxia sunt. siluestria
damnosa lanatis. Salis uero crebra
conspersio uel pascuis mixta uel can
nalibus frequenter oblata debet pe
coris leuare fastidium. nam per hye
mem si penuria est feni uel palee. vi
cia uel facilior victus ulmi aut fraxi
ni seruatis frondibus prebeat. **E**sti
uis autem mensibus pascatur sub lu
cis initio. cum graminis teneri suau
tatem roris mixtura commendat.

Quarta hora calefcente. potus puri
fluminis prebeat. uel putei uel fon
tis. **A**d uios solis ardores. aut val
lis aut arbor umbrosa declinet. **D**e
de cum ardor infrangit et solum prio
umbre uespertini roris humescit. gre
gem reuocemus ad pascua. prouiden
dumque est in hoc genere. ut pabuli u
bertate sacrentur. et longe pascantur
a sentibus. que et lanam minuunt et cor
pus incidunt. **S**ed canicularibus et es
tius diebus ita pascende sunt oues.
ut capita gregis auertant semper a so
lis obiectu. **H**yeme autem uere nisi so
lutis gelicidiis ad pascua perire non
debent. nam pruinosa herba huic ge
neri morbos creat. et tantum semel al
quare sufficiet. **C**um messes sunt faci
te teneantur in stipulis. quod est uti
le duabus ex causis. nam et caduca spi
ca saturantur. et obtritris stramentis et
stercoratione faciunt in annum sequen
tem segetes meliores. **P**er totam esta
tem surgente aurora festinanter mul
geantur ne solitum pastum perdant. et
cum dies incaluerit ducantur ut calor so
lis aut uentus urens non possit eis no
cere. **I**n uespere autem tamdiu foris
sint. quod recuperent pastum quem per
diderunt in die. **E**t cum redierint p

spiciantur ne sint calide. cum in ouili
bus includuntur. **S**i autem magnus
feruor fuerit in proximis teneant pas
cuis. ne si longius abierint non possint
recurrere ad umbracula. **N**ec pa
stores sinant eas importune aggrega
ri tempore caloris. sed semper mode
rate dispergant. **E**t cum adducuntur
calide non mulgeantur. **C**um aurora
apparuerit mox agnuculi ducant. ubi
tamdiu sint donec per seipsos ducan
tur. et tunc in frigidioribus ducantur
umbraculis. ubi sollicite custodiant.
Cum uiderint mane telas aranearum
oneratas aqua non permittant pasce
re. **S**i feruor fuerit et pluuia ceciderit
non sinantur iacere. sed ad celsiora du
cantur ubi tangantur a uento. semperque
moueantur. **C**auende autem sunt ab
herbis super quibus uenit arena. **E**t
dicte pastor expertus. quod de mense al
prilis maii iuni et iulii non sunt dimit
tende multum pascere. ne impinguen
tur nimium. sed de mense septembris
octobris et nouembris post mediam
terciam sunt tota die dimittere in pas
cuis ut impinguentur inquantum possunt
ut melius exire de hyeme possint. **A**utumno debiles precio quoque
mutentur ne imbecilliores eas hyber
num tempus assumat.

Quando debent submitti arietibus
et qualiter et quanto tempore sint preg
nantes. et quales debent esse arietes.
et quot oues sufficiunt uni.

In ense aprilis prima est a
rietum admissura. ut ag
nos iam maturos inueni
at tempus hybernium.
Fit etiam mense iuni. et etiam si fiat

in mense iulii. nati ante hyemem con-
ualescunt. Secunda fit admissura p[ro]
medium mensem octobris. ut pariāt
circa principiu[m] ueris nascentib[us] her-
bis Aristoteles asserit. si masculos cre-
are uelis. admissure tempore sic custo-
dies. et alitum septētrionis eligendū
et contra eum uentum greges pascen-
dos. Si feminas generari uelis austru-
tando flatus et in eū pascua di-
gerenda. Aliqui duobus mensib[us] ari-
etes a coitu reuocant ut faciem libidi-
nis audeat dilatio uoluptatis. Qui-
dam coire sine discretionē permittūt.
ut ei per totum annum fetura non de-
sit. **Q**uādiu admissura fit. eade[m] aqua
uti oportet. quia commutatio aque
et lanam facit variā. et corrūpit ute-
rum ut ait Varro. Cum omnes conce-
perint arietes secernendi sunt. quia cū
sint molesti obsunt. nec oportet pati
minores q[uam] bimas saliri. q[uod] neq[ue] natū
ex his idoneum est. nec non ipse fuit
deteriores. Quis pregnant est centū
quingenta diebus. itaq[ue] admissu-
ra fieri debet tali tempore. q[uod] partus
nascat[ur] circa finem autumnī. cū aer
est modice temperatus. et primis ori-
tur herba imbribus prioribus euacu-
ata. Eligendi sunt arietes candidissi-
mi in regionibus illis in quib[us] sunt
oues albe. Item mollibus lanis. in q[ui-
bus non solū corporis splendor cō-
siderandus est. sed etiam lingua. que
si maculis fuscabit[ur] uarietate[m] reddit i[n]
sobole et si nigra ē nigros creat. De al-
bo quandoq[ue] nascitur coloris alteri-
us. De fuscis nunq[ue] potest alius crea-
ri ut ait Columella. Eligemus autē
arietem altum. procerum. uentre pro-
misso et lanis candidis tecto. Cauda

longissima et lata. tortis cornibus. p[er]
nis ad rostrum. lana apertis auribus
amplis pectore et scapulis. et clumb[us]
latis. uelleris depressi. frōte lata. ma-
gnis testibus. Etatis prime. qui ta-
men usq[ue] ad octo annos utiliter po-
test inire. femina debet bima submit-
ti. que usq[ue] ad quinquennium feture
necessaria est. Anno septimo deficit.
Item ex progenie animaduertit[ur] ari-
es. si agnos procreat formosos. Cen-
tum ouibus unus aries sufficere fer-
tur. et quotcunq[ue] sint centenaria tot a-
rietes sufficere ait Varro.

Quando debent tonderi et quali-
ter et quando signari.

Mense aprilis locis calidis
tondeantur oues. et sero-
tini fetus signentur. Tem-
peratis uero mēse maii ce-
lebranda tonsura est et precipue cum
sudare incipiunt. quandoq[ue] ab eq[ui]-
noxio uerno ad solstitiū ut ait Var-
ro. sed tonsas oues hoc modo iuuā-
bis. Succū sumes decocti lupini feces
uini ueteris. eisq[ue] miscebis amurcā. q[ui]-
bus in unum corpus reductis tōsas
oues linire curabis. Post triduum si
mare uicinu[m] est litori mergantur ex-
tremo. Si uero aliis locis pascimus.
aqua celesti cum sale paululum deco-
cta sub diuo debet omniu[m] consor-
uncta membra diluere. hoc enim mō-
curatum pecus anno toto. nec scabri
fieri dicit[ur]. et prolixas lanas creare fer-
tur et molles. Sed tribus diebus per
annum lotas oues oleo et uino unge-
re oportebit propter serpentes qui

plerumq; sub presepibus latet cedri
uel galbanū uel mulieris capillos aut
ceruina cornua frequenter uramus.
Si qua in consura plagam acceperit
is locus pice liquida liniat. **Q**uidaz
in anno bis tondent ut in hispania
ac siluestres faciunt consuras.

De cognitione etatis ouium.

Ontes ouium mutant p^r
vnum annum et dimidiū
scz duo anteriores. **E**t po
stea post sex menses mutā
tur duo proximi. et postea mutant ce
teros. ita q; equant in tribus annis.
uel quatuor ad plus. et donec sunt in
equales sunt iuuenes. **Q**uando equa
les sunt in statu. **Q**uando discalcant
et minuuntur et corrumpūt sunt senes
et tunc muscus earum fit laxus et gros
sus. et stant in bono statu usq; ad oc
to annos et quedam usq; ad decem si
copiose pascant. sed si famem neces
sario sustinent cito senescunt.

Quando et qualiter debent mulge
ri. et caseus fieri et seruari.

Usq; ad festum sancti Mi
chaelis bis in die mulgeā
tur oues. et postea semel.
Lac elici potest ne nimis
pingues cum arietibus mittant. ne ī
oportuno tempore fetus emittant. scz
post coniunctionem arietum ut pin
gues fiant custodiant. per totaz esta
tem festinanter mulgeantur surgente
aurora. ut hora congrua ducant ad
pascua. **O**mnes silentium teneant dū
mulgeant oues. excepto magistro qui
tantum oportuna loquatur. **C**aseū
coagulamus sincero lacte. coagulīs

agni uel bedi. uel pellicula que solet
pullorum uentribz adherere. uel agre
stis cardui floribus uel lacte ficulneo
cui seruz debet omne deduci. ut et pō
deribus urgeatur. **U**bi ceperit solida
ri opaco loco ponat aut frigido. et
pressus subinde adiectis pro acqui
sita soliditate pōderibz. trito ac tor
refacto sale debet aspergi. et iam du
rior uehementius premi. **P**ost ali
quot dies solidate iam formule sta
uantur ita per crates. ne inuicem se
unaqueq; contingat. **S**it autem loco
clauso et a ventis remoto ut tenerita
tem et pinguedinem seruet. **V**icia ca
sa sunt. si aut siccus aut fistulosus est
quod eueniet. si aut parum prematur
aut nimium sal accipiat aut calore so
lis urat. **I**n recenti caseo conficiēdo
aliqui virides nucleos pineos terūt. ac
q; sic mixto lacte cōgelāt. **A**liqui thymū
tritum frequenter congelant colatur.
Qualcuncq; etiam sapores uelis ef
ficere potes. adiecto quod elegeris cō
dimento. seu piperis seu cuiuscuncq;
pigmenti.

De morbis ouium. et curis ipsarum

Nascit etiam gosum sub gu
la ex fluxu humorum a ca
pite descendit. et per
forat ibi pellis. et ide qua
si aqua paulatim egredit. et curantur
Item patiuntur grossiciem splenis et
inflant. et hoc sepius de mense mai
et aprilis. ex multitudine sanguinis
grossi et viscosi ex quo sepius subito
moriunt. **E**t confert eis vnum stecū
duorum digitorum ponere inter na
res. et facere q; multus egrediat. san
guis. ex quo quedam liberantur. et

quedam nihilominus moriuntur. **I**teque
patiuntur febres. que cognosci et cura-
ri possunt ut dictum est de febris
in tractatu bouum. **P**ossunt etiam eis
alie accidere egritudines. quas cog-
noscere et curare nouerunt pastores ex-
pertissimi. qui totis temporibus suis
in sola custodia ouium exercentur. et in
talibus solummodo student.

De agnis qualiter teneri debent et
quando castrari.

Quoniam nascuntur agni. unaque-
que septimana per mensem
sal detur eis. abinde in aetate
omni tempore quinta de-
cima die. **Q**uando autem separantur a
matribus mox tondentur propter pe-
diculos. et quia melius crescunt. et vi-
naqueque ebdomada sal detur eis. **C**irca
natiuitatem domini iungantur
cum matribus. et hec de agnis. **P**ala-
dius dicit. **V**arro autem ait. cum pa-
rere incipiunt oues. pastores eas inui-
ciunt in ea stabula que ad eam rem ha-
bent seclusa. ibique agnos natos recen-
ter ad ignem ponunt. et per biduum
aut tri duum retinent. dum cognoscant
matrem. et pabulo se saturent. **D**einde
cum matres ad pastum cum grege pro-
deunt. retinent agnos. qui cum reduc-
te ad uesperum fuerint. aluntur lacte
et rursum discernuntur. ne nocte a ma-
tribus conculcentur. **H**oc idem faciunt
mane antequam matres in pabulum exe-
ant. ut agni fiant saturi lacte circiter
decem dies. **C**um preterierint palos
affigunt. et ad eos alligant libro id est
cortice. aut qua alia re leui. distantes
ne de toto die cursantes inter se tene-
ri delibent. id est destruatur aliquid me-
mbrorum. **S**i ad matris mamma non ac-

cederet. ammouere oportet. et labra ag-
ni ungere butiro aut adipe et squilla
et olfacere labra lacte. **D**iebus post
paucis obuiere his viciam molliam
aut herbam teneram. antequam exeant pa-
stum. et cum reuertuntur. et sic nutrimur
tur quoad facti sunt quadrimestres
Interea matres eorum hiis temporibus
non mulgeant. **C**um depulsi sunt ag-
ni a matribus. diligentia est adhibenda.
ne desiderio senescant itaque delini-
endum id est blandiendum in nutri-
tu pabuli bonitate. et a frigore et estu-
ne quid laborent curandum. **C**um ob-
liuione iam lactis non desiderant ma-
trem. tunc denique compellendum in gre-
gem ouium.

De utilitate ouium et agnorum

Utilitas ouium magna est
nam ex pilis ipsarum fiunt
indumenta necessaria et de-
lectabilia ad hominum sal-
lutem et vitam. qui quanto subtilio-
res tanto meliores et maioris precii.
Ex pellibus cum pilis fiunt pellicie
ac fodre pannorum tempore frigo-
ris opportune. **E**t ex ipsis depilatis
fiunt calciamenta et carpe. **I**psarum
lac est ad victum conueniens et satis
salubre. quod quanto recentius est ta-
to melius. et quanto spissius. tanto
amplioris est nutrimenti. **E**t ipsius
aquositas que est serum est solutua
ventris. et coleram educit ab eo. case-
us autem ab eo et qui ex eo fit nutri-
mentum est corporis humani. qui quan-
to recentior est tanto melior. et quanto
uetustior et durior. tanto peior. **E**t
qui ex eo est nimis saliculus uel nimis

viscosus aut nimis frangibilis non ē bonus. ut ait **R**asis. sed ille bonus ē qui tenet medium inter utrūq. **C**aro autem pecudum est indelectabilis saporis et humida nimis atq; inconueniens. nisi forte uiltioribus rusticis assuetis. qui continuis laboribus exercentur. **A**gnorum uero caro satis conueniens est cum fuerit a lacte remota sed castratorum optima. nutrimentū bonum et multum prebens si annalis fuerit. ut ait **A**uicenna. **S**ed si eaz etatem excefferit fit deterior. et quāto uetustior tanto peior. et ad digerendū durior. **B**elles autem et lane agnorum sunt optime. atq; ad operimentū humani corporis aptiores q̄ matrum.

De capris hircis et hedis quales debeant eligi. et qualiter teneri. et quāto tempore sint pregnantes. et de ipsarum etate sanitate et utilitate.

Qui caprinum gregem constituere uult. in eligendo animaduertere oportet primum etatem. ut eaz pareat que iam ferre possit fructū et de huius etiam potius que diutius. nouella enim q̄ uetus est utilior. **I**n forma uidentur. ut sint firme magne. corpus leue crebro pilo. sub mento duas ut mamillas pensiles habeant. quia hee fecundiores sunt. ubere grandiore sint ut lac multum et pingue habeāt. **H**ircus cum similibus sub mento. mamillis. gurgulione longo. breui plenaq; ceruice. auribus flexis et grauib. p. uo capite. nitido spisso et longo capillo. **N**o incundas feminas ante annum congruus. non autem durat ultra sexennium. **E**x capris meliores

sunt que bis pariunt. **E**x huius potissimum mares sunt eligendi ad admittendas. **C**atho scribit in fiscello scrutari esse capras. que ex saxo saliant plures sexagenos pedes. **H**uius pecori stabula meliora sunt. que spectant ad hybernorum solis ortus. et que lapide aut saxo sunt strata. ut caprile minus sit vliginosum ac luculentum. **T**eneri ac pasci hoc pecus debet quasi ouinum. sed habet propria quedam. q̄ potius siluestribus saltibus delectatur q̄ pratis. studiose enim de agrestibus saltibus pascuntur. atq; in locis cultis virgulta carpunt. itaq; a capiendo capre dicuntur. ideoq; in lege locationis fundi excipi solet. ne colonus capram in fundo pascat. **I**bi autem cum exiunt in gregem hyrcorum. quia que concipit post quartum mensem reddit tempore uerno. **H**edi cum trimestres facti sunt submittuntur et in grege incipiunt esse. **S**atis magnum gregem putant esse circa quinquagenas. eo q̄ capre lasciuie sunt. et se dispergunt. contra oues se congregant. condensant in locum unum. **S**ingulis decem capris singuli sufficiunt hyrci. ultra octo annos seruare nō sunt nam hoc genus longiori sterilescit etate. **S**anas esse capras nemo promittat. **N**uncq; enim sine febre sunt. ut ait **V**arro. **A**ccidit etiam sepe ut in cornibus vulnerent. eo q̄ inter se cornibus pugnant. ac etiam sposis id ē spinosis locis pascuntur. **Q**uib. subueniendum est ut in curis vulnerum equorum dictum est in capitulis plerisq; **U**tilitas autem caprarum est precipue in pelle et lacte ac hedis. **N**am ex ipsarum pellibus fiunt

Optima calciamenta ⁊ equorum selle
operiuntur. **L**ac ipsarum mulcum ē.
⁊ humano corpori optimum. ⁊ preci
pue non coagulatum parum caseita/
tis habēs. **E**t qui ex eis fit caseus nō
est adeo laudabilis ut ouium. Earū
carnes nimie sunt siccitatis. ⁊ ad dige
rendum dure existunt. ideoq; male.

Sed bedoz carnes sunt optie ad sa/
lutem ⁊ delectationem. ⁊ precipue la
ctantium. **E**t ex ipsarū pellibus op
time fiunt carte. ac delicata calciamē
ta his conuenientia qui uoluptuose
uiuere cupiūt.

De scrofis verribus ⁊ suisbus qua
les debent eligi. ⁊ qualiter teneri. ⁊ q̄
to tempore sint pregnantes. ⁊ de ip/
sarum etate sanitate ⁊ utilitate.

Querres legendi sunt vasti
⁊ ampli corporis. sed ro/
cundi potius q̄ longi. vē
tre ⁊ clunibus magni. ros/
tro breui. ceruice glandulis spissa. v/
nius coloris potius q̄ vari. libidi/
nos. āmuli. qui usq; ad quadrimos
inire feminas possunt. **S**crofas uero
longi lateris debemus eligere. ⁊ qui/
bus ad sustinendum feture onus. se
magnus venter effundat. cetera verri
bus similia. sed in regiōibus frigidis
densi nigriq; pili. in tepidis quales/
cūq; prouenerint. **I**tem ex bona pro/
genie ut porcos multos pareat. **H**oc
genus in omnibus locis haberi pōt
melius tamen agris palustrib; q̄ sic
cis. precipue ubi arborum fructuosi/
or silua suppetit. q̄ subīde maturis
fructibus alterna per annum mutati
one succurrat. **L**ocis maxime grami/
nosis ⁊ canna uel iunci radicibus nu
truntur. **S**ed deficientibus alimētis

per hyemem. prebenda sunt pabula
glandium castanearum ⁊ similitum uel
faba. aut ordeum uel frumentum. hec
enim non modo pinguedinem effici/
unt. sed etiam carnis iocundum sapo
rem. **P**astum exigunt estate mane ⁊ ā
teq; estus incipiat subigunt id ē va/
dunt in locum umbrosū. maxime
ubi sit aqua. **P**ost meridiem rursus
lenito feruore pascuntur. hyberno tē
pore non prius exigunt pastū q̄ pru
ina euauit ⁊ liquefacta est glacies.

Porce gregatim more aliorum pecu
dū claudende non sunt. sed aras sub
porticibus facimus. quibus mater
vnaqueq; claudat. que are fiunt su/
periori parte detecte. ut libere nume
rū pastor exploret. ⁊ oppressis a ma
tre fetibus sepe subueniat subtraben
do. **C**urabit autem ut fets proprios
cum vnaquaq; precludat. plus uero
q̄ octo ut **C**olumela dicit nutrire nō
debet. **P**aladio autem sex videntur
sufficere. quia licet plures ualeat edu
care tamē e nimio sueta deficiet. **V**ar
ro ait q̄ tot porcos parere potest.
quot mammas habet. si minus pari/
at. fructuariam idoneam non esse.

Si plures pariat. esse portentum in
quo illud antiquissimum fuisse scribi
tur. q̄ sus **E**nee lauini triginta pepe/
rit porcos albos. **N**utritari octo por
ci paruuli primo possunt. incremen/
to facto. a porcis dimidia pars re/
moueri solet. quia neq; mater potest
sufficenter lac prebere. neq; generati
roborari. **A**d feturam verres duo/
bus mensibus ante secernende sunt.

Optimum ad admissuram tempus a
faunio ad equinoxium vernum.
id est a **K**alendis februarii usq; ad

diem duodecimum martii. ita enī cō-
tingit ut in estate pariat. quatuor enī
menses est pregnans. et tunc parit cū
pabulo abundat terra. neq; minores
admittende q̃ annicule. melius. xx. mē-
ses expectare ut bime pariant. Cum
ceperint dicuntur hoc facere usq; ad
septimum annum recte. Admissuras
cum faciunt in luto uoluntur liben-
ter. quia illorum requies est. ut laua-
tio hominis. Cum omnes conceperit
rursus segregant verres. Verres octo
mensium incipit salire. idq; usq; ad q̃
triennium recte facere potest. deinde
it̃ retro quoad peruenit ad lanium
id est impossibilitate coeundi. Sus
usq; adeo pinguedine crescere solet.
ut se ipse stans sustinere non possit.
neq; progredi usq; **N**az in lussitania
fertur sus esse occisus qui fuit inueniens
vigintitribus pondo id est quingen-
tis septuagintaquinque libris eiusq; su-
is a cute ad os pedem et tres digitos
fuisse. id est habuisse lardum cum car-
ne vno pede et tribus digitis grossius
ut ait **Varro**. Addit etia; se in archa
dia uidisse suem. qui pre pinguedine
non modo surgere nō posset. sed etia;
in ea murem nidum fecisse et peperisse
mures. **F**ecunditas scrofe perpendit̃
quia quod in primo partu agit non
multum in reliquis mutat. Subulci
binis mensibus porcos sinunt cū ma-
tribus. deinde cum iaz pasci possunt
secernunt. **P**ora nati hyeme fiunt ex-
iles propter frigora. et quia matres
aspernantur eos propter exiguitate;
lactis. et quia ex hoc dentibus sauci-
antur ab eis earum mamme. Diuisus
est earum annus bifariam. quia bis

pariunt in anno. quaternis mensibus
fert uentrem. binis nutritat. **A**ram fa-
cere oportet circiter trium pedum al-
tam et latam amplius paulo. ea alti-
tudine abs terra. ne dū exire uelit pre-
gnans abortiat. **A**ltitudinis modus
sic ut subulcus facile circūspicere pos-
sit. ne quis porcellus a matre oppri-
matur. et ut facile purgare possit cu-
bile. **I**n aris ostium esse debet. et limē
inferius altius palmipedale. id ē vno
pede et palmo. ne porcelli ex ara cum
mater prodit transire possint. Quoci-
enscunq; subulcus purgat toriens al-
renam mittere oportet. aut aliquo
aliud. quod exsugat humorem. **E**t cū
peperit largiore cubatu sustinet. quo
facilius lac suppeditare possit. **I**n q̃
bus ordeī circiter binas libras aqua
madefactas dare solent mane et uel-
pere. si alia que obiciant non habue-
rint. **S**crofe bis in die lactis causa bi-
bant. **C**ū porci a māmā depulsi sunt
si fundus ministrat dari solent una-
cie ac scropei ex uuis. **A** partu dece;
diebus proximis non produciunt ex
aris matres. nisi propter potū. **E**lap-
sis decem diebus sinunt exire pastus
in propinquum locū uille. ut crebro
reditu lacte possint alere porcos. **C**ū
creuerint sequunt̃ matrē ad pastū. do-
micq; secernunt a matribus. ac seorsus
pascunt. **N**utrices subulcus assuescere
debet ut omnia faciant ad bucinam.
primo cū incluserunt cum bucinatum
est. aperiant ut exire possint in eum
locum ubi ordeum fustum sit in lon-
gitudine. sic enī min⁹ disperit q̃ i acer-
uos positū. et plures facilius accedūt
ideo ad bucinam conuenire dicuntur

ne siluestri loco dispersi periant.

Castrantur verres commode anniculi. nec minores q̄ semestres quo facto nomen mutant. et uerribus dicuntur maiales. De sanitate suum unum solim exempli causa dicam. Porcis latentibus si scrofa lac suppeditare nō potest. triticum frictum dari oportet. crūdum enim soluit aluum. Vel ordum obuici ex aqua quoad fiat trimeres. In centum scrofis decem verres satis esse putant. **U**tilitas porcorum est quia eorum carnes ad cibum competunt recentes et sicce. et corū lardum est optimuz in condiendis omnibus cibis. Et eorum adeps optia pro calciamentis conseruandis. et in pluribus unguentis ad curandas egritudines oportuna. Item est alia utilitas. q̄ uineis immissi necdum turgentibus et exacta vindemia gramine persecuto fossoris diligentiaz imitantur.

De canibus quales debent eligi. et qualiter teneri et instrui. et de ipsorum utilitate.

Canis est custos eius pecoris. quod eo comite indiget ad se defendendum. in quo genere sunt maxime oves et capre. eas enim lupus captare solet. opponimus canes defensores. In suillo pecore sunt qui se defendūt ut sues verres maiales et scrofe. Canum genera sunt duo. unum venaticuz pertinens ad feras. alterum quod custodie causa parat. pertinens ad pastores. de quo dicere intendo ad formā huius artis. Primū etate idonea parandi sunt. nam catuli et senes nec sibi nec ouibus sunt presidio et lupis nō

nunq̄ prede. **F**acie debet esse formosus. magnitudine ampli. oculis nigrantibus narib9 congruentib9. labris subnigris. aut rubicundis. mēto suppressus. et ex eo natis duobus dētib9. dextra et sinistra paulo superiorib9 eminentibus directis potius q̄ brochis id est tortis. habentes acutos dentes labro tectos. **C**apitibus et auriculis magnis et flactis id est plicatis. grossis ceruicibus ac collo internodiis articularum longis. pedibus magnis et alcis. digitis discretis. ac ungulis duris et curuis. **C**orpore suppresso. spinā neq̄ eminula id ē sima neq̄ curuacauda grossa latratu graui biatu magno colore potissimum leonino. **F**emine uero debent esse mammosae. capillis equalibus. **C**auendum est ne a laneis id est lanificibus. ne uē a uenatoribus canes emas. nam alii ad pecus sequendum inertes sunt. Alteri si uiderint leporem aut ceruum. euz potius q̄ oues sequunt. quare a pastoribus emptus melior est. qui oues se qui consueuit. aut qui sine ulla cōsuetudine fuerit. **C**anis enim facile quid assuescit. **P**ane bene pascendi cuz grege sunt. ne propter famez uolēt querere cibum a grege recedat. **A**dortici ne ouis carnes non patiantur pasci ne ducti sapore minus se abstineant. sed dantur eis ossa bene contusa. nā ex his dentes fiunt firmiores. et os magis patulum. propterea q̄ uehementius ducuntur. mali acrioresq̄ fiunt propter medullarum saporem. **I**n die cibum capiant ubi pascuntur uespere ubi stabulant. **C**atule tribus mensibus solent esse pregnantes. **I**n partu si plures sunt eligere oportet

quos uelis habere. reliquos abiicere quanto pauciores relinquunt. tanto in alendo meliores fiunt. Item sub/ sternat eis aliquid quo molliore cu/ bili facilius educunt. Latuli diebus vi/ ginti uidere incipiunt. duobus mensi/ bus primis a partu non distinguunt a matribus. Educunt eos plures in unum locum. et irritant ad pugnan/ dum quo aciores fiant. Item consue/ faciunt ut alligari possint. primus le/ nibus uinculis que si abrodere cona/ tur. ne id consuecant facere. verberi/ bus eos terrere solent. Quidam nuci/ bus grecis in aqua tritis ungunt au/ res et inter digitos. eo quod musce et rici/ ni pulices ibi stare solent. quod si no/ fiat. ea exulcerantur. Ne vulnerentur a bestiis. imponunt his collaria fer/ ri. habentia subleue corium clauulis infixum. ne collo noceat duricia ferri. Numerus canum pro pecoris multi/ tud. ne solet parari. sed in regionibus siluestribus remotis a uillis ubi bestie male sunt multo requirunt plures. nam in uillatico grege duo sufficiunt. unus scilicet masculus alter femina. eo quod si mul sunt assiduiores. et idem cum al/ tero fit acrior. et si alter eger est. ne si/ ne cane grex sit. quos consuefacias in nocte uigilare. et in die clausos dor/ mire.

De pastoribus quot et quales de/ bent esse et qualiter se habere.

Ad maiores pecudes neces/ sari sunt etate perfecti. Ad minores pueri quando/ que sufficiunt. Iterum qui in collibus uersantur firmiores requi/ runt quod qui in fundo quotidie ad uil/

lam redeunt. Itaque in saltibus licet ui/ dere iuuentutem. et eam fere armatam cum in fundis non modo pueri sed etiam puelle pascant. Indie pascere de/ bent greges simul communiter omnes. Contra pernoctare ad suum quemque locum gregem oportet. Omnes esse de/ bent sub uno magistro pecoris. et is maior natus. et ceteris peritior esse debet. etiam omnes alii parere debent. Ita ta/ men oportet eum alios etate precel/ lere. ne propter senectutem minus sus/ tinere possit labores. neque enim senes neque pueri. talium difficultatem ac mo/ tium arduitatem et asperitatem facile ferunt. quod pati necesse habent qui greges sequuntur presertim armenticos atque caprinos. quibus rupes ac silue ad pabulandum conueniunt. For/ me hominum legende sunt. ut sint fir/ mi et ueloces. mobiles. expeditis mem/bris. qui non solum pecus sequi pos/ sint. sed etiam a bestiis ac predonibus defendere. qui onera extollere inuinc/ ta possint. qui excurrere. qui iaculati non omnes ad hanc rem apti sunt. Magistrum providere oportet ut se/ quantur omnia instrumenta que pe/ cori ac pastoribus opus sint. maxie ad uictum hominum. et ad medicinam pecudum. Ad quam res habent iumen/ ta dosuaria domini. alii equas. alii mulos uel asinos. aut alia. que onus dorso ferre possunt. Qui in fundo per/ petuo manet facile habent conserua/ ri in uilla. que pastoribus necessaria faciat. His autem qui in saltibus et siluestribus locis pascunt. mulieres adiungere oportet. que greges sequa/ tur. et cibaria pastoribus expediant. eosque assiduiores faciant. Magister

pecoris sine litteris idoneus non est eo q̄ rationes dominicas conficere. nec aliud quicq̄ recte facere potest. Pastorum numerus esse debet secundum multitudinem pecudum ⁊ gen⁹ earum. ⁊ diuersitatem locorum pastus quis. ⁊ uidentium agros. ⁊ facientium caseos uel non maior uel minor. talis ⁊ tantus qui oportuna huic operi oīa possit commodē explicare.

De leporario ⁊ leporib⁹ ceterisq̄ feris animalibus includendis.

Leporarium est locus clausus. in quo includuntur lepores ⁊ caprioli ⁊ cerui et apri ⁊ cuniculi ceteraq̄ animalia non rapacia. fera tamen. Sic antiquitus appellatus. eo q̄ lepores precipue includebantur in eo sed omnium horum custodia incrementum et pastio aperta ⁊ nota est. ideoq̄ uidetur explicanda. Itaq̄ septa ex materiis circa locum magnum uel paruum secundum opinionem uel possibilitatem domini fiat adeo alta ⁊ cōpacta. q̄ neq̄ lupus neq̄ alia bestia intrare possit. neq̄ desuper transilire. Ibiq̄ oportet esse latebras in uirgultis ⁊ herbis. ubi lepores interdum delitescant. ⁊ arbores patulis ramis. q̄ aquile conatum impediunt. In quo si lepores mares ⁊ feminas paucos intromiseris. breui tempore locus implebitur. tanta est fecunditas huius quadrupedis. sepe enim cum catulos habent recentes. alios in uentre reperiunt habere. itaq̄ qui scire uol⁹ masculum a femina discernere ut Archadius scribit nature foramina debz inspicere. naz sine dubio masculus unū

femina duo inuenit habere. si caute ⁊ subtiliter inspiciatur. sed leporū tria genera fere sunt. unum ytalicum. pelibus primis humilibus. posterioribus altis. superiore parte ⁊ dorso bixā. Ventre albo. auribus longis. qui lepus dicitur cum pregnans sit tunc concipere. In gallia transalpina ⁊ in macedonea fiunt permagni. In hispania ⁊ ytalica mediocres. Item in gallia reperiuntur alii alterius generis toti candidi. Tercii generis est. q̄ in hispania ⁊ prouincia ⁊ partibus lōbardie sibi coherētibus nascitur similis nostro lepori ex quadam parte sed humilis. quem cuniculum appellant. Lepus dicitur eo q̄ leui pede ambulat. Cuniculi dicto uocabulo nominantur eo q̄ sub terra cuniculos ipsi facere solent. ubi lateant in agris ⁊ nemoribus pratis ⁊ uineis. Aprorum habere posse in leporario ⁊ capriolos ⁊ ceruos nō est dubium. Recitat autem Varro. q̄ cum esset in quodam loco qui uocatur ager Laurentii. in quo triclinium erat in eminenti loco ubi cenabatur. magistraliter fieri uidit. nā silua erat supra quinquaginta iugerum materia septa. Vocatus fuit quidam qui cum stola ⁊ cithara uenit. ⁊ cum cantare iussus esset. bucina inflauit. ⁊ subito circumfuit eum ⁊ ceteros tanta multitudo ceruorum aprorum ⁊ aliorum quadrupedum. qd̄ ualde formosum sibi apparuit spectaculum. Leporarii utilitas magna ē ⁊ delectatio maxima. nam ex paucis animalibus includis. breui tempore habentur multa. quorum carnes esui competunt. ⁊ habentur facile. Belles autem pro uehimentis ⁊ corrigis sunt opportune. x2

De piscinis et piscibus includendis

Qui piscinam habere desiderat. primum eligere oportet locum conuenientem. qui nullo tempore aqua careat. non enim in aliis possunt durare locis. Sed piscinarum quedam sunt parue. quedam magne. quedam mediocres. Et iterum quedam sunt fontane. quedam stagnee. quedam marine. et quedam etiam fluuiales. Si parue sunt muniantur septis ex lignis uel uiminibus aut lapidibus construendis ne lodoria uel aliud animal nocens intrare possit. Et funes aut uites supra eam tendantur. quibus aues terreantur rapaces. In eisq. ponantur pisces illi aque conuenientes. ex hiis qui inueniuntur in partibus illis. nam quidam libentius stant in fontium uel fluuiorum aquis. alii in stagnis et lacubus. nonnulli aqua delectantur marina. Sic autem parua piscina profunda inquam fossoribus profundari possit. Si aqua fontana uel fluuialis sit in ea. poterunt commode uiuere ex hiis qui sunt in partibus lombardie. caudam. m. scardine. barbi. et quidam alii parui pisces et forsan bruche. Si uero sit lacualis uel stagnea lutum habens commodius erunt in ea tunc. que more porcorum delectantur. et anguille uis cosine. et etiam ceteri parui pisces. dum modo non sit corruptione infecta. Sed luci non sunt in parua piscina ponendi. quia multos deuorant pisces. licet ranas libenter edant pisciculis inimicas. Sed in magnis piscinis commode stare possunt. Si si marina fuerit aqua de mari educta omnia ge-

nera marinorum piscium in ea seruari possunt. Si piscinam magnam habere uolueris oportet ipsam fieri ex magno lacu et stagno in quo sunt aque plurime congregate nunc ac pluuiis aut fontibus uel flumine in eis fluentibus. uel etiam aqua marina. quod in pluribus euenit locis. Si ex ipso lacu uel stagno aqua per aliquam partem exeat. ibi claudatur taliter. quod impediatur piscium exitus et non aque. Si ex aqua dulci consistat poterunt in ea poni ac seruari omnia genera piscium tam magnorum quam paruorum in talibus aquis uiuentium. Sunt et alii qui pisces marini qui ad aquam dulcem accedentes letantur et delectantur in ea. et tales similiter poterunt in aqua dulci seruari et piscina. Si uero fuerit ex aqua marina. in ea ponentur omnia genera piscium marinorum si sit ualde profunda. nisi sit piscis maximus ut balena. que nullo loco nisi maris pelago claudi potest. Si uero mediocris magnitudinis sit piscina ex hiis que predicta sunt facile potest haberi doctrina. quales pisces possint in ea includi. Piscine utilitas magna est quia ex paucis piscibus inclusis breui tempore habentur plures. ex quibus plures possunt vendi. et plures ad esum haberi.

De paonibus.

Quamploto tractatu animulorum quadrupedum nutriendorum ac piscium. de bipedibus et ceteris uolatilibus est dicendum. Et primo de paonibus. qui suo decore nobiliores sunt ceteris. Quos nutrire ut egregie

ait **P**aladius Facile est. nisi fures aut animalia iūmīca formīdes. qui per agros uagati. plerumq; sponte se pascunt pullosq; educant. **A**ltissimas uespere arbores appetunt. **U**na hīs cura debet ut incubantes per agrum feminas que hec passim faciunt a vulpe custodias. **I**deoq; in breuibus insulis melius nutriunt. **U**ni masculo femine quinq; sufficiunt. quod seruandum est ut ait **V**arro si ad fructum spectes. nam tunc pauciores debent esse mares q̄ femine. si ad delectationem contra formosior est enim masculus. **M**asculi oua et pullos suos persequuntur uelut alienigenas. priusq; illis cristarum nascatur insigne. **I**n idibus februarii incipiunt calere faba leniter torrefacta incitant ad libidinē si eis quinto quoq; die tepida prebeat. **C**upiditatem coeundi masculus conficit quotiens circa se amictum caudæ gemmantis incuruat cum stridore percurrēs. **S**i oua pauonū gallinis supponant. excusate matres ab incubatione. tribus uicibus per annum fecundunt. **P**rimus partus quinq; ouorum. secundus quatuor. tercius triū uel duorum esse consuevit. **S**ed electe si hoc placuerit galline sint. que a primo incremento lune nouē diebus habeant nouem oua supposita. quinque pauonina. et cetera sui generis. et decima die omnia gallinacia subtrahant. et alia gallinacia recentia totidem supponant. ut completis tribus diebus possint cum pauoninis aperire ouis. **D**ua autem pauonina que galline subiecta sunt sepe manu conuertant. quia hec ipsa facere uix ualebit. unamquamq; partem oui no-

tabis. ut conuertisse cognoscas. **M**aiores gallinas oportet eligere. nam minoribus pauciora supponas. **C**ubilia debent eis fieri sub tecto discreta et a terra eleuata ut neq; serpēs neq; bestia accedere ad ea possit ut ait **V**arro. **P**reterea locum ante se purum habere debent cubilia. quoad pastum exeat diebus apris. nam utrumq; locum purum esse uolunt hec uolucres itaq; pastorem earum cum uacillo id est uadili circuire oportet. ac sterces extollere. **M**atos si ad unam transferre a pluribus uelis. quindecim uni nutrici sufficiunt. **P**rimis diebus far ordei aspersum uino pullis dabit. uel undecunq; cocta pulcra et refrigerata. **P**ostea adiciet porum coctum uel caseus recens. sed expressus. nam serum pullis nocet. **L**ocuste etiam pedibus albatis prebent. **I**ta pascendi sunt usq; ad unum mensem. **D**einde ordeum poteris prebere soleniter. **T**ricesimo tamē quinto die postq; nati sunt in agrum tutum eici possunt. comitante nutrice pascendi. cuius singultura vocantur ad villam. **P**icuitas uero et cruditates hīs remediis submouebis. quibus gallina curatur. **M**aximum illis periculum est cum incipit crista produci. nam patiuntur languores sicut infantes. cum dentes eis nascunt. **D**elicias ipsorum est quia ipsorum carnes satis bone sunt. sed ad digerendum dure. **M**asculorum penne sunt pulcherrime. **I**deoq; puellis pro sertis et aliis ornamentis apte.

C De fasianis.

In fasianis nutriendis hoc seruandum est. ut nouelli ad creandos fetus paren- tur. id est qui anno supe- riori sint editi. veteres enim fecundi esse non possunt. Ineant feminas mense martii uel aprilis. duabus feminis u- nus masculus sufficit. Semel in anno fetus creant. viginti fere ouis parien- di ordo ocludit. Galline his melius incubabunt. ita ut quindecim fasiani na oua una nutrix cooperiat. cetera sui generis supponantur. In suppone- do de luna et diebus que sunt de ali- is dicta seruemus. Tricesimus dies maturos pullos in lumen mittet. sed per quindecim dies discreto et refrige- rato leuiter ordeii farre pascunt. De- inde triticum et locustas prebebis. et oua formice. Sane ab aque prohibe- ant accessu ne eos pituita ocludat. Quod si pituitam patiantur allio cum pi- ce liquida trito rostra eorum debebis assidue pfricare. uel sicut gallinis au- ferre. Eorum carnes sunt optime.

De anseribus

Anser aquarum herbarumque de- siderat. nec sine ipsis faci- le sustinet. Locis consiciis inimicus est. quia sata et mor- su ledit. et stercore polluit. Prestat plumas. quas autumnis uellamus et uere. Vni masculo tres femine suffici- unt. Si desit flumini. lacuna formet. Si herba non suppetit trifolium fenu- grecum agrestia incuba lactuculasque pro alimento seramus. Albi fecundio- res sunt. uari uel fusci minus. quia de agresti genere ad domesticum transi- erunt. Incubant kalendis martii us-

que ad solstitium estiuum. Circa quin- decim oua uni anseri sufficiunt. In- cubant. xxx. diebus. Melius tamen est quam gallinis oua supponas. quia plus pariet. Pariture ad aram perducantur cum semel hoc feceris consuetudinem sponte tenebunt. Si gallinis anseris oua supponas ne noceat suppositis. subiiciat urtica. Semine papaneris primis decem diebus pascendi sunt i- tus. postea foras eos poterimus edu- cere. ubi urtica non fuerit. cuius for- midant aculeos. et precipue in prata et piscinas aut paludes. Aras eis faci- ant supra terram in qua non inducant plus quam uicenos pullos. easque aras pro- uideant ne habeant humorem. et molle habeant substratum ex palea. alia ve- qua re. ne de accedere ad eas possint mustele. nec alie bestiole que noceant. ut ait Varro. Quatuor mensibus be- ne saginantur. nam melius in tenera eta- te pinguescunt. Volentum dabitur ter- ra in die. Large uagantur. et ideo pro- bibeatur licentia. Obscuro loco clau- dantur et calido. sic maiores etiam secun- do mense pinguescunt. nam pulli sepe die tricesimo saginantur. Melius ad sa- tietatem milium prebeamus infusum inter anserum cibaria omne legumen prestari potest. excepto herebo. A lu- pis et vulpibus rapiuntur. et ideo ab eis custodiendi sunt. Utilitas an- serum est. quia carnes pullorum si sunt pingues et quatuor mensium non ex- cesserunt etatem a pluribus appetunt. Et earum penne molles optime sunt pro lectis. et dure alarum pro scripto- ribus competunt et sagittis.

De anatis

Auēs sunt de natura anserum. et eodem modo piscinam requirunt. et eodem fere modo nutriuntur ut anseres. Libenter comedunt herbam alnatinam que in superficie aque stantis ex solis adustione oritur. Omnia reptilia et uermes et omnia turpia libenter accipiunt et deglutiunt. **V**tilitas ipsarum est precipue in pennis. et etiam carnibus ipsarum et pullozarum earum uti mur. licet satis sint indigestibiles uiscerose.

De gallinis et gallis et ipsorum pullis quales haberi et qualiter teneri debent.

Qui perfectas habere uult gallinas. eligere debet feras. curdas plerumque rubicundam plumam. nigris pennis. imparibus digitis. magnis capitibus. Crista erecta. amplas. hee enim aptiores sunt. Galli sint lacertosi si rubenti crista. rostro breui pleno acuto. oculis cauis. aut nigris. palea rubea. collo uario aut aureolo femoribus pilosis. breuibus cruribus. ungulis longis. caudis magnis. frequentibus pennis. uociferantes sepe. incertamine pertinaces. et qui animalia quae nocent gallinis nullo modo pertimescunt. sed etiam pro gallinis pugnant. Si ducentas alere uelis locus septius parandus est. in quo due cauee id est mansiones coniuncte sint. que uersum orientem spectent. et sint longitudinis circiter decem pedum. latitudinis paulo minus. In altitudine paulo humiliores. **U**traque fenestra habeat tripedale uel non pede altiore. ex uiminibus factam raris. ita ut lumen prebeant mul-

tum. neque per eas quicquam intrare possit. quod nocere solet gallinis. **I**nter eas sit ostium quo gallinarum curator earum ire possit. **I**n caueis crebro pulice tracte sint. ut omnes sustinere possint gallinas. contra singulas pericas in pariete. sint cubacula earum. inde sit ut dixi uestibulum septum. in quo diurno tempore esse possint. et in pulvere uolitari. dicta cubacula sint exculpta in parietibus. aut affixa firmiter. motus enim cum incubant nocet. **I**n cubilibus cum parurierint collas substramen et recens aliud subiice. eo quod pulices et alia nasci solent. que gallinam quiescere non patiuntur. **O**b quam rem oua aut inequaliter maturescunt aut corrumpuntur. **Q**ue uelis incubet. negat plus. xxv. oua incubare oportere. **Q**uis propter fecunditatem perperit plura. **M**alacius autem et mulieres nostre decem et septem. uel decem et nouem oua supponunt. **F**ertur tamen quod in quibusdam mundi partibus inueniunt homines. qui furnos adeo calefaciunt. quod eorum calor equalis est galline calori incubantis atque in uno furno seu clibano ponunt multitudinem pennarum paruorum et mille gallinacia oua. post uiginti dies nascuntur successive ac extra profiliunt. **O**ptimum esse partum ab equinoxio uerbo ad autumnale. **I**taque que antea post nata sunt. non sunt supponenda et ea que subiiciis. subiicias potius uelculis quam pullastris. et que rostra aut ungues non habeant acutos. nam pullastre debent potius in concipiendo et ouando quam incubando occupate esse. aptissime ad partum sunt anniculate aut bime. **I**ncubantes includere x

oportet. ut die ac nocte incubēt pter
q̄ mane ⁊ uespere cum cibis ⁊ portio
eis dat. **O**portet ut curator circueat
dieb⁹ aliquot interpositis ⁊ oua uer
tat ut equaliter concalefiant. **O**ua si
plena atq; utilia sint. an ne animad/
uertere potes si dimiseris in aquam
quod inane est natat. plenuz desidet
quod intelligere potes si concutias.
Item ad lucem si sustuleris quod p/
lucet inane est. **O**ua oblonga acuta
masculos. rotunda feminas tribuūt.
In supponendo oua obseruāt ut sint
numero imparia. **O**ua que incubant
utrum habeant semen pulli. uel ne. cu
rator q̄riduo postq̄ incubari cepit
intelligere potest si contra lumē tenu
erit. ⁊ purum quod uniusmodi ani/
ma duerterit eē eiicere debet. ⁊ aliud
subiicere. **E**xussos pullos subduce/
re debet ex singulis nidis. ⁊ subiicere
ei que habeat paucos ab ea. que si re
liqua oua sunt pauciora. tollere de/
bet ⁊ subiicere illis que nondūz excu
derunt ⁊ minus habent. xxx. **H**ūc em̄
gregem maiorem non faciendum ait
Varro. Dieb⁹ xv. primis pullis de
bz obuii puluis. ne rostris noceat ter
ra dura. eisq; milium optimum est et
loliūz. ⁊ grana minuta tritici satis cō
petunt. **S**ed gallinarūz pabula sunt
in quibus precipue delectant̄ uermi
culi. triticum. ⁊ fere omnia grana. ⁊ p̄
cipue dandum est eis loliū. quod eis
competit. ⁊ est humano corpori ini/
micum. **V**inacie cibo sterilefcunt. ⁊ or
deo semicocto parere cogunt sepe. et
reddunt oua maiora ut **Paladi⁹** ait
Pulli parui prodendi sunt ad solem
⁊ sterquilinum. ut in eo uolutari pos
sint. ⁊ ita ualidiores fiunt. **C**um iam

pennas habebunt cōsuefaciendi sunt
ut unaꝫ aut duas sectentur gallinas
ut cetere potius ad pariendūz sint ex
pedite. q̄ in nutritatu occupate. **I**n/
cubare oportet incipere secunduꝫ no
uam lunam. eo q̄ pleraq; que ante i/
cubant non succedunt. diebus fere vi
ginti excidunt. **C**ircum caueas galli/
narum incendendum est cornu cerui/
num. ne serpens accedat. cuius odore
solet interire. **P**ultas a vulpibus et
quibusdam aliis animalibus noxiis
patiuntur insidias. ideoq; circa loca
in quibus uersantur extirpanda sunt
omnia ⁊ remouenda in quibus vul/
pes latere possunt. ad ponendas in
sidias. in nocte claudantur in caueis
circumquaq; munitis ⁊ septis. nec pl/
mittantur foris in nocte latere. **F**er
tur enim q̄ vulpes subdola intuetur
eas. quantumcūq; in alto existentes
loco. ut indeant oculos eos lucentes
ut faculas ⁊ cauda quasi baculo quo
dam minatur eis. ut sic perterriti cal
dant. ⁊ eas rapiat. **P**atiuntur etiam
insidias miluorum ⁊ quarundam a/
liarum auium rapaciuꝫ. ⁊ precipue a
quilarum. contra que tendunt funes
uel uites seu vitalbe supra loca in q/
bus de die morantur. **C**apiantur eti/
am vulpes taiolis uel aliis ingeniis
⁊ milui retribus uisco uel laqueis.
Hituica hūis nasci solet que alba pel
licula linguam uestit extremam. **H**ec
leniter ungulis vellitur. ⁊ locus cinel
re tangitur. ⁊ alio trito plaga mun/
data aspergitur. **I**tem allii mica tri/
ta cum oleo faucibus inferitur. **S**casti
sagna etiam prodest. si cibis affioe
misceatur. **S**i amarum lupinum come
dant. sub oculis suis ipsa grana pro

cedunt ut ait **Saladius**. que nisi acu leniter apertis pelliculis auferant. oculos extinguunt. **Portulace** succo forinsecus et mulieris lacte curari eas affirmat. uel armoniaco sale cui mel et cuminum equaliter misceantur. **Pediculis** etiam plurimum molestantur. et precipue cum incubant. quos perimit **stafisagria** pariter concussa cum vino et amari lupini aqua. si pene tract secreta pennarum. **Utilitas** gallinarum est. quia ex ipsis nascuntur oua. que nutriunt corpus humanum multum et subito. quibus utimur in cibariis infinitis. que optime seruari possunt diu si perfricentur sale minuto aut muria per tres horas. Deinde abluantur. et in furfure uel paleis recondantur. uel si semper teneantur in sale. ut quidam dicunt. **Item** ex eis nascuntur pulli qui cum adhuc sunt teneri sunt ad cibum optimi. Et si castrantur fiunt capones. qui melius ceteris pullis pinguescunt. et sunt laudabilis nutrimenti. **Caro** etiam ipsarum gallinarum bona est. si adhuc iuuenes sunt et pingues. **Penne** etiam ipsarum utiles sunt. quia culatris imponuntur.

De columbariis quales esse debent.

Columbaria duobus precipue potest fieri modis. aut super columnis et parietibus ligneis muro circundatis lapideo. Aut super turre de grosso muro constructa. et utraq; nidos seu nidorum foramina potest habere. sed melior est que in turre de muro quam de lignamine constructur. et melius interius quam exterius nidos habere.

nam si exterius habet nidos. fimo ipsarum perdit. qui magne utilitatis existit. et earum pulli facile a rapacibus auibus rapiuntur. **Fiat** ergo turris lapidea lata uel angusta secundum domini uoluntatem ac possibilitatem non multum alta. cum parietibus lenigatis ac dealbatis albo cemento. habens ab omnibus quatuor partibus eius quasdam breuissimas fenestrellas seu foramina. ut columbis solummodo ad introitum exitumque sufficiant. sub quibus immediate fiat circuitus quidam lapideus eminens circumcirca. qui ascensum mustelarum et aliarum nocuarum ferarum impediatur. **Super** tectum fenestram habeat. per quam ingrediantur columbi et exeat. qui libenter ad solem super tecto morantur. **Sit** autem fenestra cancellata de lapidibus aut lignis. ne ipsam rapaces uolucres alis apertis intrare queant. **Idi** formentur interius. quos quidam faciunt rectos. et mediocriter strictos. **Quidam** obliquos occultantes incubantes columbas. quidam preterea pro nidis faciunt fenestrellas latas ac modicum concavas ac longas. plures cistellos paruos circa parietes et tectum infigunt asserentes in hiis columbas libenter incubare. **Sed** experimento didici. quasdam esse columbas que libentius in muro quam in cistellis nidificant. quasdam vero contrarium appetere. **Et** iterum quasdam esse que libentius in aperto et super quacunque re cum nido et sine nido incubant. **Et** quedam se libentius occultant. ideoque non inutile puto columbariam cuiuscunque generis nidos habere. ut diuersis

columbarum affectibus satisfaciatur. Quis que in muro sunt a fimo et sexcupedibus mudentur facilius. quod crebro expedit. eo quod ab eis cum augmentatur plurimum incubantes colubae ledantur. Est etiam optimum quod intra columbariam ponantur trabes in pluribus partibus. et precipue in circuitu et affides super quibus tempore pluuiaz et niuium et tempore superflui estus colubae in magna quantitate morari ac quiescere possint. Sic enim a loco proprio non facile deuiabunt. Quod etiam crebro ipsarum locus. et vndique sit decorus. nam in pulchra domo sicut et homines morantur auidius. Et nota quod vnuquodque par tres uel duos ad minus uult nidos habere. licet aliquando augeantur et multiplicentur intantum quod replent nidos omnes. et solarium atque trabes et cetera omnia.

Qualiter noua columbaria debet primo muniri colubis.

In columbariis nouis columbi senes ponendi non sunt. nam recedunt et ad propria reuertuntur. Sed ponendi sunt iuuenes cum pennas completas habent uel quasi completas. Et ex hiis qui ponuntur meliores sunt saxaroli. et post ipsos tigrani. sic a uulgo ex pennarum colore uocati. Tales enim in columbariis melius durare cernuntur quam ceteri. Albi uero nitentur omnino. nam durare non possunt. eo quod ab auibus rapacibus nimis a remotis videntur. Et quanto plures in primis ponentur. tanto uelocius implebitur locus. Ponendi autem sunt precipue de mense augusti et septembris uel etiam

iam iulii. quia tunc facilius inueniunt cibum in agris propinquis. propter quod non elongantur a columbaria nec perduntur. De mense autem martii aprilis et maii ponendi non sunt propter contrariam rationem. Circa quindecim dies ad minus teneantur clausi. ne possint extra egredi. Et si usque ad mensem teneantur inclusi erit utilius. quia tunc erunt pinguiiores et ad reuertendum peritiores. Nam in primis quindecim diebus macredine afficiuntur. quia tunc bene beccare ignorant. Et cum inclusi morantur. et postea quibusdam diebus tribuatur eis in columbaria copiose bonus cibus et aqua. Post dictum tempus aperientur tempore nubilo uel sereno. sed commodius pluuioso. quia tunc exeunt. et reuertuntur interius. et non subito euolant ad remota.

Qualiter sint tenendi colubi ut libetius morentur et bene fructificentur.

Qui nascuntur in columbaria uel parui ponuntur in ea non facile recedunt. sed uolunt quandoque ad alias columbarias in quibus inueniunt escam. quando non prebetur eis in sua nec in agris inueniunt. et quasi omnes postea tempore quo non egent reuertuntur ad suam. et ad hoc ualet plurimum habere suam pulchram et bonam. Si temporibus quibus non inueniunt escam copiose prebetur eis in sua. quod est cum nix uel fortis est glacies super terram. et de mense aprilis et maii aratis stipulis non recedunt. et plurimos fetus edunt. Cibus autem eis conueniens est.

frumentum. faba. uicia. milica. ⁊ cetera
ra grana que libenter sumunt. **C**entū
q̄ paribus columborum. det grano
rum pars corbis octaua diebus sin/
gulis. ⁊ duplū cum nihil omnino p
se inueniunt. **P**otus etiam in colum/
baria det eis sufficiens. quotiens a/
quam nisi ualde remotā propter es/
tum uel glaciez inuenire non possunt
uel ponat in aliqua re ppe colūba/
riam. ad quam descendere queant. ita
q̄ precipuum ⁊ fere necessariū est eis
q̄ ipsorum mansio sit prope locū ubi
aqua influat. unde ⁊ bibere ⁊ ubi la/
uari possint. permunde enim hec uo/
lucres sunt ut ait **Varro**. **O**ptimum
est q̄ de omnibus granis exhibeatur
eis. ut sunt frumentum. faba minuta
pisum. cicercula. uicia. orobuz. milica
ordeum. spelta. lolium. ⁊ cetera grana
ut uideat quod libentius appetant.
⁊ id precipue detur eis. ut audire ibi
morent. ⁊ plures pariant. **P**aladi⁹
ait. q̄ fetus frequentant. si ordeū cor/
refactum uel orobum uel fabam sepe
consumant. **D**icit etiam q̄ nihil expe/
tunt nisi ut estate qua maxime pin/
guescunt. triticum uel milium mulsā
semper maceratum accipiant. **E**st au/
tem mulsā aqua mellita. in qua que/
cunq̄ grana mollica sunt eisq̄ data.
non recedunt ⁊ alios illuc ducunt. ut
a non paucis asserit. **A**liqui tamē di/
cunt non referre si sit mellita esca uel
non. **C**ū eis datur esca. det in uespe
ris potius q̄ in mane. ut in die pro/
curent escam sibi querere. ⁊ qui nō in/
tulerunt extra. intus inueniant. nam
si daret in mane non procurarent ali/
bi inuenire. **S**ed tempore nuvis debz
in mane tribui. ne exeant ad loca in q̄

bus capiantur. cum certum ē nō pos/
se alibi inuenire.

De officio pastoris columborum

Pastor columborū sepe de/
bet mundare ipsorum lo/
cum. ⁊ fenuz reponere qui
ad agriculturam est opti/
mus. ⁊ si quem inuenit vulneratum
curet. si quem mortuum eiciat. **I**tem
si qui sunt nimis feri ⁊ bellicosi ut ali/
os ledant. eos inde remoueat. ⁊ in ali/
um locum secretum ab illo per se po/
nat. **S**i qui pulli sunt idonei ad ven/
dendum eos promat. cibum ⁊ potū
cum eis opus erit sufficienter tribuat.
Eui solent saginare columbinos pul/
los quo pluris uendant secludant ei/
os cum iam pluma sunt tecti. cibant
q̄ ipsos pane candidissimo mollifi/
cato. hyeme bis. estate ter quolibet
die. scilicet mane meridie ⁊ uespere.

Eos uero qui iam pennas magnas
habere incipiunt. relinquunt in nido.
illis id est fractis crumbz matribz
nutriendos ⁊ impinguandos. uel ex/
trahunt de pennis unius ale. nam q̄
ita educantur. celerius impinguantur
q̄ ceteri ut ait **Varro**. **I**terum debet
eos curare ⁊ tueri ab omnibus nocu/
mentis. **L**eduntur enim ⁊ capiuntur
ab accipitre. miluo. falcone. ac ceteris
quibusdam animalibus rapacibus.
quos occidere potest. duabus virgu/
lis uiscatis in terram defixis. inter se/
curuatis. cum inter ipsas posuerit a/
liquod animal obligatum. sic enī ea
facile decipere potest. **P**aladius pre/
terea dicit. q̄ a mustelis tute fiunt. si
inter eas uetus proiciatur sportea.
qua animalia calciantur. **I**tem dicit

oportere rute ramulos plurimis locis suspendere contra animalia inimica. Item leduntur a faynis. mustelis. et cattris. et ceteris pluribus animalibus. quod de raptu auium uiuunt. contra que debet custos ostium et omnia loca unde intrare possent optime claudere. et scaphas circumquaque eminentes procurare. ne quid superius per parietem repere possit. Item leduntur ab auibus rapacibus. tam diurnis quam nocturnis. contra quas claudat custos in nocte fenestram. Vel si ea aperta intrauerit auis rapax et ipse audiat spauentum et strepitum columborum intret audacter in eam cum lumine quemque capiat et occidat nec curet de exitu columborum. Quos autem diurnas cum uisco uel parua reticula capiat et occidat. Fenestram autem de subsellis cancellet et claudat ut columbi intrare ualeant et exire. non autem auis rapax. que solummodo intrat alis apertis. Item molestantur pulli plerumque sexcupedibus. quod custos inquirat. et nidum eliciat. aliumque mundatum ponat. Item nascuntur etiam varoli circa oculos. qui excant eos. maxime de mense augusti. qui uendendi sunt aut comedendi. cum solo capite sint infecti. Item recedunt aliquando quia non habent quid edant. contra quod tribuat eis. vel quod nimium ab animalibus rapacibus molestantur et terrentur. contra que inueniet ipsos custos ut dixi. Item moriuntur ex senectute. nam ultra nouem annos non inueniuntur in columbariis durare. ut dicunt experti. Item debet custos ad eos sepe accedere. et quotiens in columbariis intrat. aliquam escam modicam tempore congruo secum por-

tare. eosque semper aliquo certo et consueto modo uocare. ut magis domesticifiant. Item debet custos in columbaria tegulam figuli pro aqua tenere. que assidue habeat se aliquantulum eleuatam habentem multos et spissos pedes. uasi aque adherentes. iter quos possint caput ponere. et aquam haurire ne ueuas intrare ut aqua munda permaneat.

De utilitate columborum.

Nihil columbis fecundius ut ait Varro. nam diebus quadragenis concipit. parit. incubat. et educat. hoc fere per totum annum faciunt. tantummodo interuallant a bruma ad equinoxium uernum. Pulli nascuntur bini qui simul accreuerunt et habent robur cum matribus pariunt. sed experti nostri temporis in partibus nostris dicunt. quod post sex menses pariunt. et non ante. et donec uiuunt. Quatuor enim vicibus et quinque et sex et amplius faciunt pullos in anno. si escam inueniant uel habeant abundanter. quod si nihil tribuitur eis. ter ad minus pariunt scilicet in estate. Pullorum carnes ad esum sunt ualde bone et delectabiles. et libenter emuntur. Item fimus ipsorum est optimus omnibus plantis et seminibus. et potest spergi quocumque tempore anni quotiens aliquid serit cum ipso semine ac etiam postea quando cunque. et unaquaque corbis ipsius equali ualet fumi omnium quadrupedum unius plauastro. nam ex xx. corbibus satis comode. ex viginti quinque bene et ex triginta optime impinguatur bubulca.

Frumenti. si manibus per agrum spergatur equaliter. et cum ipso grano tunc sato uertat. Et nota quod tria paria columborum in anno faciunt corbæ filii. si columbaria nidos intrinsecos habeat. et quantomagis cibantur in ea. tanto plus fimi recipiet ab eis. quia diutius morantur in eis columbariis. quod si semper cogantur extra querere uictum. Item est alia utilitas. ut generaliter predicatur. quod possunt pro nunciis cum litteris sub cauda uel ala ligatis. ad loca longinqua transmitti. si de loco ad quem destinant delati sint ad locum unde mittantur. Item refert Paladius quod nescio si est uerum quod inducunt alios. si cinimo pascantur assidue. uel si irti alarum balsami liquore tangantur.

De turturibus.

Dico turturibus locum constituturum. prout magnam ut multitudinem alere uelis. Eumque recte ut de colubis dictum est. ut habeat ostium ac fenestras et aquam puram ac parietes munitos tectorio. et in eis habeat multos palos infixos. super quibus commode morari possint et locum paratum congrue in quo pascantur. Cibum obtinent triticum siccum. centenos uicenos turtures fere semodiu. Quotidie purgant eorum pabula a stercore. ne ledant. quod quidem seruat. et est bonum ad agrum colendum. Ad saginandum aptissimum tempus est circiter messem. et tunc matres eorum plurimos gignunt pullos. in quibus maxime fructus consistit. Aucupatores tamen lombardie precipue. Cre-

mone tota estate turtures feras retibus capiunt. et in domusculam clausam et luminosam includunt. eisque dant continue aquam puram et milium quantum sumere uolunt. et usque quasi ad hyemem uel post partem autumnum seruati sicque quingentas et mille quandoque congregant que ineffabiliter impinguantur. et sic impinguitas optime uendunt.

De turdis et merulis perdicibus et coturnicibus impinguandis.

Qui uult predictas aues alias que pingues care ueneunt habere. locum faciat clausum. et tegulis uel retibus magno coopertum. magnum secundum quantitatem auium quas includere uolet. In hoc tectum aquam uenire oportet per fistulam. et eam per cannales angustos serpere qui facile extergi possint. Nam si lata diffusa esset aqua. inquinaretur facilius. et bibere tur inutilius. et que superat ad potum auium per fistulam exeat. ne luto aues laborent. Ostium habere debet humile et angustum quo custos intrare queat. Fenestras raras per quas non uideant extrinsece arbores aut aues. eo quod earum aspectus ac desiderium. macrescere facit uolucres inclusas. Tantum luminis locum habere oportet. ut aues uidere possint ubi assideant. ubi cibum. ubi aqua sit. Circa ostia ac fenestras talis sit munitio ne mus uel mustela uel alia bestia intrare possit. Circa huius edificii parietes intrinsecus multi sint pali ubi aues assidere possint. ac etiam partice inclinate ex muro ad parietes. quibus etiam multe partice annectantur

ex transuerso modicis interuallis ad speciem cancellorum. Cibari turdorum ponantur offe glomerate ex ficis et farre mixtis. ceteris tribuantur grana quibus uti consueuerunt. et ea precipue que auidius sumunt. Diebus. xx. antequam vult tollere turdos largis det cibum. et farre subtiliori incipiat alere. Cum opus est ut ex hoc sumantur auario. excludantur idonee in minusculum auarium quod est cum maiore coniunctum ostio lumine illustriore. ibi cum eum numerum habet exclusum quem sumere vult omnes occidit. hoc ideo in secluso clam ne reliqui si uideant terreantur. et alio tempore uenditionis moriantur. **U**tilitas et delectatio in hiis est. quia uiles et parui speciei includuntur. et impinguati care ueneunt. et dominorum esui satisfaciunt ad uotum. pro se et quibuscumque uoluerint. quotiens fuerit opportunum

De sedibus apum. et loco ipsis congruo.

De apibus tractaturus dicam primo de ipsarum statione seu sedibus de quibus dicit Paladius quod locari debent in aliqua parte orti secreta. et aprica et calida et a uentis remota. nam ipsi prohibent pabula ferre domum ut ait Virgilius. Non longe a domicalibus domibus. ut furum et accessus hominum pecudumque submouetur. Ubi sit abundantia florum. quos uel in herbis uel fructibus uel etiam arboribus procuret industria. Sint autem arbores a septentrionali parte dispositae. fons uel riuis sit. qui formet humiles transeundo lacunas.

Varro autem dicit idem. scilicet quod iuxta nullam dominicam. sed potissimum ubi non resident imagines. id est uoces eco. hic enim sonus fuge existimatur esse procerum. Iterum esse debere dicit in aere temperato. neque estate frigida neque hyeme. non aprico ut spectet potissimum ad hybernos ortus id est ad eam partem in qua hyeme sol oritur. que prope se loca habeat ea ubi pabulum sit frequens et aqua pura. Virgilius uero addit quod ante eam hospitia frondentes arbores esse debent. Item dicit quod in aqua que ibi stabit iners seu profluet debent conici transuersae salices et grandia saxa. ut pontibus crebris possint consistere. et alas pandere ad estiuum solem.

Item ait Paladius quod podia trinis alta pedibus fabricentur. et opere albario lenigentur propter lacertarum ceterorumque animalium noxam. quibus est moris irripere. et super hec podia aluearia collocentur. ita quod umbra penetrari non possint. spaciolis inter se distantibus segregata. Item ait Virgilius a loco apum abesse debent oues et hedi. qui floribus insultant. Item uacce ne rorem diglutiant et surgentes atterant herbas. Item abesse debent stelliones et lacerte ac pyrronides. ceteraeque aues nocuae que insidiantur et nocent eis. Absit etiam grauis odor ceni et qui rumlibet aliarum rerum.

De alueariis qualia esse debeant

Aluearia meliora sunt ut Paladius ait. que cortex formauit. maxime raptus ex subere. quia non transmutant vim frigoris uel caloris

Possunt tamen ex ferulis fieri. si hec
desunt. salicinis viminibus fabricen-
tur. uel ligno cauate arboris. aut ca-
bulis. fictilia deterrima sunt. que et
hyeme gelant. et estate feruescunt. An-
gustus tamen aditus admittat exa-
mina. propter frigoris iniuriam et ca-
loris. sane uentis frigidioribus pari-
es altus obsistat. Aditus omnes soli
opponantur hyberno. qui in uno cor-
tice duo uel tres esse debebunt ea ma-
gnitudine. que apes magnitudinem non
possit excedere. sic etiam noxius ani-
malibus. ingressu resistat angusto. ut
si apes uoluerint obsedere exeuntes
alio utentur egressu. nam si aditus non
sunt angusti ut ait Virgilius. frigo-
re mella cogit. id est congelat hyems
eademque calor liquefacta remittit. ut
trahat uis apibus pariter metuenda est.
Sed pro magna parte homines nol-
stri temporis uno solo mediocri seu
magno utuntur foramine. infra media
alvei partem. Item debet aluearia esse
magna pro magno examine. parua
pro paruo. licet in paruo sepius exa-
men emittant. quia duo examina in pa-
uo simul esse non possunt. alta autem
seu longa sint. uno pede et dimidio.
duobus etiam aliquando. et lata cir-
ca duos semisses. aut modicum plus
uel minus. Vir autem expertissimus
mibi asseruit quod meliora sunt aluea-
ria quadrata ex tabulis constructa.
quam rotunda. et melius quod iaceant interi-
us parum declinua quam erecta. quorum
commode possunt acies una super al-
iam collocari. et hec aluearia fundum
ab utroque capite habere debent cali-
ter dispositum. quod inde facile possit re-
moueri. cum opus erit de melle tolli.

Fundus anterior habere duo forami-
na parua. et posterior unum in parte
infima debet. per que ab utraque par-
te ingrediantur et egrediantur apes. Retu-
lit etiam se inuenire melius ipsas la-
borare. quando aluearium interius est
obscurum. quod argumentum est. quod
foramina debeant esse parua. et rimu-
le omnes aluearii optime sigillate. ad
quod multum facit earum industria.
Videmus enim quod foramina magna
circa hyemem cera obturant. forami-
ne solo relicto ad formam ipsarum.

C De apibus qualiter nascuntur.

Apes nascuntur partim ex
apibus. partim ex bubu-
lo corpore putrefacto ut
ait Varro sed modum si-
let. Virgilius autem ait magistrum Ar-
chadium primum huius rei fuisse au-
ctorem. et inuenisse modum. Eligitur
ergo locus angustus parietibus clau-
sus. angustique imbrice tecti habens qui-
tuor oblique fenestras. tunc uiculus bi-
mus queritur. huic gemine nares et spi-
ritus oris. multum reluctanti obstru-
itur. plagisque perempto. conssa uisce-
ra soluantur per integram pellem sic po-
situm in loco clauso relinquunt. et ra-
mea fragmenta costis subiiciunt. ubi
num uidelicet cassiasque recentes. hoc
geritur cum zephirus primo spirat a-
terque prata uirescant. et antequam prou-
eniatur. nidumque suspendat. tunc bu-
mor vituli tepidus estuat. et apes
creat. que primo sine pedibus appa-
rent. mox stridentes pennas miscent.
et in aera eleuantur.

Quales emi debent et quando et qualiter inueniantur et deferantur.

Apibus optime sunt pue varie rotunde ut ait Varro. In emendo emptorem oportet videre an ualeant. an sint egre. Sanitatis signa si sunt frequentes in examine. et si nicide. et si opus quod faciunt est equabile ac leue. Adinus ualentium signa si sunt pilose et horride ut puluerulente. Prouidendum etiam ut plena comparent aluearia quam rem uel inspectio. uel murmuris magnitudo. uel frequentia comueantis et remeantis examinibus probat. Si transferende sunt in alium locum. id facere diligenter oportet. et tempora quibus id potissimum facias animaduertendum. et loca quo transferas idonea prouidendum tempora. ut uerno potius quam hyberno. Nam hyeme difficulter consuecunt translate manere. itaque fugiunt plerumque si ex bono loco transtuleris et ubi idonea pabulatio non sit fugitiue fiunt. Ex vicina potius quam longinqua regione transferende sunt. ne terreantur aeris nouitate. Si uero sunt longius aduehende. collo nocte portentur. nec collocare nec aperire aluearia debemus. nisi uespere instante. Speculemur deinde post triduum ne omne suas ianuas egrediat examine. Hoc enim signo. fugam arripere meditantur. non tamen credunt fugere si sterius primogeniti uiculi allinamus oribus uasculorum. ut Baladius ait. Adense aprilis ut idem ait locis apes queremus. ac primo quam longe aut prope sint exploremus. Rubrica liquida uel quid aliud tingens bre

ui uasculo geramus infusam. et obseruemus fontes aut aquas uicinas. tunc dorsa apum bibentium tangant illo liquore tincta festuca. et ibidem moremur. si cito reuerse fuerint quas cinxerimus. hospitium earum proxima esse cognoscimus. si tarde spacio longiore submotas pro mora temporis estimamus. Ad proxima facile uenies. ad longinqua hoc genere perducis. Canne unum internodium cum suis recides articulis et in latere aperies. ibi mel exiguum mittes et iuxta fontem pones cum ad id puenerint apes atque ingressae fuerint post odorem foramen pollice appposito claudes et unam tantum patiaris exire cuius fugam persequere. ea tibi partem demonstrabit hospitium. Cum eam ceperis non uideri statim emittas alteram et sequaris ita singule subinde dimissae te facient usque ad locum examinis peruenire. Aliqui mellis breuissimum circa aquas ponunt in uasculo. de quo cum apes aquas degustauerint ad commune pabulum pergens alias exhibebit. quarum frequentia subinde crescente notata uolantium parte usque ad examinationem persequeris.

Qualiter tenende ac procurande sunt. Istos apum procurare oportet ut circa ipsarum loca sit abundantia florum quos uel et herbis uel fructibus uel etiam arboribus procuret industria. Verbas nutriat. organum. thymum. saturiam. serpillum. uiolas. amarantum. iacinctum. qui iris uel gladiolus dicitur. narcissus. crocum. ceterasque herbas suauis odoris et floris. In fructibus quoque

sint. rose. lilia. rosmarinus ⁊ hedere.
In arboribus. amigdalus. persicus.
pirus. pomifereq; arbores quibꝫ nul
la amaritudo respondet floris l' suc
ci Siluestria uero glandifera. robura
buxus. cerebintus. lentiscus. cedrus. ti
lia. ilex minor. tinus. ⁊ cassi remoueā
tur. supradicta enim dulce mel effici
unt. cetera saporem mellis rustici pre
bent. ut ait **Saladius**. **E**a precipue
sunt serenda. si pabulꝫ naturale nō
est. ut dicit **Varro**. que maxie sequū
tur apes ea sunt. rosa. serpillum. api
astrum. papauer. faba. lens. pisus. o
simum. caprum. medice maxime. citi
sum. quod ualentibus utilissimum ē.
etenim ab equinoxio uerno florere in
cipit. ⁊ permanet ad alterum equino
xium autumnale. **S**ed apium aptissi
mum ad sanitatem est ad mellificiꝫ
thimum. **H**is aquam liquidam vn/
de bibant esse oportet. eamq; ppin
quam. que non fluat uel in aliquem
locum influat. ita ut ne profunda sit
ultra duos aut tres digitos. i qua ia
ceant teste aut lapilli super quibus as
sidere ⁊ bibere possint. **I**n qua dili
gens est habēda cura. ut aqua sit pu
ra. quod ad bonum mellificium pro
dest uehementer. **E**t quia non omnis
potestas grandinum uel plumarum
aut venti uel frigoris eas ad pastꝫ
prodire longius patit'. preparandꝫ
est his cibus. ne melle cogātur solo
uiuere. aut relinquere exinanitos al
ueos. **I**gitur ficorum pinguium circi
ter. x. pondo decoquunt in aque con
gus sex. quas coctas i offas sepe ap
ponunt. **A**lii aquam mulsam in uas/
culis ut sint prope curant. in qua ad
dunt lanam puram per quam sugāt

uno tempore. ne potu nimius imple
antur. aut incidant. ⁊ singula uasa po
nunt ad alueos. **A**lii uiam passam ⁊
ficum cum pistauerunt ⁊ effundunt i
sappam. atq; ex eo factas offas op/
ponunt ibi. ad quas in hyeme in pa
bulum procedere possint. **U**erno au
tem tempore ⁊ estiuo fere ter in men
se mellarius inspicere debet fumigās
leniter eas. ⁊ a spurciis purgare al
ueum. ⁊ uermiculos eiicere. **P**reterea
ut animaduertat ne reguli plures ex
istant. inutiles enim sunt propter se/
ditiones. nam duo sunt genera ducū
ut **Menecrates** ⁊ **Virgilius** scribunt
niger ⁊ uarius qui melior est. **D**ebet
ergo mellarius interficere nigrꝫ. qui
alteri regi sediciosus est ⁊ corrumpit
alueum. eo qꝫ fuget aut cum multitu
dine fugetur. ⁊ sic sedabitur apū pug
na. ut **Virgilius** scribit. **M**ense maii
ut ait **Saladius** incipiunt augeri ex
amina. ⁊ in extremis fauorum parti/
bus. maiores creantur apicule. quas
aliqui reges putant. sed greci cestros
uocant. ⁊ necari iubent. quia requiez
concurtiunt quiescētis examinis. **N**ūc
papiliones abundāt. quos necare de
bemus. **I**tem circa initium nouem
bris a sordibus liberandi sunt aluei.
qꝫ tota hyeme eos remouere aut ape
rire non possumus. sed hec die apri
co tepidoq; facienda sunt. ⁊ pennis
maxime auum maiorum. que habēt
rigorem. uel aliquo simili omnia in/
teriora mundentur que manus nō ua
lebit attingere. **T**unc omnes rimas q̄
sunt extrinsecus. luto et fimo bubulo
mixtis liniamus. et insuper genestris
⁊ alius tegumentis ad porticus simi/
litudinem operiamus. ut a frigore

possint et tempestate defendi. Bonus
custos mense septembris debet aluea-
ria uetusta cognoscere. et plena et gra-
uia que in estate non ediderunt exa-
mina vendere aut apes occidere. et fa-
cere mel et ceram. eo modo quo in suo
loco dicitur. Item debet custos ut exp-
ti affirmant tenere in estate aluearia
cum subtilibus fragmentis tabularum
paululum eleuata. quo apes uix igre-
di et egredi possint sed non lacertule.
In hyeme uero cum fimo bubulo p-
optime obturata. Item cum nimis de-
pauperant melle. quod cognoscit ui-
su si de subitus inspiciat. uel pondere
uel melius facto supra partem medi-
am paruo foramine. ac per ipsius mu-
da uirgula intromissa. exhibeat eis
mel uel pullum affatum. aut alias car-
nes. Item dicunt si alueus pinguis e-
dimittatur hyeme super sedibus su-
is si macer reponatur in domo in lo-
co obscuro parato ne mures obfint

De nouementis apum et cura ip-
sarum.

Dicendum est ut ait Var-
ro. ne infirmiores a ualen-
tioribus opprimantur eo
enim minuit fructus. itaque
infirmiores secretas earum rege occi-
so. subiiciunt sub altee regem. Que cre-
brius inter se pugnabunt aspergi eas
oportet aqua mulsa. quo facto non
modo desistant a pugna. sed etiam co-
ferunt se lingentes. eo magis si mul-
so sint asperse. quo propter odorem
audius applicat se. atque obstupescunt
potantes. Si ex alueo nimis frequen-
tes euadunt ac subsidit aliqua pars.
subfumigandum et prope apponen-

dum aliquid bene oleticum herbarum
maxime apiastrum et thimum. Pro-
uidendum uehementer ne propter ef-
fum aut propter frigus dispereant.
Si quando subito imbri in pastu sunt
oppressi aut frigore subito quod ra-
ro accidit. ut decipiant guttis offen-
se iacent prostrate. colligendum eas in
vas aliquod et reponendum in tecto
tepidum et bono cinere tepidum magis
tamen calidum quam frigidum. euacuandum su-
per eas. et excutiendum leuiter uas ut
eas manu non tangas et ponendum in
sole quo reuiuiscant iuxta suos alue-
os. ut ad domicilia redeant. Si uero
egre sunt. quod huius cognoscitur sig-
nis. ut Virgilius ait. quod continue est
egris alius color. horrida macies me-
tum deformat corpora mortuarum ex-
tra efferunt. alie pedibus annexe ad
limina pendent. aut intus in edibus
omnes certant. ignaque fame sunt. et
contracto frigore pigre. tunc sonau-
ditur grauior. et susurrant ut in siluis
murmurat auster. et ut mare stridet re-
fluentibus undis. et ut clausis fornaci-
bus rabidus estuat ignis. tunc eis
galbaneos incende odores et in cana-
libus arundinis mella exhibeas. et p-
derit si galle et trite saporem admisce-
as. aut arentes rosas. aut frusta car-
nis affata prebeas. aut uiam passam
aut cetropium thimum uel centauream
aut radices herbe que a rusticis uoca-
tur amella. pone in odorifero bacho-
et in canistris ad fores apum. Et hec
herba cognoscitur. quia in pratis ol-
ritur et tollit stipitem uelut siluaz. Et
eius folia plurimum circumfodiunt
eius flos est aureus. et asper in ore sa-
por. Fugemus etiam ut ait Plinius

lacertas et ranas et cetera animalia quae sunt apibus inimica. aues etiam crepitaculis terreamus. **M**ense martii maxime solet apibus morbus incur-
rere. nam post hyberna ieiunia citima-
li et ulmi amari floribus qui prius nas-
cuntur audius appetitis. solutione
ueneris intereunt nisi affueris ueloci-
tate remedii. prebebis ergo maligra-
nati cum austero uino grana contri-
ta et in uasculis refrigerata ponant.
¶ si horride uidentur atque contracte
corpore et mortuarii corpora frequen-
ter afferre. cannalibus ex canna factis
mel cum galle puluere uel sicce roseo
ctum debebis infundere. **I**llud ante
omnia expediet. ut putres partes fa-
uorum uel uacuas ceras quas aliquo
casu examen ad paucitatem redactum
non ualebit implere. semper recidas
acutissimis ferramentis subtiliter. ne
pars alia mota fauorum cogat apes
domicilia concussa deserere. si propter
abundantiam florum de melle tantum
sed de prole nil cogitant. et uideris ni-
micitatem mellis interiectis trinis die-
bus clauso foramine non eas patia-
ris exire. ita ad generandum se confe-
runt. **H**unc circa kalendas aprilis cu-
randi sunt aluei. ut omnia purgamen-
ta tollant et sordes. quas tempore con-
traxit hyberno. et uermiculi et tinea et
araneae quibus corrumpuntur usus fa-
uorum et papiliones qui stercore suo
uermes faciunt. **M**odus autem occi-
dendi papiliones hic est ut **P**aladi-
ait. Vasculum eneam altum et angus-
tum uespere inter aluearia collocemus
et in eius fundo lumen ponamus ac-
censum. illuc papiliones conuenient
et circa lumen uolitant. et angustia

uasculi ab igne proximo interire co-
gentur. tunc fumus stercoreis bubuli sic-
ci adhibeatur. qui aptus est apum sa-
luti. quae purgatio frequens usque in au-
tumni tempora celebratur. **N**ec om-
nia ceteraque efficiet custos castus et so-
berius. et alienus ab alleis et a cibis a-
cerbis et odoris immundi atque omni-
bus salsamentis.

De moribus et industria ipsarum
apum.

Apes non sunt solitaria na-
tura ut aquile. sed ut ho-
mines. nam in hiis est soci-
etas operum et edificiorum
In hiis ratio atque ars. foris pascunt
intus opus faciunt. nulla harum assi-
dit in loco inquinato aut in eo quod ma-
le oleat. **E**t si quando in aere disper-
se sunt cimbali et sonis se reduciunt in
locum unum. **R**egem suum sequuntur
quocumque it. et fessum subleuant et si ne-
quit uolare. succolant quod eum seruare
uolunt. neque ipse sunt inoperantes.
nec non odiunt inertes. itaque impetum
facientes. ad se eiciunt fucos. quod hi ne-
que adiuuant et mel consumunt. quos
uociferantes plures persequuntur et
pauce. **P**reter ostium aluei obturant
omnia quae uenit inter fauos spiritus.
omnes ut in exercitu uiuunt. atque al-
ternis horis dormiunt. et opus faci-
unt pariter. et ut in colonias mittunt
harumque duces faciunt quedam aduo-
cem. ut imitatione tute. tunc id faci-
unt. cum inter se signa pacis ac belli
habent. **E**x malopunico et asparago
cibum carpunt solum. **E**x olea arbo-
re mel. sed non bonum. **D**uplex mini-
sterium prebetur ex faba. apiastro. 22

cucurbita. et brassica. cera et cibus. **I**tem ex malo et piris siluestribus. **E**x papa uere cera et mel. **E**x nuce greca triplex ministerium fieri dicitur. **E**t ex lapsano cibus mel et cera. **I**tem ex aliis floribus ita carpunt. ut alia ad singulas res sumant. alia ad plures. **I**tem ex alia re faciunt liquidum mel ut ex sisere flore. ex alia contra spissum ut rorem a/rino. sic ex alia re. mel insuauet. ut ex fico. et ex citiso bonum. et ex thimo optimum. ut ait **V**arro. **V**irgilius preterea ait. quod ipse aulas et cetera regna figunt. **S**epe etiam errando in duris conibus attriuere alas ultroque animam sub fasce id est potestatem dedere. tantum est amor florum et generandi gloria melius. licet sint breuis uite. nam ultra septennium non uiuunt. quous earum genus maneat immortale.

Quando quare et qualiter exeunt examina. et quomodo prescit earum exitus.

Examen exire solet ut scribit **V**arro. cum apes nate prospere sunt nutriti et progeniem in coloniam mittere uolunt. ut olim crebro sabini fecerunt. propter multitudinem liberorum quod duo solent preire signa. **U**num quod superioribus diebus maxime uespertinis horis multe ante foramen ut uide. alie ex aliis pendent conglobate. **A**lterum quod cum iam euolature sunt. aut etiam inceperunt. consonant uel hementer. ut milites et populi faciunt cum castra mouent. qui primo cum exierunt in conspectu uolitant. reliquas que nondum exiuerunt expectantes. donec omnes conueniant. **V**irgilius

autem scribit. quod aliquando exeunt ad pugnam. nam sepe duobus existentibus regibus oritur magna discordia inter eos et eorum sequaces. quod cognoscitur. quia tunc in aere sonus magnus ad modum tubarum auditur. dum trepide inter se coeunt. penitusque coruscant. spiculaque exacuunt rostris. apertantque lacertos. et circa reges miscentur et densantur. magnisque uocant clamoribus. in hostem tunc erumpunt et concurrunt. et mixte glomerantur. et magnus fit sonitus. precipitesque cadunt densiores grandine et glandine cum decutitur. **I**psi reges per medias acies ingenti animo inter se bellant. fulgentibus alis. nec pugne cedunt. dum fuga illam aut illum uictor terga dare coegit.

Huiusmodi motus animorum atque huiusmodi tanta certamina iactu exigui pulueris quiescunt. **V**erum cum ambos ductores et acies reuocaueris. deteretores ne amplius obsit dedere neci. et meliorem reponere in aula. nam duo sunt genera melior est aureus alter hominidus. **I**tem exeunt aliquando ob inane delectationem. ut idem **V**irgilius scribit. quia per aera uolando ludunt. quod facile prohibere potes. **E**ripere enim debes regibus alas. ne in altum uolare possint. **P**alaodius autem scribit. quod futura fuga seu exitus examinis prescitur. quoniam per biduum aut triiduum ante acris cumulantur et murmurant. quod appositae frequenter aure cognoscitur.

Qualiter examina sunt colligenda et includenda.

Quoniam custos apud uidet ex
amen exiuisse. atque in aere
permanere. statim debet pul
uerem in eis eicere et alicu
ius rei sonum fortiter facere. ut terri
te longe non eant sed se in aliquo pro
ximo suspendant. et cum omnes ibi con
uenerint eas in terram deponat. et al
ueum super eas collocet. in quem in
trabunt in proprio loco ubi stare de
bebunt. uespere collocandum. **Uel** p
tuum alueum odorifero uino asper
sum. qui arnarolus uocat. cum parti
ca ponat in eum locum ubi se suspen
dunt. in quem per se uel fumo ingre
dient. et cum omnes intrauerint. depo
nant sub uno scamno spaciose fora
to. et nouus alueus optime purgatus.
et uino odorifero aspersus. et fenu
lis uiridibus aut aliis odoriferis her
bis. et pauco melle perfrictus. supra
eum apponatur. remoto superiori fun
do alueoli. ut in nouam per se uel be
neficio fumi domum intrent. cum qua
uespere in suo loco ponant. **Uel** si iam
in aliquo loco se suspenderint incida
tur acuto ferro et suauiter deponatur
et super eum locetur nouus alueus ut
proxi. uel supra eas collocet alueoli
et fiat ut dixi. cum in herbis uel ramu
lis annexis ad particam se suspenderint
Uel si examen integrum colligere non
potes. in duobus uel pluribus uicibus
ipsum colligere potes. et quamlibet
partem sub alueo collocare. **Uel** si con
tingeret te regem cum una parte ha
bere. omnes alie particule ad eum ue
nient per seipsas. et si iam in aliqua
arborem perforatam intrauerint ad
locum unde intrant et exeunt admo
ueat alueolus. et per aliquod magnu

foramen sub apibus nouiter factu in
mittatur fumus. ut in alueolum fugi
ant desuper collocatum. uel in ramis
culos ibi appositos. si alueoli ibi non
habet. et sic iter plures uices poterunt
omnes haberi. **Uel** eadem arbor si sub
tilis est cum sarra recidat. acuta desu
per atque infra. et ueste munda cooper
ta tollatur. et in nouum alueum expel
latur. **Uel** per se in edibus collocetur
aut ex ipsa arbore appellantur in totum.
et cum se in aliquo ramo suspenderit
uel suspendere uolunt. fiat ut est dic
tum de hiis que sponte recedunt. **Si**
autem se suspenderint in herba uel
frutice uel alio loco supra quem no
uus alueus possit poni. non est ali
ud agendum. nisi quod in eo recipiat et
super podium uespere collocetur. **Item**
si se suspenderint in aliquo alto uel
inepto loco de quo predictis modis
haberi non possit. excutiantur longis
sumis particis ut in terra cadant. uel
in congruo loco se ponant. **Custos**
autem cum talia procurat ut **Paladi**
us scribit. debet esse purus. et ab om
ni immundicia et odore alicuius acre
dinis uel alterius mali saporis liber.
Item sollicitus et attentus habens sem
per aluearia noua parata. quibus re
cipiatur examinum rudis iuuentus.
nam nouelle apes vagantibus ani
mis nisi seruentur effugiunt. exeuntes in
aditu suo morantur uno aut duobus
diebus. que statim nouis alueariis ex
cipiende sunt. **Obsertuabit** autem cu
stos assiduus usque in octauam uel no
nam horam de mense precipue iuni.
cum signa future fuge perpendet. quod
post has horas non facile fugere aut

emigrare consueuerunt. Quis aliquē
statim et procedere et abire non dubi
tent. Item cum ad pugnam redierint
et exierint et se in ramo uel alio loco
suspendant. puluere uel alia re com
pulsē inspiciat. et si unus uberis edu
catione pendebunt noscat aut unum
regem esse omnibus. aut reconciliatis
vniuersis manere concordiam. Si ue
ro duo uel plura ubera suspendēs se
populus imitat et discordes eē. et tot
reges esse quot ubera confitent. Vbi
globos apum frequentiores uiderit.
uncta manu succo mellis opbilli uel
api reges requirat sunt autem pau
lo maiores et oblongi. magis q̄ cete
re apes rectoribus cruribus. neq̄ grā
dioribus pennis. pulchriores et niti
di. leues absq̄ pilo. nisi fronte pleni
ores. quasi capillum gerunt in uentre
quo tamen non utuntur ad vulnus.
Sūt et alii fusi atq̄ hyrsuti. quos o
portet extingui et pulchriores relin
qui. qui frequenter uagantur cum exa
minibus suis alis seruēt ereptis. hoc
enī manēte nulla discedit. Si nascun
tur nulla examina. Duorum uel pluri
um uasculorum possumus in unū cō
ferre. dulci tamen liquore aspersas a
pes atq̄ inclusas tenebimus. apposi
to cibo mellis. Exigua tamen respira
mina relinquamus in cella. **Q**uod si uel
lis aluearium cui per aliquam pestē
multitudo subducta est populi sub
ductione reparare. considerabis in a
liis abundantibus. ceras fauorum et
extremities que pullos habēt. et v
bi signum nascitur. regis inuenieris cū
sobole sua recides. et in idem alueari
um pones. Est autem hoc regis futu
rum signū. inter cetera foramina que

pullos habent. unum maius ac lon
gius uelut uber apparet. Sed tūc trās
ferēdi sunt. quando erosio cooperu
lis ad nascendum maturi capita in
tuncur exerere. Nā si immaturas trās
tuleris interibunt. Si autē se subito
lenabit examen strepitu aeris terrent
ac testule. tunc ad aluearium rediet. ut
in proxima fronde pendebit. et inde
in nouum vas herbis cōsuetis et mel
le conspersus manu attrahat uel trul
la et cum in illo loco requieuerit. uesti
pere inter alia collocetur.

Quando et qualiter pōt apibz de
melle accipi.

Mense iunij secundum **I**sa
ladium aluearia castrabū
tur. que matura eē ad mel
lis reditū signis pluribus
instruemur. Primum si plena sunt al
pum subtile murmur audimus. nā a
cū sedes fauoz uelut concaua edifi
cia. uoces quas accipiunt in maiore
collunt. quare cum murmuris sonus
magnus et raucus est agnoscimus nō
esse idoneas ad metendum crates fa
uorum. Item cum fucos que sunt al
pes maiores grandi intentione per
turbant. matura mella testantur. Itē
secundum **V**arronem signum eximē
dorum fauorum est. si uncus faciunt
globum. Item si fauorum foramina
obducta sunt quasi membranis quia
tunc plena sunt melle. Castrabunt au
tem aluearia matutinis horis cū tor
pent apes nec caloribus excitantur.
Fumus ammoueatur ex galbano et
arido fimo bubulo. que in palmēta
rio siccis carbonibz cōuenit excitare
quod vas ita figuratū sit. ut āgusto

ore fumum possit emittere. atq; ita ce-
dentibus apibus. recidentur mella.
ad examinis pabulum hoc tempo-
re pars quinta fauorū dimittit. Sa-
ne putres aut uiciosi faui de alueari/
is auferant. **M**ense etiam octobris
aluearia castrabuntur modo predic/
to. que tamen oportet inspicere. et si a-
bundantia est demere. si mediocritas
partem mediam pro hyemis inopia
relinquere. Si uero medietas apparet
in cellis nihil prorsus auferre. **S**ed
Warro scribit q; pars tertia fauorū
tantummodo tollat. et reliquum pro
hyeme relinquat. licet plena sint al-
uearia melle. **V**erum si metuas durā
uenturam hyemem nil prorsus aufer-
re. ut **V**irgilius scribit. **V**iri autē no-
stri temporis ualde experti in talib;
affirmant. q; mel debet eis accipi se/
mel tantum in anno. et hoc a fine au-
gusti usq; ad medium mensem septē-
bris. sed cera corrupta tūc et ante quā
docunq; auferri potest. **I**tem q; mel
parum debet auferri uel multum ha-
bito respectu ad paucitatem uel mē/
titudinem mellis in alueo existentis.
et ad partitatem uel magnitudinē ex-
aminis nutriendi. dūmodo ultra q̄r-
tam partem alicui non tollat. **N**o-
dus autem accipiendi de alueis stan-
tibus est ut claudat herba foramen
vnum uel plura si sint ne apes exire
possint. et de subtus cum panno mol-
li uel palea fiat fumus ut ad partem
aluei superiores ascendat. et plicato
alueo incidant faui cum subtili cultel-
lo frequenter in aqua posito. ne cera
adhereat et ne remanentes ledantur.
Si uero alueus iaceat. faui fieri inci-
piunt in parte postrema. affidi supe-

riori annexi. et his primo melle implē-
tur. **U**ltimo in parte anteriori labo-
rāt. ibiq; morant omnes. ideoq; fun-
dus posterior secure aperiri potest q;
sic dispositus esse debet. ut facile ape-
riatur. et fauis mellitis furtive subtra-
ctis reponat fundus in loco suo.

Apes autem cum hoc cognouerint.
omnes accedunt ad uacuum locum
replendum. et cum ipsum reparauerit
et omnia compleuerint. ad partes an-
teriores redeunt. ibiq; morant. **E**x
quo aperte sciri potest q; locum uacu-
um impleuerunt.

De melle et cera conficiendis.

Ex fauis sue apib; sic
hoc modo. **E**x fauis ante
q; premat tollat si q; sunt
ibi partes corrupte ac pul-
los habentes. quia malo sapore mel
corrumpit. et conquassati in munda
cista ponantur. et sic dimittantur do-
nec per se paulatim fluxerit mel. uel
etiam aliquo pondere pressi qd flux-
erit est mel crudum pulcherrimum.
Deinde coquatur mel cum cera ut in-
fra dicitur. **C**um conquassatis et occi-
sis apibus sic hoc modo. **M**ense sep-
tembris accipiantur aluearia graua
ueterusta. que precedente estate nō edi-
derunt examina. et supra fumū et flā-
mam palearum alueus modicum te-
neatur. ut apes superius fugiāt. uel si
ibi alas comburant. **D**einde reuolue
coopertorium aluei super terrā. et cū
uanagera ferrea incide baculos existē-
tes in alueo. et optime cum eadez mel-
ceram et apes conquassa. **D**einde re-
uolue alueum. et coopertorium remo-
ue. ipsumq; alueū sup uanagera masecelli p x

mundissima pone. ac cū uangetta fac
in maseillum descendere mel ⁊ ceram
que postea in forti tascula pone. quā
cū ligaueris fortiter exprime aliquo
modo stringendi. uel cum uite magis
trorum lignaminis. uel inter duas as
sidiculas positas in duabus uanget
tis in parte inferiori ligatis. uel in u
na concha. posito asside ac ponderi
bus super ipsa uangetta. uel inter du
os baculos. quos duo tenēt homi
nes. ⁊ tertius partem supremam uan
gette fortiter torqueat. ⁊ quod fluxe
rit. est mel crudum. ⁊ si pluries duple
tur uangetta fortius ⁊ melius cōpri
met. Deinde uero quod in tascha re
manferit ponat ad ignem lentum in
cacabo. ⁊ sine feruore calefiat. ⁊ semp
tene manus in uase. ceramq; minuta
tim aperias donec mel ⁊ nō cera erit
integre liquefactum. ⁊ cum mel ex ca
lore ceperit paululum pungere ma
nus omnia in tascha reponere. iterum
q; preme ut supra. nec est damnosum
si non premat acerrime. ut de melle a
liquid remaneat cere admixtum. cuz
longe minus ualeat mel q̃ cera. Et
hoc quod fluxerit mel coctum uoca
tur. quod in uasculis debet poni. ip
sisq; apertis paucis diebus haberi.
atq; in summitate purgari donec mu
lti refrigerato calore deferueat. Mel
nobilius illud erit. quod ante expres
sionem secundaz effluxerit uelut spō
te. Cera que post fluxum mellis i tas
cha remanserit. siue apes admixtas
habeat sine non ponat in cacabo mū
do. in quo sit tanta aqua uel plus ut
cera extat. Nec ad ignē teneat. donec
sit liquefacta integre. semperq; cum
spatula. uel aliquo baculo agitet. et i

dicta tascha grossa ponat. ⁊ fortiter
comprimat. ut in siculam uel cathinu
habentem aliquid aque cadat. ibiq;
stet donec sit optime congelata. tunc
eleuetur. ⁊ ab omni sordicie que sit in
ter ceram ⁊ aquam mundet ⁊ seruet.
⁊ si placuerit ut pulchrior adhuc fiat
sine aqua iterum calefiat. ⁊ in uase al
que madido cuiuscunq; forme placue
rit iterum reponatur. quicquid in tas
cha remanserit abiiciat. ⁊ ipsa in aq
calida lauet. ⁊ ad fumum ponatur. et
sic diu ualde durabit.

De omni utilitate apum.

In apibus utilitas mag
na consistit. si locum ido
neum habeant. ⁊ pruden
ter ac sollicitè p̃curentur.
nam ex paucis breui tempore multa
examina fiunt nisi magna pestis tem
poris eis obsistat. naz in anno semel
bis ⁊ plerumq; ter pariunt. ⁊ examē
emittunt. ⁊ sine magnis expensis ac
labore tenent. licet non sine totaliter
negligende. ex quibus cuz augmentū
receperint uetusta quinq; uel sex an
noruz que parere desierint etate mag
no p̃cio. quia multam habent ceram
uendere potes. ⁊ noua seruare. Faci
unt etiam ceram que maxime necessa
ria est regibus ⁊ prelati. ⁊ quibuscū
q; personis. ut notum est omnibus. q̃
satis magno uendit p̃cio Et quod
amplius est. die noctuq; honorez ex
hibet regi eterno Item faciunt mel in
maxima quantitate. quod ualde uci
le est tam ad cibum q̃ ad medicamia
infinita. Ad ipsarum utilitatē prouo
candam refert Varro duos fuisse mi
lites in byspania fratres. ex agro fa

lisco locupletatos. quibus cum a pa-
tre relicta esset parua domuscula. ⁊ a-
gellus non sane maior iungere vno. cir-
ca totam domuz aluearia fecisse ⁊ or-
tum habuisse. ⁊ reliquuz locum ac spa-
cia thimo ⁊ citiso semine operuisse. ac
etiam apiastro. Hos nunc minus ut
pereque duceret dena milia sextaria
recipere esse solitos. Vnde ait Persi-
us. Nec thimo satiant apes. nec fron-
de capelle.

ExPLICIT liber nonus

Incipit liber decimus de diuersis
ingeniis capiendi animalia fera. ⁊ pri-
mo ponit prologus.

Antiqui philosophi
quorum intellectus
a deo excelso illus-
tratus ē. ut utilia hu-
mano generi cognos-
cerent intelligētes q̄
cunq; sub celo sunt ad utilitatem ho-
minum esse creata. subtili cogitauē-
runt ingenio. qualiter animalia aerea
terrestria ⁊ aquatica. que ppter pec-
catum primi parentis homini nequa
q̄ obediunt. capere possent. Inuene-
runtq; multas cautelas quibus ho-
mines usi sunt. ⁊ suis ingenus successi-
ue infinita addiderunt ingenia plu-
ribus ignota. Ideoq; cuncta que sci-
re potero in scriptis reducere in-
tendo. **P**rimo tractans quibus
modis capiunt aues. **S**ecundo bestie
siluestres. **T**ercio pisces. **D**e au-
ibus autem qualiter capiuntur cum
auibus rapacibus domesticatis. cum
retibus. cum laqueis. uisco. balis-
tis. arcibus. ⁊ aliis quibusdam mo-

dis. **E**t de bestiis. qualiter capiuntur
cum bestiis domesticatis. cum laque-
is. retibus. fouas. tayolis. ⁊ aliis mo-
dis. **D**e piscibus etiam quib; modis
capiuntur cum retibus. cistis. hamo. ⁊
calce.

De auibus rapacibus in genere.

Rudentes antiqui uiden-
tes quasdam aues per ael-
ra uolitantes alias cape-
re. caute laborauerunt au-
ium rapacium genera domesticare. ut
quas per se capere non poterant ea-
rum auxilio sibi querant. **E**t horum
primus iuentor dicitur fuisse rex Dau-
cus. qui diuino intellectu nouit natu-
ram accipitrum ⁊ falconum. ⁊ eos de-
domesticare. ad predā instruere. ⁊ ab
egritudinibus liberare. **P**ost quē alii
multi fuerunt. qui plura ipsarum a-
uium rapacium scientie addiderunt

De accipitre.

Accipiter ē auis nota et ei;
quide; natura ē. ut uiuat
de raptu aliaruz auium. ⁊
ideo semper solus ⁊ nūq;
sociatus incedit. quia in predā nō cu-
pit habere sodalem. ⁊ quantum pōt
ad rapiendum prope terram uolitat
ne ab auibus quas capere intendit
uideri possit. **A**b omnibus quidem q̄
bus insidiatur instinctu nature cog-
noscit. ⁊ eum cum uident aut sentiunt
garrunt. fugiunt. ⁊ se quantum poss-
sunt occultant. **H**ec auis uelocissimi
uolatus est in principio sui motus. s;
postea lentus est ei uolatus. ⁊ ideo
nisi statim rapiat ab auis persecutio
ne desistit. et super aliquam arborem
adeo sepe indignatus se ponit. q̄
vix ad dominum suum uult redire

Inueniuntur etiam accipitres in alpi-
bus quibusdam nidificare. et meliores om-
nibus sunt ut fertur. qui nascuntur in al-
pe de bruca in scilauonia. Boni etiam
nasci dicuntur. qui nascuntur in alpi-
bus que sunt in confinibus verone et tri-
uenti. Ex ipsis quidam sunt parui. qui
communi nomine uocantur accipitres.
Ex quidam magni qui uocantur astur-
res. sunt enim de genere accipitru-
rum. si-
cut coruus et graculus eiusdem gene-
ris sunt et canis paruus et magnus. et
idem in pluribus animalibus est vi-
dere. Et accipitrum quidam sunt ma-
iores. et hii sunt femine. que sunt ma-
ioris uigoris. et quidam sunt minores
et uocantur muschitti. et sunt masculi. qui
paucę utilitatis existunt.

De pulchritudine accipitru-
rum et cog-
nitione bonitatis ipsorum.

Accipitru-
rum pulchritudo co-
gnoscitur. si sunt magni. cur-
ti. paruus habentes caput
pectus et spallas grossas
et amplas. tibias grossas. pedes ma-
gnos et expansos. et pennas colorem
nigrum. Et bonitas quidem cognos-
citur. quia de nido extractus melior est.
et a domino raro fugere consuevit. et
hic uocatur nidafius. Vel qui de nido
egressus. de ramo in ramum matrem
sequitur. qui ramarius uocatur. et opti-
mus esse consuevit. Secundi meriti est
is qui postquam de nido uolauit cap-
tus fuit antequam pennas in feritate muta-
ret. qui sorus uocatur. Sed qui post ta-
le tempus captus fuit raro consuevit
cum hominibus uiuere uel morari. si
tamen permaneat bonus est. quia in fe-
ritate fuit solitus aucupari. Et quan-

to animosior uidetur et audacior per ef-
fectum et meliorum morum. tanto ab
expertis melior iudicatur.

Qualiter accipitres nutriuntur do-
mesticantur et instruuntur. et quales capi-
ant aues. et qualiter mutantur.

Nutriuntur autem nidafii et
ramarii bonis aui-
bus et
carnibus pluries in die pau-
lacim in hora. ut magis do-
minum suum diligant. Possunt etiam
eis dari oua in parapsidibus fracta
et agitata. et in aquam feruentem pro-
iecta. et postea cum digitis simul con-
stricta. Idem fit in soris a principio
sed cum optime priuati et domestici
facti sunt. semel tantum sunt in die pas-
cendi. post tertiam cum digestionem
compleuerint. et non ante. quod per-
gorgam uacuam cognoscitur ab ex-
pertis. et si cibum de gorga usque ad di-
em sequentem non descenderit. tantum
sine cibo dimittantur. Item potest his
in die cibari secure si cibum inueneris
descendisse de gorga. et quotiens hoc
uideris cibare secure poteris. nisi ve-
lis eodem die uel sequenti aucupatum
accedere quia tunc accipitrem famelicum
esse oportet. ut audius predam pe-
tat. et facilius ad dominum reuertatur.
Domesticantur autem si plurimum te-
nentur in manu. et maxime in aurora
tempestiue. et inter multitudinem bo-
minum. et in rumorem molendinorum
et fabrorum et similium. Instruun-
tur vero nidafii et ramarii. Nam cere-
ri sunt in feritate instructi hoc mo-
do. Libetur hora nona bono cibo.
et sequenti die teneatur in loco ob-
scuro usque ad horam nonam. Deinde

accipiat^r et portet^r ad locum uenati
onis. et non dimittat^r primo ad are/
gazas uel gazas. neq^{ue} ad perdoes. q^{uia}
nimis sunt fortes. et si eas superare
non posset. debilitaret^r eius audacia
sed dimittat^r quales. turdis. et meru/
lis. et similibus. **¶** Si uis ut gazas ca/
piat. habeas unam captaz et multas
pennas ei de alis auferas. et quidam
in aliquo fossato absconsus ante co/
spectum accipitris eam proiciat et
ei accipiter dimittatur. **¶** Capunt autem
qualeas. et pardices. aregazas. et glan/
daras siue gazas. et multas alias aues
ut merulos. turdos. passeris et huius si/
miles. **¶** Mutant^r uero quolibet anno.
nam ponunt^r de mense martii per aprilis in
gabia magna specialiter ad hoc fac/
ta. et posita ad solem in loco calido.
ueluti iuxta muros. plage meridiona/
li oppositos. **¶** Et completur mutatio
pennarum eius in principio augusti
et in pluribus in medio. et quibusdam
in fine. et in quibusdam non complet^r
omnino. **¶** Et ad hoc ualet si bene pas/
cantur bonis carnibus. et precipue a/
uium et ouorum. et bene impinguentur.
tunc enim optime mutant. **¶** Et quidam
dicunt ad hoc ualere cibum stellionum
et buffarum et testudinum et lacertarum
Et aliqui consideranter depilant eos
ut noue penne nascent^r uelocius. sed hoc
modo multi iam sunt destructi.

¶ De industriis aucupationis. et in/
ducendi accipitrem ut a domino non
recedat.



Mueat dominus accipitris
ne aliquo modo ledat eum
sed cum uiderit eum iratum
et nolentem stare super ma

nu uel partica suauiter tangat eum. et
ipsum eleuet si pendeat. et quantum po/
test consideret mores et uoluntatem eius
et in omnibus uoluntatem eius sequa/
tur. et semper in manu eius cibet. nec si
bi in aliquo contradicat. quoniam ac/
cipiter est ualde indignantis nature.
¶ Preterea cum iuerit aucupatum non
emittat ipsum nisi uiderit eum bene ap/
petere predam. et maxime ad arega/
zas. et gazas et glandaras. nec eum ni/
mis a remotis dimittat. quia cum non
potest attingere auem. sepe indignan/
tus recedit. et aliquando in arborem
ascendit. nec ad dominum uult redi/
re. **¶** Item non fatiget dominus accipi/
trem ultra modum. nec sit tantum au/
dis multitudinem qualesarum uel a/
liarum auium habere quod eum destruat
uel irasci faciat. **¶** Sed cum eas ceperit
quas uidet accipitrem libenter appete/
re sit contentus. et ex ipsa preda eius ci/
bet. et sibi suam uenationem sentiat. per/
fuisse et incitet in amore uenandi.

¶ De egritudinibus accipitrum. et de
ipsorum curis.

Accidit accipitri ut calefiat
ultra naturam et complexi/
onem suam. intantum quam
doque ut febricit et tunc erit
tactu calidus. et uidebitur tristis. quod
quandoque euenit ex solis spiritibus
inflammatis ex nimio labore. uel alio
accidente. **¶** Et quandoque ex humori/
bus putrefactis in aliqua parte cor/
poris eius. **¶** Et tunc si macer est paruus
et sepe cibetur ex carnibus pullorum
et paruorum auium. a passeribus ta/
men tunc abstinere melius est. quia multi
tum calide complexionis existunt.

Et dicte carnes dent sibi. in reb9 naturaliter frigidis inuolute. ut in semib9 cucurbitarum ⁊ cucumerum tritis. aut in muscilagine psilii ⁊ similiū. Vel paulisper coquantur in syrupo uiolato ⁊ similibus. ⁊ sibi dent. ⁊ ponat in loco frigido ⁊ obscuro sup pti ca pannis lineis inuoluta. In succis frigidis plerumq; infusis. ⁊ quando q; infrigidat. ⁊ digerere cib9 nō potest. ⁊ tunc similiter est tristis. ⁊ tactu frigidus. ⁊ color oculorum mutatur ad palliditatem ⁊ discoloratione9 ⁊ tunc teneat in loco calido. ⁊ suauiter in manu teneatur ⁊ portet. ⁊ paulisper quandoq; ad uolandum mittat ⁊ dent sibi carnes auium. ⁊ precipue passerum ⁊ pullorum masculorum ⁊ pipionum cocte aliquantulum in rebus calidis. uelut in uino. uel aqua i qua sit saluia uel menta. uel maiora. na. uel pulegium. ⁊ similia. ⁊ inuoluatur in melle uel puluere seminum feniculorum ⁊ anisorum aut cimini. ita tamen q; nihil omnino sibi det. nisi prius omnis cib9 de eius gorga descenderit. ⁊ si macer est plus ⁊ sepi9 cibetur. Si pinguis minus ⁊ rarius. In utroq; tamen casu temperate cibandus est. donec fuerit liberatus. Si nullo modo digerit cib9. sed eū omnino retinet. dicunt experti q; accipias cor rane. ⁊ liga illud cum vno filo. ⁊ fige cum vna penna in gulā eius ⁊ postea trabas filum. ⁊ sic pastū eiciet. Item accidunt ei sexcupedes ⁊ tunc unge particam eius uel pannū circa eam inuolutum cum succo marelle uel absinthii. ⁊ sic dimittat ad solē de mane usq; ad terciam. Item accidunt ei quandoq; lumbrici. ⁊ tunc

Da sibi super pastum succum Foliorū persici. aut puluerem santonici. ⁊ liberabit. Et quandoq; patit guttam in articulis ale aut coxe. ⁊ tunc minue eius sanguine aperiendo modicū uel nam. que sub ala aut coxa existit. cui in ea patitur. Item accidit eis podagra. que prouenit ex descensu humorum guttarum. in nodis pedum ⁊ digitorum. ⁊ tunc curantur cum lacte herbe que lactarola uocatur. ungento ex eo eorum pedes. ⁊ ungēdo ex eo pannum lineum ⁊ ipsum ponēdo super particam. super qua teneat accipiter donec erit rupta podagra. et tunc auferatur pannus ⁊ ex sepo ungetur podagra donec fuerit liberatus.

De asturre.
Scurres sunt de natura accipitru9. sicut in tractatu accipitris est dictum. Et cognitio pulchritudinis ⁊ bonitatis eorum est sicut accipitrum ⁊ nascuntur in alpi9 ⁊ nemoribus. Et domesticantur et instruuntur ⁊ nutriuntur sicut accipitres. Capiunt autem perdices. coturnices. fastianos. et aghirones. ⁊ multas similes aues. scilicet anates. anseres. corniculas. ⁊ quasi omnes aues quibus mittuntur. et cuniculos ⁊ lepores paruos ⁊ magnos. licet eos sine auxilio canum retinere non possint. Ferunt etiā capriolos paruos. ⁊ eos impediūt adeo. q; canes eos capere pnt. Ducant ut accipitres. ⁊ eodē egritudine eis accidere pnt. ⁊ eodē modo curant. Verumtamen fortioris sunt nature. ⁊ iō non de facili infirmantur ⁊ moriunt

et non requirit in eis tanta diligentia
et sic facile recedunt a dominis.

C De falconibus

Falco est avis que de rap-
tu uiuit. et solus icedit ad
predam. sicut omne uola-
tile rapax propter causam
in accipitre assignatam. Nec avis mi-
rabilis est uolatus in principio. me-
dio. et in fine. que sursum rotando as-
cendit. inferius intuitum figens. et ubi
uidet anatem anserem aut grues sicut
sagitta clausis alis ad auem cum un-
gue posteriori lacerandam descendit.
Et si eam non tetigerit persequitur
fugientem. et sepe cum auem in fugam
uersam capere non potest adeo iras-
citur contra eam. quod post ipsam quo-
dam furore uolitans a domino nimi-
um elongat. adeo quod non redit ad ip-
sum. Nec avis ualde animosa est et no-
bilissimi generis. Falcones primo di-
cuntur uenisse de monte gelboe. qui in
partibus babilonie est. Et inde uene-
runt in sclauoniam ad palum nudum
deinde spersi sunt per quosdam ali-
os montes arduos in quibus inueni-
untur.

C De diuersitate falconum.

Falconum quidam sunt mag-
ni. qui falcones comuni
nomine dicuntur. et quidam
parui. qui uocantur bysiner-
li. Ex magnis quidam sunt nigri. qui
dam respectiue albi. et quidam rubei
et coloru predictorum inuicem genera-
ti. uidelicet cum trizolus unius perdi-
ta socia sua cum altera permiscet. Et
huiusmodi omnes falcones sunt fel-

mine. et eorum mares trizoli siue trizel-
li uocantur. sic dicti. quia simul tres in
mundo nascuntur. scilicet due femine. et tercius
masculus. et propterea trizolus uocatur. qui
non sunt tante uirtutis ut femine. et
sunt ualde minores quam ipse.

C De pulchritudine et nobilitate fal- conum.

Pulchritudo et nobilitas
falconum cognoscitur. si habet
caput rotundum. et summi-
tatem capitis planam. et
rostrum curuum et grossum et curuum. et
spallas amplas. pennas alarum sub-
tiles. coxas longas. et tibias curtas et
grossas. pedes liuidos sparsos et ma-
gnos. et qui talis est. ut plurimum bo-
nus est. licet aliqui satis deformes se-
pe optimi sint inuenti. Ideoque falco-
num bonitas et audacia solo experi-
mento perfecte cognosci potest. De-
rumtamen eorum bonitatem et desiderium
capiendi aues multum auget magis-
trorum suorum industria. Et eosdem a
bono proposito sepe reuocat imperi-
tia eorundem.

C Qualiter nutriuntur domesticantur et instruuntur et mittuntur.

Non sunt tenendi super lig-
no. sed solum super petra
rotunda et aliquantulum
longa. super ea enim ma-
gis delectantur instinctu nature et consue-
tudinis eorundem. Qui ex eis parui
sunt byrcina uel pullina carne nutri-
untur precipue. Cum aues capere
inceperit. da sibi de prima quam ca-
piet quantum voluerit. Idem faci-
as de secunda et tertia. ut ex hoc ad
raptum auium. et ad obediendum do-
mino animetur. Abinde uero in antea

stringe eum. cum uis q̄ alias aues ca-
piat hoc modo. **E**cortica gallinaz ⁊
fac tria purgatoria. ⁊ da ei madesac-
ta in aqua. ⁊ pone eum in loco obscu-
ro ⁊ dimitte usq; ad auroraz diei. po-
stea calefac ad ignem. ⁊ aucupatū ua-
de. ⁊ non fatiges eum ultraq; uelit. s;̄
solum quantum ipse uult. ⁊ aude de-
siderat mittat ad aues. sic enim liben-
ter tecum manebit. ⁊ quocunq; ierit
ad te curabit redire. **C**um inueneris
falconem tuum audacem. ⁊ cum intē-
so desiderio aues capere. diligenter
considera statū eius in macie ac pin-
guedine. ⁊ in quo statu eum inuene-
ris. in eodem retinere curabis. nā qui-
dam falcones melius se gerunt. cum
sunt pingues. **P**lures autem ⁊ fere o-
nes in statu medio existentes. **A**liqui
licet pauci cum fuerint macriores. et
huius generis. rubei ut plurimum eē
dicuntur. **E**t cum primo mittant ad
aues. ad minores primo mittant. de-
inde ad mediocres. ultimo ad maio-
res. **S**i enim primo mitterēt ad mag-
nas ⁊ superarent ab eis. deficiēt ad
huc potentia ⁊ industria quas usu ac-
quirunt. incipiēt abinde in antea ma-
gnas ⁊ mediocres formidare. sicq; dif-
ficulter resumerent audaciam sibi in-
natam. quam impericia sui doctoris
amiserunt. **P**lurimum etiam confert
falconi ad audaciam acquirendaz si
eum teneas multum in manu. ⁊ des ei
carnis pulline hora tertia coxam unā
deinde pone ante ipsum aquaz in q̄
balneet. postea ponat ad soles. ut sic-
cet. deinde ponat in loco obscuro.
ibiq; usq; ad uesperas dimittat. dein-
de teneatur in manu usq; fere ad pri-
mum somnum. postea lumen lucerne

uel candelee coram eo per totam tene-
atur noctem. ⁊ cum matutina uenerit
hora. suburset cum uino. ⁊ teneatur
ad ignem. in aurora uero diei. aucu-
patum portetur. ⁊ si capiat quantū
uult de preda sua cibet. **S**i uero nō
capiat. det sibi ala una ⁊ media col-
la galline. ⁊ in loco ponat obscuro.
Circa medium februariū falconem in
muta pones. ⁊ de canis carnibus eū
cibabis usq; ad mensem unum. **P**ost
ea pones ante ipsum concham aque
prius tamen da sibi comedere. ⁊ si ui-
des q̄ non mutat. unge carnem quā
sibi tribuis d̄ re cocta ⁊ melle. q̄ si ad
huc non mutat accipe ranā ⁊ fac pul-
uerem ⁊ super carnem pone. et muta-
bit. ⁊ caue ne ipsum de muta tollas.
anteq; complete fuerint penne eius. ⁊
cum de muta acceperis eum. ad calo-
rem non teneas. sed plurimum eū in
manu tene. nec postea usq; ad quide-
cum dies cum eo aucupatum accedas.
Capiunt autem anates. anseres. agbi-
rones. grues. ⁊ starnas. ⁊ multas ali-
as aues. **S**ed fert q̄ si comedūt san-
guinem aghironis omne desiderū ca-
piendi grues amittunt. **S**i uero car-
nes solū sine sanguine comedāt hoc
uicium incurrere non creduntur.

De egritudinibus que falconibus
accidunt.

Accidunt falconib; oēs egrit-
tudines quas superius ac-
cidere accipim dixi. et ea-
dem sunt signa et cure. qz
omnium uolacilium rapacūz fere ea-
dem est natura. ⁊ ideo de his hic tra-
ctare nō expedit. **U**nū tñ cognoscas
q̄ falcones sunt fortioris nature q̄

accipitres. et non sic facile infirmantur et moriuntur si comedant antequam cibum de gorga descenderit. Quidam insuper falconarii multos modos regendi falcones narrant. et alias egritudines eis accidere. aliasque curas necessarias esse. ex quibus forsitan aliqua vera sunt. que per multas experientias approbantur. Sed multa ex hiis que dicuntur ratione carent. et sunt potius apparentia quam existentia. Ideoque si quibus defuit de cura falconum et auium rapacium per viros expertos non semel sed pluries longo tempore suppleantur.

De bysmerlis.

Bysmerli sunt de genere et natura falconum. et sunt que si falconelli parvuli. quando apparet per formam corporis et colorem pennarum. quorum occupatio potius uoluptatis quam utilitatis existit. Capiunt autem precipue landulas. et tanti desiderii et amositationis sunt ad eas capiendas. quod plerumque persecuti sunt eas in uillis usque in clibanum ardentem aut puteum. aut sub mantellis hominum. De ipsorum autem doctrina et cura plura non dico. quia per superiora satis sciri potest.

De girfalcis.

Girfalcus est avis rapax. maior quam falco. et est magne uirtutis et potentie. mirabilisque audacie. adeo ut inuenti sint aliqui audaci spiritu aquilas insultasse. Capiunt autem omnes aves quantumcumque magnas. Et sunt fere de natura falconum. et ideo falconum doctrina satis sufficit ad nu-

triedos et instruendos girfalcos.

De aquilis.

Aquila est similiter avis de raptu uiuens. que propter fortitudinem et audaciam suam uocata est rex auium nam omnes aves eam timent. sed ipsa nullam. Diverse sunt species aquilarum. Quedam enim sunt ualde magne. quedam mediocres. quedam parue. Et iterum. quedam sunt nobiliores. non appetentes nisi uolatilia. et animalia terrestria uiuentia. Et quedam quodammodo ignobiles et degeneres. que appetunt non solum carnes uiuas. sed etiam mortuas. et pisces mortuos. et descendunt super cadauera animalium et similibus. et tales declinant ad naturam et ignobilitatem miluorum. Aquile domesticantur ab hominibus. uidelicet que parue de nido extracte fuerint. sed eas que diu in feritate steterunt non esset tutum domesticare uelle. quoniam facile propter suam audaciam et potentiam grauiter lederent in facie uel alibi instrumentem. Et domesticantur ut hominibus querant quaslibet aves magnas. sed precipue ut capiant lepores et cuculorum et capriolos cum auxilio canum. Et qui aquilam uenatum portat debet esse fortis. alioquin ipsius pondus sustinere non posset. et statim dum uideret canes inuenisse pasturam. aquilam consuetam et instructam dimittere debet. que semper supra canes uolabit. et cum leporem uiderit. subito descendet et capiet eum. Nutritur autem ex omnibus carnibus. et non de facili infirmatur. Sed cum leporem ceperit pascatur ex eo pluribus vicibus.

ut eos postmodum libentius persequatur. Qui iuxta nidum aquile habitant unum ex pullis eius accipiant. et cum accipiunt timore aquile sint armati. et precipue in eorum capitibus. et cum pullum habueris. ad unum paruum palum eum in aliquo loco ligabis. hic uociferabit. venientque pater et mater deferentes eidem cuniculos et lepores si erunt in partibus illis. et gallinas et anseres que accipere poterunt et habere. ferunt tamen et quandoque gattas et quandoque biffas. et in districtu mutine iam detulerunt filio gallinam cum quibusdam pullis existentibus inter pennas matris. qui habitus sine ulla lesione et nutriti fuerunt.

De guuo et guuecta.

Guus et guuecta sunt eiusdem nature et sunt animalia nocturna potius quam diurna. quia eorum oculi de nocte uident melius quam de die. Tu igitur deformia sint. et raro ab aliis uibus uideant. mirantur aues in uisione ipsarum. et eas uidere appetunt. quoniam anima tam brutalis quam rationalis in rebus nouis et insolitis precipue delectatur. Homines ergo cernentes alias uolucres circumuolare guuo et guuecte et eas cum auditate plurima inueniri. excogitauerunt ingenia quibus eas capiant aues. que ad guuum et guuectam libentius appropinquant. non ergo nutrant eas ut ipse aues capiant. sed ut mediantibus ipsis cum uisco aut rethibus sibi querant. Uident autem de quibusdam carnibus et precipue de muribus et noctuis. et cum cibitate fuerint competenter. ieiunant duo

bus tribus et quatuor diebus. et guus usque ad octo non ledit. Et femine meliores sunt masculis sicut omne uolacile rapax. Et guuecta quidem melius tenet in aliqua colubaria uel aliquo loco ei simili quam alibi. Et si bene domesticata fuerit optime capiet mures in domibus existentes. Comedit etiam lacertas et ranas. et omnia carnes habentia.

Qualiter aues cum rethibus capiuntur.

Hes cum rethibus pluribus capiuntur modis. Et uno quidem modo capiuntur ad patrem. qua capiuntur anates. Et modus quidem est ut iuxta aliquam paludem facias foueam circa. xx. uel. xxv. brachia longa. et circa. x. uel. xii. brachia lata. uel totam maiorem si uoles. et tantum concava. et circa unam spannam aque hereat. et sit a duobus capitibus longis acuta. In uno angulo sit quidam fossatus. et in alio aliquantulum longe sit casella. Circa foueam sint undique spacia plana. quanta est terrazlatitudo. Deinde fiat sepius circuquaque ne lupi aut vulpes uel alia animalia nocua intrare possint. et aues in eo loco existentes fugare. In predicta fouea circa. xii. uel. xvi. anates domesticæ. die noctuque morentur in hyeme. et milica in bona quantitate prouocantur in aquam propter domesticas et siluestres. sintque domesticæ siluestribus similes in colore pennarum. Circa foueam iuxta ripas figentur pali quatuor partiarum. qui rethia eleuant. et pali rethium figantur circa spacia per narrata. et super ipsam cordam palorum

175
paruorum totum colligitur rethe. et tunc
ipsum quod stagie siue baculi qui rethe
eleuant optime cooperiantur. **S**untque re
thia duo magna in utroque capite con
iuncta sicut rethia aroli. que quidam
coopertorium uocant. que cum eleua
tur. simul in altum coniunguntur ad mo
dum culminis domus paleate. **E**t mo
dus quidem eleuandi eas est. quod iux
ta casellam est furca in partica. in cui
us capite subtili est rethium funis a
nexus. **I**n grosso uero est cista fortis
et magna ex terra repleta. quesuo po
dere cum uoles ad modum machine
rethia eleuabit. **H**uc confluet multitu
do anatum in nocte per aera uolanti
um. cum domestice uociferabunt. **U**n
de in multa quantitate descenderint.
rethia eleuabis. et cum partica percu
tendo rethia. omnes siluestres in cui
cullum rethis quod est in predicto fos
sato extensum expelles. et domestice que
non timent remanebunt in pantera.
Deinde aperies caput cuculli. et facile
cum dentibus in capite anates occides
sicque una hora quandoque mille capi
untur. **E**st et aliud ingenium quo
capiuntur grues. cigni. starue. et anse
res. quod est tale. **I**n ripis fluminum
ab utraque parte infigitur arbor altissi
ma uel due simul iuncte. ut longior sit
arbor. habetque per totum caniculas pro
ascensu. et in summitate cyrellam. in
qua ponitur funis rethis. cuius lon
gitudine est secundum fluminis latitu
dinem. et arboris distantiam. et eius la
titudine est ut superius eleuata. usque ad
medias dependeat arbores. **D**einde
homines usque a remotis ueniant per
glareas fluminis. omnes uolucres que
inueniunt expellentes. que uolantes

a splendore aque non discedent do
nec in rethe inciderint. et tunc decline
tur rethe cum funibus suis. et uolu
cres capiuntur. **E**t modus iste locum
non habet. nisi cum tempus fuerit nu
bilosum. et aer obscurus. alioquin a
ues eleuate facile a flumine deuiarent.
Est aliud ingenium quo capiuntur an
seres et starue. quod est tale. **T**empo
re hyemis cum ex gelu et sole puluis
est in campis segetum. tenditur in se
gete uno sulco rethe unum. longum
per quadraginta brachia uel idcirca
et latum circa quatuor brachia post
terciam cum in uespere capere cupis
uel in sero cum uis in mane habere.
Est autem hoc rethe simile uni pari
eti habetque stagias eleuantes longas.
secundum dimidiam latitudinem re
this. et tenditur cum duabus braget
tis ut paries. sed disponitur ut per se
eleuetur uolenter. quia homo ipsum
rethe per se eleuare non posset. **C**um
que totum rethe in terra firmatum fue
rit. totum super cordam colligitur. et
tam ipsum quod stagie et bragette et fu
nis trahens optime ex puluere coo
peritur uel herba. **S**icque in uno fossa
to uel alibi aliquanculum remoto lo
cus coopertus. ubi latitet homo. qui
rethe leuare debebit. **I**n rethis loco
sint duo uel plures anseres domesti
ci siluestribus similes duobus pali
culis alligati. et duo scorticati simili
ter si uelis. ut illuc siluestres confide
tius ueniant. **C**um siluestres descen
derint in aliqua parte agri ex oppo
sito. uadat socius cum capello in ca
pite. et ligone uel alia re in manu. lo
quatur aliquid. et laborare uideatur.
alioquin fugerent. sicque considerater 3

et caute perducatur eas ad locum rethia
quod facile fiet per vniuersum agrum
quantumcunque magnum si hoc caute
facere scies. **C**um in rethi uideris eas
confidenter loquere. socioque dicas ut
rethe trahat. Verum quia hec auis
cautissima est oportet te omnino ca-
uere. ne in mane ad locum rethia ac-
cedas. quia statim perpendere de-
rore uel pruina pedibus tuis mota et
fugerent. **E**t ideo cum tetenderis in se-
ro non est necessaria hec cautela. plu-
res autem non obseruant hanc caute-
lam. ideoque rarius capiunt. et solas in-
ueniunt simplices. non uetustas saga-
ces. **E**t ideo cum tendis in sero. statim
ibi stelliones pone. et per totam noc-
tem dimitte. Sed cum capere uis in se-
ro non est necessaria hec cautela. **I**tem
est aliud ingenium capiendi anates.
iuxta aquam ubi sabulum est. et e-
rethe simile predicto. sed est paruum et
satis spissum. et eodem modo tendit
et sabulo cooperitur et locus custodis
est ex aliqua re. Deinde sabulo coo-
pertus. ut paruum habeat foramen.
unde uidere possit. **E**t caueat ne per
foramen flatum emittat. cum in loco
sunt aues. **H**ic non sunt stelliones ne-
cessarii. sed per totam hyemem poni-
tur ibi milica et uinacia. ut assuecant
aues locum frequentare. **C**um autem
ibi stare assueuerunt. cedas rethe. po-
terisque oportune locum custodire. ac
que uiam introitus longam cauare. et
melegarius et sabulo desuper cooperi-
re. **I**tem rethe uel simile spissius tamen
tendi potest optime in arboribus uel ali-
is locis. ad capiendum columbos. p-
dices. coruos. glandaras. aragazas.
lodulas. et omnes aues paruas. que

escam granorum accipiant. et poteris
cum esca facere quod ibi uenire ac stare as-
suecant. et postea rethe tendere. et lu-
to uel paleis operire. **E**t hoc ingenium
potest habere locum tempore niuium
et quolibet alio tempore. **E**t erit esca
conueniens spelta. faba. milica. lolium
et semina uinacie. et similia. ut frumen-
tum motum. et cicercula. uel faseoli. et
cum eodem rethi siue esca poterunt ca-
pi aues in estate. cum tempore magne
siccitatis tetenderis iuxta aquas.
Item est aliud ingenium quo capiuntur
cum rethibus auium diuersa ge-
nera. et precipue columbi et curtores. et
quedam alie mediocri magnitudinis
aues. et fere omnes auicule parue. fal-
cones etiam et accipitres. et omnes fe-
re aues rapaces. **M**odus autem est
duo rethia satis longa et lata omnibus
fere generibus nota. que uulgariter uo-
cantur parietes. tenduntur in pratis
uis et agris. et iuxta aquas. remote fe-
re ab inuicem. ut est latitudo ambo-
rum quorum quilibet duos habet bacu-
los eas eleuantes cum trahitur funis
communis. quorum longitudo secun-
dum latitudinem rethium existit. et u-
num caput cuiuslibet cum paruo pa-
lo in terra firmatur. et in uno capite
habent unum funem communem. qui
ad quandam palum etiam communem
in terra defixum annectitur. ab alio
capite alium habent funem. qui ad u-
num longius coniunguntur. qui usque
ad locum aucupatoris quibuscumque ra-
mis circumdantis protenditur. **H**ec au-
tem rethia pro columbis et magnis a-
uibuscumque sunt rara et fortia. pro paruis
subtilia atque spissa. predicta rethia
cum sunt terre affixa. iacent in terra

elongata abinuicem. et cum funis tra-
bitur eleuantur et coniunctim flectuntur.
ac operiunt omnem auem uenientem
ad locum qui erat uacuu. Inter uo-
lunt in hoc spacio uacuo tenentur co-
lumbi et turtures aliqui excecati. Vel
habentes palpebras super oculos ne
aliquo uideant cum filo ligatas ut
stant ibi aues excorticatae aliquo stra-
mine replete. habentes caput integrum
et uirgulam paruam loco crurium qua
stant recte ut uideantur uiuere. Pro
paruis auiculis ponitur ibi gnueta.
ad quam uidendam libenter ueniunt
uel tenentur ibi auicule paruo filo li-
gate. ad quas alie parue accedunt. ac
cipitres etiam et falcones causa capiendi
descendunt. Aucupator autem nus-
quam expectare debet. quod aliqua auis ac-
cedens se in terram deponat. sed cum
prope fuerit. trahere funem debet. et
auem uolantem ad terram prosterne-
re. ipsamque capere. **E**st et aliud ge-
nus rethibis. quo auium multa genera
capiuntur. maxime cum terra est niue
cooperta. quod uulgo uocatur aro-
lus. qui ex duobus rethibus non mul-
tum magnis sed spissis et fortibus con-
stat. que in quolibet capite coniungun-
tur. et in terram affiguntur. distantes
in partibus mediis habentes quatuor
breues baculos. quibus eleuantur
in altum. nec flectuntur in terram cum
funis trahitur. sed permanent eleuati et
simul coniuncti cum rethibus desuper
ad modum tugurii. Hoc rethe cum om-
nibus baculis et funibus optime ope-
ritur stramine aristarum uel paleis. et in spa-
cio intermedio tenentur optime grana
et cetera cibaria. que auibus que uenire

sperant sunt precipue grata. Cum au-
tem aucupator perpenderit ibi esse a-
uium multitudine latenter intret do-
musculam ualde clausam. que ibi de-
bet esse propinqua. et subito trahat
funem. et fortiter ad unum palum
in domuscula positum annectat et a-
ues capiat. Hoc ingenio capiuntur fa-
cile milui et aquile. ceteraque aues super
cadauera descendentes. si cadauer to-
tum uel pars ponatur in medio rethibis.
Item eo capiuntur vulpes. si gallina
nocte ponatur in medio. sed rethe huius-
modi pro ipsis et aquilis fortius esse de-
bet. sunt et alia rethia que uocantur ara-
nee ualde subtilia. ne in aere facile ui-
deantur. quibus capiuntur multe auicule.
cum ponuntur erecta in aere duabus p-
ticellis annexa in locis per que auicu-
le consueuerunt uenire. Item accipi-
tres hiis facile capiuntur. similiter et fal-
cones. cum circa columbum erecta ten-
duntur. et eodem modo ceterae aues ra-
paces. Sed harum duo sunt genera. nam
quedam aranea est simplex. et uirgulis a-
deo leuiter aptatur quod cum tangit cadit
auemque inuoluit. Item est alia aranea tri-
plicata. ex tribus opposita. quarum me-
dia est spissa et plurimum lata. exteri-
ora duo sunt ualde rara. ac adeo stri-
cta. quod cum sunt ad capiendum eleua-
te. ac partibus stantibus fortiter ane-
xe. stant extense. mediaque mollis et la-
xa. que super funiculum superiores ele-
uatur. et cum auis incidit. transuo-
lat ambo rethia rara. et in medio spis-
so inuoluitur et cum eo uelut in saccu-
lo quodam pendet. **S**unt et alia re-
thia quibus capiuntur perdices que
sunt longa et stricta in medio quadam

caudam ad modum sacculi longā habētia hoc modo. Aucupator qui die uenat' pannum rubeum cum uirgulis ad clipei modum formatum. ante se portat. et per agrum pergens foraminibus duobus inspicit. et perdices inquirat. cum eas uiderit. circa eas retbia tendit. quibusdam palis ad funes retbium annexis. et caudam circulis a pertam extendit. semper ante se retinens clipeum uersus perdices. quibus extēsis sic perdicibus appropinquat et in caudā retbium paulatim impellit. non solum timore sed etiam pedibus si opus erit. Qui autem nocte uenatur in sero locum inquit ubi nocte morat'. et cum aeris integra obscuritas superuenerit. ad eundem locum cum igne reuertit'. Est autem ignis in uase sic formato. quod nec ipse uidet. et a parte uidet spacia uniuersa prope se et per unum agri sulcum accedit. et per alium reuertitur circa locum in quo perdices reliquit. ac cum eas uiderit. ipsas operit cum retbi quod habet apertum in capite partice formate ad modum huius negotio oportunum. Vel si habet retbe supradictum potest ipsum tendere circa ipsas. et impellere et capere uniuersas. Est et aliud retbe quod expegatorium a vulgo uocatur satis magnum. quo capiunt' perdicēs et quales. ac fasciani. et quedam alie aues cum auxilio catuli ad hoc instructi. qui aues requirit. quas cum uiderit stat nec ad eas progredit' ut expellat sed aucupatorem dominum suum retro respicit. et caudam mouet. taliter quod ipse aucupator cognoscit aues esse paululum ante canem. et tunc ipse et socius retbe trahunt. et aues et catulum

operiunt. et sic eas accipiunt. **E**st et aliud retbe paruum in capite partice preparatum. ut apertum existat. quo unus solus utitur. et cum ipso aues aperit a cane predicto modo inuentas. Item hoc eodem retbiculo utitur aucupator ad quales solas. cum qualatorio. cuius sonus est per omnia similis uoci quales generis feminini. ad quem ardentius accedunt masculi prope ipsum quos tunc operit atque capit.

Qualiter aues laqueis capiunt'. **I**t laqueus quo facile capiunt' aues que raptu uiuunt hoc modo. In loco ubi prope morant' aues rapaces. uel quo transeunt. infigitur foras ab utroque capite arcus ualde plius catus. prope quem ab una parte firmatur uirgula. in cuius scissura muris cauda infigitur. uel ad quam frustum mortue carnis annectitur seu rana. et ab alia parte partica fortiter in terram dimittitur. habens in capite laqueum. et quandam paruam cordulam cum uno stecbeto quo partica firmatur ad arcum. et ad paruam incisuram que fit in capite uirgule murem tenentis. et laqueus circa murem extenditur. et cum auis murem uel aliam rem uel exportet tangit. partica dissoluit' ab arculo. ac superius eleuatur cum aue rapaci que pedibus uinculatur. Item sunt laquei multi de pilis caude calballine in uno funiculo eiusdem materiei texti. qui tenduntur in sulcis frumenti. funiculo a terra eleuato ultra altitudinem auis. parum declinatus laqueis et apertis ut auis transiens capite immisso capiatur collo. et hoc

modo capiuntur perdoes in agris.
7 quales ac fastiani in semitis nemoz
per quas transeunt. Aues etia aqua
tiles eodem capiunt modo. cū iux/
ta aquas bene transeunt laquei tales
tenduntur. Columbe etiam 7 alie a/
ues multe capiuntur ex eis cum incu/
bant uel pullos habent. si circa nidū
ipsaz tendant. **I**tem in fabis ac
fascolis seminatis capiunt columbi
ac turtures paruis laqueis. qui vul/
gariter dicunt scalelle. **I**uius autem
laquei modus est. q̄ i capitibus par/
ui baculi uel melegarii longitudie v/
nius semissis. infigunt due subtilissi/
me uirgule altitudinis spanne vni9.
7 in medio figit quedam spina duo/
rum uel trium digitorum in longitu/
dine longa. scalella appodiat ad ri/
pam sulci. ubi aliqua sit in ripa con/
cauitas. taliter q̄ spina iaceat in ter/
ra in fouea. 7 uirgule sint superis ele/
uate. **I**uxta eam ponat laqueus cum
paruulo palo terre affixus. qui leui/
ter apertus amoueat uirgulis. 7 tene/
atur ab eis. 7 in spina infigatur fase/
olus. uel faba mollis. solūmodo vñū
granum. quod auis rostro capiet. ac
caput eleuans super collum laqueuz
trahet. plicata scalella cum uirgulis.
quem sentiens territa caput eleuabit
7 collum 7 laqueo capietur.

Qualiter aues capiunt uisco.
Aues capiunt uisco multis
modis. Vno modo q̄ in/
uisantur uirgule subtilis/
sine uincorum uel ulmoz
ubi uinci desunt. **V**irgule quidem fi/
ant breues uel longe. respectu habi/
to ad paruitatem uel magnitudinez

auium capiendaz ab ipsis. s; primo
debet uiscus temperari. ut sit bene te/
nax hoc mō. lauet bene cum aqua tē/
perate calida. aperiendo ipsum ma/
nibus balneatis. 7 a pustulis cunctis
mundando. **D**einde admisceat ei mo/
dicum oliuaz. 7 non sit adeo durus.
q̄ pennis auium inuiscari non possit
quo facto uirgulis inuoluat. taliter
q̄ uiaqueq̄ uirgula sit vñdīq̄ inuo/
luta in duabus uel trib9 partibus ei9
tercia sine uisco remaneat. que tracta/
ri manibus possit. **S**i tempus sit
adeo frigidum q̄ congeletur uiscus.
temperet cum oleo nucum. **D**ee uirgu/
le parue inuiscate infigunt leniter in
uirgis palmonū. qui sunt partice ma/
gne ramis uiridibus arborum 7 pre/
cipue quercuum fasciate. habentes in
capite superiori quatuor aut quinq̄
virgas paulisper eleuatas. in quib9
affigunt paruisse uirgule inuiscate
ac ipse palmonus cum fuerit uirgu/
lis inuiscatis coopertus infigitur in
terram in fouea facta in ipsa. ut stet
ad formam arboris rectus. **I**tem cir/
ca ipsum infiguntur rami arborum.
ad quos appenduntur cauee. in qui/
bus sint multe 7 diuerse auicule segre/
gatiū que cantant. 7 volitantes per
aera vocant. que vocate se ponūt su/
per dicto palmono inuiscato. 7 cap/
te in terram corruunt. **I**tem cu3 ma/
gnis uirgulis inuiscatis capiunt mul/
te magne aues. 7 precipue corui atq̄
cornices cum auxilio guui hoc mo/
do. **I**n locis ubi stare aut vñde tran/
sire consueuerunt. inciditur in ramu/
lis arbor aliqua. que ab aliis arbo/
ribus multum distet. sed aliqui rami
frondibus nudati relinquuntur in ea 33

uel aliquę ponunt partice super eam
In his ergo infigunt leuiter uirgu-
 le magne uiscose. ac gumus i terra po-
 nitur. in loco paulisper eminenti. ut
 melius ab quibus uolantibus uideat.
 quem cum aues uiderint uolitat cir-
 ca ipm. et uolatu fesse. super arborez
 inuiscatam descendunt. atq; in terra
 ruunt. quas aucupator partica pse-
 quat. ut eas occidat. na si manib; ca-
 pere uellet. lederet ab ipsis. **I**tem uis-
 co capiunt accipitres. falcones. cete-
 req; aues rapaces. nam in terraz due
 uel tres infiguntur uirgule inuiscate.
 modicuz distantes. ac uersus seipsas
 plicate. in medio quaz ligat auis a-
 liqua. ut columbus uel pullus. uel ca-
 ro. aut mus. pro miluis et quibusdaz
 aliis auib; rapacibus que talia pe-
 tant. ad que cum aues uenerint capi-
 untur. **I**tem capiunt uisco passeret
 et ceterę aues parue ul magne. si uirgu-
 le inuiscate ponant in locis in quib;
 cibant. uel ubi stare consueuerunt.
Item capiunt cordulis seu funiculis
 inuiscatis regar ali. cum ad ficus ue-
 niunt uel ad uuas. et ceterę aues que
 arborum fructus furant. si predicti
 funiculi suspendant ante ficus uel al-
 lios maturos fructus ad quos ueni-
 re assuescant. **I**tem funiculis lon-
 gis inuiscatis capiunt sturli. qui ual-
 de gregatim uolant. cum habet ali-
 quis sturlus ad cuius pedem ligatur
 funiculus inuiscatus. et in manu tene-
 tur et dimittit. cum congregatio stur-
 lorum prope uidet. tunc enim cuz fu-
 niculo dimissus ad gregem accedit. et
 cum ipso grege stricte uolitat. multi-
 q; tangentes funiculum inuiscantur et
 ad terram simul cum eo ruunt. **I**tem

uisco capiunt anates. et ceterę aues a-
 quatice. cum ex eo inuolunt funis lo-
 gu. ex pauerus quibus scoria sunt
 compositus. et ponit precipue sero i
 lacu uel alio loco. ubi dicte aues mo-
 rari consueuerunt. naz aues per aqua
 natantes in nocte incidunt in funem
 super aquam extensum. et capiuntur.
 et sequenti mane capte inueniunt. **S**z
 oportet q; hic uiscus sit taliter tempe-
 ratus q; se ab aqua defendat.

Qualiter aues capiuntur balistis.

Qualiter aues capiantur cuz
 balistis et arcibus notum
 est omnibus hominibus.
 q; sagittant ubicunq; sint
 in terra ul arboribus. **S**ed in his ob-
 seruande sunt quedaz cautele no om-
 nibus note. quarum una est. q; balis-
 tator qui uult anseres uel alias mag-
 nas sagittare aues. debet habere bi-
 furcatas sagittas in parte anteriori
 ubiq; acutas. que alam quam taget
 aut collum incidant. nam sola perfo-
 ratio communis sagitte uel obtusio
 non lederet auem intantum. q; rema-
 neret ibidem. sed vulnerata recederet
 licet ex vulnere finaliter alibi morere-
 tur. **I**tem debet intutum cuz sagittat
 dirigere. non ad extra vagantes. sed
 ad unam que sit in medio duaruz ul
 plurium. ut si contingat sagittam ul-
 tra uel infra progredi. quod plerum
 q; contingit primam uel ultimam fe-
 riat. ne inuanum sagittet. **I**tem qui
 uult in arborem sagittare columbos
 aut alias aues. pulziones qui sunt sa-
 gitte i capite grosse debet habere pa-
 ris ponderis. et cum uult ad auem

sagittam emittere. debet cum pede signare locum ubi est. et notare locum in quo est columbus aut alia avis. et tunc sagittam emittat. si percutit habet quod habere intendit. alias sepe sagittam inuenire non potest. sed eam facile potest inuenire. si ad eundem locum uadat ubi erat cum sagittam emisit. et per eundem locum aliam eiusdem ponderis sagittam emittat. et per se per alium uideat ubi cadit. ibique ualde proxime inueniet primam. quam non poterat inuenire. Item qui cum balista uel arcu sagittat debet manum sinistram tenere firmissimam. si uult rectissime sagittare. si enim hoc agit. et intuitum recte ad auem dirigit non errabit. et est necesse quod habeat balistam uel arcum optimum. et sagittas rectissimas si recte uoluerit sagittare. Qui autem arcum balottarum exercet. debet balottas habere equalis ponderis et bene rotundas. Item capiuntur aliis quibusdam modis. Uno modo ad breuexillum cum guallecta. quo parue capiuntur auicule. qui omnibus fere notus est. Sed est sciendum quod hoc modo capi possunt non solum cum guallecta. sed etiam cum uno capite guallecte. nam et ad ipsum auicule ueniunt. Item non solum cum breuexillo qui ex duabus uirgulis constat. uerum etiam cum una munda uirgula inuiscata. Item non solum ad uirides serpentes ut communiter fit. uerum etiam in quacunque parte uie uel agri. si aucupator supra se deferat leue instrumentum ex uinculis frondibusque constructum. quod ualeat occultari. Nec est necesse auiculas excitari solo sono folii arboris seu eris ut communiter fit

nam et cum sono seminum papaueris inclusorum in cellulis uel alterius similis excitari atque uocari possunt. Nam et quibuslibet extraneis et inauditis uocibus incitantur. quia mirantur ex eis. Item capiuntur ad brexillum quo rustici utuntur noctibus ualde obscuris. Habent enim faculam ardentem ex particis siccis factam. quam unus defert declinam prope uirides serpes in quibus dormiunt. que cum excitant ueniunt ad ignis splendorem. duosque alii cum baculis cum uoluant eas mactant. sunt autem baculi uelut pale in capitibus breuium pitarum ex paruis contexte viminibus. Item capiuntur passerres precipue iuuenes minus sagaces cum naxa seu brithoello. que est quedam cauea ex iuncis constructa. de qua exire ignorant. cum ad paruos passerum pullos in ea positos ingrediuntur. nec exire sciunt. Item capiuntur aues in foraminibus et columbaris cum mustela domestica in foramine immissa. Item capiuntur cum cista siue plastella precipue tempore niuium sic preparata. ut auibus intrantibus cadat. in qua grana congrua pro esca ponuntur. Cui proderit si multa grana sub eis ponant. et pauca uelut fila longius extra. quibus perducantur ad cistam. Item cum scarpello capiuntur porcane in canuosis uallibus ubi morantur. Est autem scarpellus instrumentum quoddam ex duobus arcibus ualde plicatis constructum. ab utraque parum distantibus. inter quos modicum posterius ponitur fructus herbe coche in forma similis per omnia cerasis. quem accipere uolunt. et 38

collo stringunt. sed eius forma et si-
militer plurimum ingeniorum non po-
test sic aperte scribi. ut plene intelliga-
tur. sicut oculata fide cognoscit. **I**tem
capiunt cum cubaculo tempore niui-
um quod est quoddam instrumentum
ex paucis uirgulis factum interius co-
cauium. et in parte postrema acutum
habens ostiolum. quod in terra iac-
coopertum palea. quod cum uno vi-
mine in terram affixo eleuat. et poste-
rius percutit auem ad escam intrantem
que intus est. quam aliunde accipere
nequit undique terra tectum. **I**tem
quodam delectabili ingenio capitur
cornix. cum ex ipsis habet una. nam
ipsa duobus ualde breuibus palato-
lis ad principium alarum iuxta pec-
tus annexis supina in terra firmat. quod
fortiter clamat ac fugere nititur. alieque
propinque currunt eam inuare uolentes.
ex quibus ipsa unaque rostro et un-
gulis capit et retinet. ut capere possit
et eodem modo aregasas capi posse
asseritur. **I**tem ferunt aues que gustant
granum uel milium in fece boni uini
ex succo cicute maceratum et siccatum
uolare non posse. et manu capi.

De capiendis bestiis feris et primo
qualiter capiunt canibus.

Lepores precipue capiuntur
canibus. ad quos inueniendos necessarii sunt ca-
nes. qui segbusi uel brachi
uocant. qui quanto subtilioris olfactus
sunt. tanto meliores existunt.
Item necessarii sunt canes ualde ad-
cursu agiles. qui eos persequantur
ut capiant. qui omnes ad hoc instru-

untur. et ad eos capiendos inducuntur
cum ex captis aliquid dat eis in cibum
et quibus etiam caprioli capiunt. et
aliquando cerui precipue auxilio re-
ctibum magnorum positorum in locis
ubi fugant. Item ab eis capiunt vul-
pes. licet in fuga sint ualde sagaces.
Item capiunt cuniculi cum inueniuntur
remoti a caueis. **I**tem canibus
capiunt apri ac lupi. sed cum auxilio
uenatorum. nam raro soli ad eos pre-
sumunt accedere. nisi sint fortissimi ma-
stini et audaces. Sed ad apros capiendos
necessarii sunt pili fortes in ferro
cruciferati. quos uenatores uiden-
tes aprum ad se irato animo uenien-
tem in terram firmant. et ad aprum di-
rigunt. qui eo pilo vulneratus usque ad
uenatorem non potest accedere. sicque
a canibus occidit. et similiter ab aliis
qui venantur eundem. Item capi-
untur cerui cum ab homine uulnerati
sagitta uel pilo fugiunt. et paruus ca-
tulus ad hoc instructus per uiam san-
guinis exeuntis ipsum sequitur. donec
ceruus semiuivus uel mortuus inueni-
tur. **I**tem canibus inueniuntur et capi-
untur erici et quedam alia animalia
similiter capiunt ab eis.

Qualiter capiuntur cum rectibus.
Omnes rectibus capiunt cerui
ut dictum est. et uulpes
ut superius dixi cum de re-
cti locutus fui quod aro-
lus uocatur a uulgo. Lepores etiam
facile caperent rectibus. si in ea inci-
derent sicut et multe alie bestie fere.

Qualiter capiuntur cum laqueis.

Inqueis capiunt leones et lepores cum per aliqua foramina introire solent in loca clausa. Sed hoc duobus fit modis. Vno quod laqueus sit annexus ad aliquam particam plicatam adeo fortem. quod feram collo captam in altum eleuet ac suspendat. Altero ut prope laqueum sit fortis canolus stringens laqueum fere capite impediens etiam ne ipsa laqueum rodere possit.

Qualiter capiunt rayolis.

Alpes et lupi precipue capiunt quoddam rayola ferrea. quam circa se multos habet rampones acutos. et ipsi habent circa se anulum prope locum ubi annexi uoluunt. ad quem annexum frustum carnis. omniaque occulta preter carnes in terra firmata iacent. Cum autem lupus carnem dentibus captam eleuat. anulus eleuat rampones circa caput et collum lupi. qui cum fortius trahit et recedere nititur. fortius stringitur et tenetur. Item fiunt alie rayole quibus in pedibus siue cruribus omnes generaliter bestie fere capi possunt. que occultantur in itineribus quibus utuntur que sunt talis figure aut forme. quod non nisi occulta fide intelligi possit. Ideoque qui eas habere uult. uideat ab his qui eis utuntur. si cut et ego uidere uoluit.

Qualiter capiunt foueis.

Huiusmodi hoc modo capiuntur precipue lupi. Fit que dam fouea lata ut magnus puteus. et intantum profunda. quod inde exire non possit. Hec ope-

ritur uno rotundo gratio. quod non totum. sed quasi operiat foueam. sub gratio in medio alligatur stanga longior gratio ac rotunda. in medio cuius ponitur ligatus anser uel agnus et paleis operitur uniuersus locus. lupus ueniens et uolens accipere anserem aut agnum in foueam cadit. affe cum gratio subito reuoluta. Item fouea capitur multitudo caprorum hoc modo. In locis in quibus multi uersantur agellus seritur de milica quam aliqui saginam uocant. Circa agellum construitur fortis et alta sepi ex uiminibus arborum. In una parte relinquitur apertus introitus. et in opposito sepiis depressa iuxta quam extra fit fouea satis profunda. Cum ipsa sagina macura erit. ad ipsam uenient multi apri per locum expeditum intrantes. tunc ad locum accedat quicumque uult. etiam sine armis et in loco introitus moretur. clamet et quocumque modo potest rumorem ac strepitum faciat. Apri perterriti non inuenientes unde exire ualeant. nisi per locum sepiis depresso inde profiliunt omnes extra in foueam. quam uidere non poterant intrinsecus existentes. Item pro lupis vulpibus leporibus et ceteris feris ac canibus et porcis intrantibus et dissipantibus uineas. fouea fit hoc modo. Fodiatur ampla duabus spannis. et longa quatuor pedibus aut tribus. et circa sex septem aut octo pedes profunda. cum spondis politis et rectis in terra solida. et ruinosam murata. in loco unde sepe fieri ab eis transitus consuevit. Hec operiatur primo ex transuerso de grossis herbis siccatis. et postmodum

subtilissima terra. si herba non susti-
neat terrā. ponant sub ea duo subtri-
les et frangibiles baculi ex transuer-
so. et herba per longum que in medio
se contingat. **¶** Si non potes. ut nō
uis facere sic profundam. pone circū
circa eā stangas uel affidiculas stri-
ctas habentes multas caniculas seu
piolos acutos infixos. et declines ī
foueam. ac uersus partē mediā pau-
lisper plicatos. in quos inclusa bes-
tia cum extra salire uoluerit. capite
uel oculis in eos percutiet. et ledetur
adeo q̄ quiescet. **¶** Et si eam mori vo-
lueris in fundo multos acutos pa-
los infigas. **¶** Vel si aqua multa in ea
erit sufficet ad mortem ipsius. quia
non poterit extra prosilire. nec uiue-
re diu. **¶** Item dicta fouea fieri pote-
rit in quolibet tramite profunda. so-
lummodo quatuor uel quinque pedi-
bus cum auxilio unius rebalche ex
uiminibus facte. super una rotunda
stangetta facile uolubili. firmata in
quolibet capite cum uno uncino for-
titer infixo terre in quo uoluatur.
¶ Nec rebalcha sit ab uno capite fir-
mata distans a fouea uno semisse.
¶ In alia parte in angulis et in medio
habeat lapides ponderantes anne-
xos. **¶** Nec stet eleuata quasi omnino
erecta cum una furcula. cuius inferi-
or pars sit super uno baculo breui.
qui sit in medio fouee ex transuerso
super uno paruo palazolo ab utro-
q̄ capite. qui sit affixus ī ripa fouee
in parte suprema super hoc breui ba-
culo. ponat quedam uirgula per lō-
gum fouee que sustineat herbā et ter-
ram tantūmodo. atq̄ a bestia pressa
descendat. et baculū breuē cū furcula

et rebalcā cadere faciat. **¶** Nec rebalca
de die super foueam maneat. ne ho-
mo transiens in eam ruat. si canis ul-
sus in eam incidat cum una scalella
que gradus assiduum habeat extrahi
poterit.

¶ De quibusdam aliis ingeniis qui
bus capiunt bestie fere.

Elephantes capiunt hoc
modo. **¶** Ipsi cum non ha-
bent genua iacere nō pnt.
ideoq̄ cum dormire uolūt
se arborib⁹ appodiant et quiescunt.
¶ Venatores has arbores resecant. s̄
non perficiūt. ut per se ruere possint.
sed appodiatis elephantibus cadūt
et ipsi ruunt. et a uenatoribus occidū-
tur. **¶** Ursi capiunt hoc modo. **¶** Ar-
matur homo ferreis armis. capite et
undiq̄ coopertus. cum solo cultello
acuto ad latus. accedit in siluam uel
aliū locum ad ursum. uersus erigit
ad hominem armatum accedit. et am-
plectitur ipsum. armatusq̄ tunc ena-
ginato gladio locum cordis ursi per-
forat. et sic eum occidit. **¶** Vulpes in
caueis suis capiuntur hoc modo. ha-
bet venator alueū apū quadratū sed
longum plus et minus latum. hic ab
uno capite paucis filis ferreis clau-
sus est ab alio capite habet ostiolum
interius ex parte superiori guerzatū
et preparatum. ut possit intus eleua-
ri superius et non extra exire descen-
dens hoc ostiolum superius eleuatū
permanet cum uirgula parua. **¶** Hoc i-
strumentum ponitur in fouea vulpis
cum prescitum est ipsaz in ea eē pars
ostioli ponitur in parte intrinseca fo-
uee. ceteriq̄ introitus fouee qui plu-
res esse consueuerunt clauduntur

optime. vulpes autem exire uolens i
alueum intrat. non putans filis subci
libus impediri. sicq; uirgulam secum
trahit. 7 ostiolum cadens eam cōclu
dit. que retrocedens fortius claudit
7 firmat. Venator autem quando cū
q; ueniens vulpem si uult ferro cuspi
deo mactat. uel si uult ipsam cum al
ueo supra puteum uel magnam cinā
portat. 7 aperiens ostiolum ipsaz ru
ere facit in cinam. **C**uniculi capiū/
tur sic. venator sonans 7 strepitus a/
gens eos fugat in cuniculos suos cō
cauos. nam ipsi quia pauidi nimium
facile fugiunt ad eorū foueas. ut ibi
tute morent. Venator tunc ponit re/
ticulum apertum. 7 in terra bene fir/
matum ante quemlibet introitum. de
inde per unum introitū immittit fu/
rectum quem domesticum habet. ros
tro clauso quodam frenello ne aperi
re possit ac cuniculos capere et come
dere. nec extra redire uelit. hic furec/
tus parum maior mustela horum p
prius inimicus. omnes cuniculos ex/
tra pellit. sicq; intrant in reticula 7 ca
piuntur.

De muribz capiendis 7 occidēdis

Mures multis modis capi
unt 7 occidunt. Vno mo
do a muscipulis domesti
cis. que tenent in domibz

Alio modo non cum muscipulis sed
trapulis que fiunt ex paruo ligno ca
uato in quo cadit aliud lignum par
uum. graue tamen. opprimens 7 occi
dens mures intrantes ad cutem por
ci positam 7 annexam in ea ad quā
dam particulam ligni. que cum tan/
gitur facit quod supra est cadere su
pra murez. sed hic modus ē adeo no

tus omnibus. q; non expedit plenius
explicari. **I**tem capiunt quodā af
sede eleuato cadente. qui ex qdā colū
nella facta sustentat. eleuat 7 tenet
quadam spatula cutez habente. sic p
parata. q; columnella diuisa non a/
peritur. nisi cum mus cutem tangit in
spatula alligatam. 7 tunc cadit 7 mu
rem occidit. **I**tem est alius modus cū
in vno nodo canne grosse fit in capi
te arculus cum cordula. in qua arcus
magnus consistit in medio. cāna fora
men habet in medio. 7 cutem interius
cuidam uirgule alligatā. 7 sic prepa
ratam. q; cum mus per foramen cutē
mordet ac mouet. arculus descendit.
7 acus magna perforat caput ei9. eū
q; retinet ne fugere possit. **E**st etiā
alius modus cū uas aliquod quo ex
ire non possint ad medietatem aqua
implet. cuius superficies operit spel/
ta. que natat. quam mus uidens 7 nō
aquam descendit in eam 7 aqua ne/
catur. **I**tem est alius modus. q; uas
aliquod operit mēbrana. hec in cru
cem scindit. 7 in medio annectitur cu
tis porci mures accedentes ad eā car
tam seu membranam flectunt. 7 intra
ruunt 7 necantur. si aqua in eo fuerit
alioquin breui tempore moriuntur fa
me. statimq; carta sui natura sursuz re
greditur. ut eodem mō infinitos deci
piat mures. **F**ertur etiā ab expertis.
q; si mures in uas sine aqua cadētes
diu uiuere permittantur fame nimia
coacti se comedunt fortior uiliore. q;
si tantum relinquuntur ut remaneat
fortior vñ solus. 7 hic permittatur
abire. quoscunq; in aliqua parte in/
uenerit occidit 7 comedit. assuetus 7
facile. cum ab eo non fugiant. **I**tem

occidunt resalgarit trito ⁊ caseo aut farina mixto. que libenter comedunt ⁊ moriuntur. cum sit ipsorum uenenū. Sed a loco remouenda est aqua. q̄ sepe iuuantur si eam bibant. Capiuntur etiam si supra uas unde exire ne queant ponitur quidam baculus per medium scissus. scz una medietas in medio scissa. ⁊ sic preparata ut se sustineat. sed non murem. In eius medio ponatur nucleus nucis ad quem cum accedit. cum baculo fracto cadit ⁊ si aqua sit in eo statim moritur. aut si non est. statim occidatur. Item mus uiuus facile capitur. si sub circūferentia parapsidis nux ab una parte rupta ponitur. ruptura respiciente iterius. Modus ceteris melior ad capiendum mures tam magnos q̄ puos hic est. Accipe duas assidiculas lenigatas uno brachio longas. ⁊ laticas uno semisse ipsas coniunge distantes quatuor in altitudine digitis vel parum minus in parte infima cum duabus paruulis assidiculis incastatis in quolibet capite una. ut eis de subter sit equalis distantia. sub ipsis affige cartā de pecore grossā. icisā in medio ex transuerso. sed prope medium non affixam. ⁊ intantum restrictam. q̄ possit inter assides eleuari. ut si descendens deformaretur possit ad suam formam reduci. Item dicte due assides desuper in capitibus coniungantur. ac super eas teneat assidicula in medio habens clauum retortum. ad quem suspendat frustulum cutis porci. Vel non suspendat dicta cutis. sed in medio dictarum assidum prope cartā sit sicut una mescola interius perforata. ⁊ cute cooperta

in qua sit sala polita affixa. circa quam mescola cum cute facile reuoluatur. Hoc edificium ponat super quocumque uasa fictilia seu lignea unde mures exire nequeant. Et optimum est q̄ sepeliatur in massa frumenti uel alterius grani. ubi mures intrant. ⁊ cum appropinquauerint cuti ruunt. ⁊ carta cum eis descendens releuabitur. ⁊ de quibuslibet accedentibus ideo fieret. ne quibus muscipule per ipsam arturam intrare ualebunt.

De piscibus capiendis. ⁊ primo qualiter rethibus capiuntur.

In mari iuxta planum litus capiuntur precipue multi pisces cum rethi. quod multi scorticariam uocant. Hoc rethe est ualde longum ⁊ satis amplum ⁊ spissum. habens cordā uel nius lateris plumbatam. ⁊ altera leuiatam. ut in aquis extensum rectius permaneat. Hoc rethe cum nauicula infra mare deferatur uno capite in terram relicto. ut aliqua particula eius continuo descendat in aquam. Cum naute fuerint infra mare quantum rethe extenditur arcualiter. cum illo capite reuertitur ad litus. ⁊ quibusdam ex eis cum illo capite in terram descendentibus. unus in nauicula reuertitur extra rethe ad medium eius. ad hoc ut pisces infra rethe comprehensum. uidentes se ad terram trahi. non prolesilant extra rethe. Duo autem piscatores ab utroque capite in terra existentes. trahunt cum piscibus totum rethe ad litus. qui sepe multos trahunt magnos ⁊ paruos. plerumque paucos aut etiam nullos. quia in eo loco non erant

Item capiunt in mari cum quodam
rethi subtili. non multum magno du-
abus particis alligato. quod quidā
in nauicula existentes apertum in a-
quam demergunt. et post paululū cū
piscibus eleuant. **I**tem capiuntur
in fluminibus et ceteris spaciosis lo-
cis cū rethi. quod transuersariū mul-
ti uocāt. quod est ex tribus compo-
situm. scilicet uno medio spisso. et du-
obus extrinsecis raris. habens i uno
latere plumbum. in alio lebias. **E**t si
ualde longum sit. quasdam cucurbi-
tas siccas appone. ut extensum in aq̃
permaneant. hoc rethe sit longū ul bre-
ue secundum q̃ loci aque latitudine
quirat. hoc in aqua per magnam ho-
ram dimittit. ut in illud natantes in-
cidant pisces. qui rara rethia transē-
unt et inuoluuntur in spisso. ut auicu-
le in aranea supradicta cum de capi-
endis auibus dicebatur. **I**tem ca-
piuntur riuatibus in paruis aquis.
Est autem riuale rethe paruu et spis-
sum. duobus annexum baculis. quos
piscator tenet manibus. et aperit et p-
aquam ducit. atq̃ prope ripam cum
piscibus claudit. **I**tem capiuntur
3acto. **E**st autem rethe subtile spissū
habens tentorii formā. i circuitu plu-
batum et reuolutum. habens in cacu-
mine longum funem. hoc rethe pesca-
tor supra brachium sinistrum tenet
clausum. atq̃ in aquam apertum eu-
ert hoc apertū subito ad fundū des-
cendit. et omnes pisces inferius se in-
uentos concludit. eosq̃ cum trahitur
secum trahit. **I**tem capiunt cum ne-
gossa. que est rethe ad modum riu-
lis formatum. et ad vnā particā cū
duobus baculis amminiculatibz ap-

te annexū. hoc rethe piscator extra a-
quam existens in eā precipue ubi qui-
esce immittit. et cū piscibz eleuat. ple-
rumq̃ etiā sine ipsis. **E**t quādoq̃ cir-
ca herbas et frutices prope terrā im-
mittit. et cum partica percutiēs in her-
bam. pisces occultatos in herbam ex-
pellit. **I**tem capiuntur plurimi in lo-
cis angustis uallium cum rethi quod
cogolaria uocāt. quod ē rethe mag-
num forte ac spissum et longū habēs
introitū rotundū et latū. et paulatim
angustatur usq̃ ad caudam. que lon-
ga est habēs multa receptacula. in q̃
facile intrant pisces. et nusq̃ redire q̃-
unt. **H**oc rethe ponitur cum duabus
grossis particis in dicto loco angus-
to circa quod est vndiq̃ lignaminū
usq̃ ad ripam fortis clausura. cui di-
cte partice annectitur. hoc rethe die
noctūq̃ tenetur ibidem. introitu ad
partem superiorem verso. per hūc lo-
cum nullus omnino piscis de sursum
ueniens transire potest. cum nullz sit
ibi locus apertus. descendunt igitur
omnes in aperto rethis ore. deinde
in caudam strictam. **P**iscator vero
aliquando diebus interpositis ad lo-
cum accedens. caudam rethis in nauī-
culam trahit. et aperit. inuenitq̃ ali-
quando tot pisces. precipue angul-
las. que globate sunt cum amore fer-
uescunt. vel stardinas que gregatim
incedunt. q̃ nauicula tenere non po-
test. **C**etera etiā genera piscium in
talibus aquis morantium in eo capi-
untur. sed non simul in simili quanti-
tate. **I**tem capiuntur in vallibus
multi pisces in locis apertis et pro-
fundis. in quibus precipue magni
morantur pisces. cum rethi quod

degagnā uocant. quod magnū et la/
cum in fundum eiciūt. et per eum tra/
hūt. et cū piscibus eleuat. Itē capiunt/
tur in uallib9 nō profundis sed lati/
tudinem magnam habentib9. multi/
piscēs generum diuersoz quicunq; i/
talibus aquis morentur hoc modo.
Habent piscatores gradellas fere in/
finitas de paludosis cannis constru/
ctas. quibus claudunt maxima ualli/
um non pfundaz spacia palorum
auxilio. relictis paruulis aperturis i/
pluribus locis. ad quas ponunt rel/
thia parua rotūda in capite ampla
et cauda cum receptaculis suis angu/
sta. in qua pnt intrare. sed nō exire.
Hec rethia semper die noctuq; ibi re/
linquunt. et quasi ōni die in mane ele/
uāt cū piscib9. qui per loca spaciofa
natantes transire posse per dicta ua/
cua loca sperabāt. Fiūt etiā ex hīs
gradiculis aliq; taliter inuolute. q; pis/
ces intrantes exire nesciunt sed inde
extrahunt cum quodam paruulo rel/
thi. posito in capite vni9 partice bi/
furcate.

Cualiter capiunt cistis et caueis ex
uimibus factis.

Pisces capiunt cistis ex vi/
minibus factis. que in ca/
pite sunt ample mediocri/
ter. et in cauda stricte. que
a piscatoribus in aqua stātibus per/
fundum ducitur ad modum ripali/
um rethium. Et quandoq; tales ciste
sed leuiore ponunt in capitib9 par/
ticarum. et per aquam turbidam du/
cuntur a piscatore in terra stante. ut
supra de negotiis narratum est. Itē
ex iuncis fiunt nasse rotunde ac late
cum introitu interius constricto et ex

tra amplo. que die et nocte cum pon/
dere vnius lapidis dimittuntur in fū/
do aque. habentq; nitē aliquā in cau/
da ligatam qua extrahunt. Sed dua/
rum formarum fiunt. vna forma ē. q;
sic interius multū ampla rotūda. i/
cuius fundo ponit creta mollis. et gra/
na ei annexa ad que intrant quedaz
genera piscium causa cibi. et inde exi/
re nesciunt. Alia forma est tota stric/
ta et longa. sed in introitu mediocri/
ter aperta. et i medio ualde stricta. de/
inde lata. et in cauda strictissima. in/
quam intrant non causa cibi. s; ut ibi
occulte morēt. nec de ipsa sicut nec de
prima exire sciunt.

Cualiter pisces capiuntur hamo.
spadernis. et calce uina. et fossinis.

Nam capiunt pisces trib9
modis. vno modo cum in/
eo ponitur pisciculus ali/
quis uiuus. cum quo pif/
ces capiuntur rapaces deglutientes
hamum cum pisciculo uiuo. Hic ha/
mus requiritur ex ere magnus et for/
tis. cum forti cordula filo inuoluta. p/
pe ipsum ne rodi possit. eius cordu/
la cui dam paruo paueriarum. sicca/
rum fasciculo annectitur et in aquam
stantem cum hamo et pisciculo inuo/
lucitur. ibiq; tota nocte relinquitur.
piscis captus longe fugere uel se oc/
cultare fasciculo impeditur. sicq; ma/
ne a piscatoribus inuenitur. **S**ecun/
do modo hamus cui daz funiculo ex/
pilis albis equine caude annectitur.
et circa ipsum cibus qui a piscib9 ma/
gis appetitur inuoluit. ut nullo mo/
do videatur hamus. et ipse cui dam
purge in summitate subtili firmiter

annectit. deinde in aqua eiicitur. ut
notū est omnibus. s; in hoc exhiben/
da ē quedam cautela. videlicet q; pis/
cator sciat qualem escam quolibet
genus piscis auidius appetit. quoli/
bet tempore anni. Nā idem gens pis/
cium s; uariationem temporum an/
ni diuersa cibaria querit. Sed hoc sci/
re potest. qui captorum viscera scin/
dit. et inspicit qualem escam commu/
niter assequitur. uel si diuersas escas
modo unam. mō alterā in hamo po/
nit. Item valet contra pisces cautos
qui escam appensam funiculo accipe/
re uolunt. si habet uirgam et funiculū
absq; hamo. cum qua plerumq; escā
in aquam emittit. ad quā aliqui mi/
nus cauti accedunt. eamq; sine pericu/
lo exportabunt. quod cuz pluries fe/
cerit hamum eiiciet. ad quam omnes
etiam cauti accedunt. Secundus mo/
dus seruatur in aquis profundis. nā
in eis manu eiicit hamus alligatus lō
go funiculo habente modicum plum/
bi per unum brachium. ppe hamum
ut descendat ad fundum. ibiq; tenea/
tur. precipue in currentibus aquis.

Talis funiculus manu teneatur. digi/
to induci appodiatus. ab eo qui sit i/
nauī uel ponte. cum sentiet piscem ca/
pere hamum. fortiter trahat primo.
ut in eius infigat ore. Deinde paula/
tim trahat. donec ipsum piscem ma/
nu capiat. qui rarissime paruus erit.
cum soli magni morentur in fundo.
licet aliquādo discurrant per partes
mediam uel supremam. Cum spader/
nis capiunt tince. Sunt autem spa/
derne tres acis ex ere retorte ac simul/
ligate. que quibusdam breuib; fu/
niculis annectunt. ac ipi oēs nō mul

tum distantes. cuidam funiculo lon/
go et forti ligantur. Hiis apponitur
cauda cancrorū uel lumbricorū gros/
sorum esca. et in aquam cum quodā
lapide in capite funis in sero exten/
se iactant. et mane capte tince tollū/
tur. **E**alce uiua capiunt pisces. si ip/
sa ponat in sacco. et in aqua maxime
stante in paruo loco inclusa. Hic sac/
cus a duobus per totā aquā fortiter
agitet. ex hoc oēs pisces quascūq; ue/
nient in superficiem aque. ac manib;
facile capientur. **E**tē capiunt gros/
si pisces fossinis i aquis dyaphanis.
Est autem fossina ferreum instrumen/
tum habens multas acuitates qua/
rum quelibet habet barbulam ad te/
nendum. et sunt aliquantulum distan/
tes abinuicem. Quod piscator h; in
capite haste uel lancee. uaditq; cuz eo
quiete in nauī per aquas. et cuz piscē
uidet. eū fortiter ferit. et infixum tenet.
Ide faceret existens in terra. et in aq/
turbida. cū in superficie piscē uiderit.

ExPLICIT liber decimus

Incipit liber undecimus. De regu/
lis operationum ruris



In superioribus di/
fise dictum est de o/
ni operatione ruris
s; q; memoria hōi/
num breuis est rerū
singulariū turbe nō
sufficit. Ideo utile uisum ē materias
tractatum que possunt generaliter
exprimi. compendiosis secundū or/
dinem libri concludere regulis. ut so/
la noticia ipsarū plurimū

generaliter habeat memoria.

Et primo de cognitione loci habitabilis in communi.

Ruris exercitia. Fortitudinem habitatorum operatum industriam et aptitudinem querunt. Ideoque loci salubritas precipue querenda est. Aeris et uenti terre situs et aque bonitas. locum habitabilem fertilem et salubrem demonstrat. Vir prudens pericia empturus. ante omnia loci salutem consideret. ne in eorum emptionem et domorum fabricam pecunia collata uelox postmodum cum personarum detrimento. aut rei familiaris damno penitentia non sperata sequatur.

De cognitione aeris

Aer calidus est et humidus. si nulla causa extrinseca conuertatur. Aer bonus est qui putrefactus non est neque caliditatis aut alterius qualitatibus excellentiam habet. sed in hiis omnibus equalis aut equalitati proximus inuenitur. Aer temperatus et clarus sanitatem efficit habitantium. et conseruat. et plante ab eo proportionabiliter conualescunt et fructificant. Inequalis uero et uaporum lacuum et stagnorum immixtione turbatus contrarium operatur. et tristificat animam. humores commiscet. et plantas corrumpit. Omnis aer qui cito infrigidatur cum sol occidit. et cito calefit cum ipse oritur est subtilis. contrarius uero existit e contrario. Aer omnibus deterior est qui cor constringit. et aeris attractio nem angustat. Aeris salubritatem declarant. loca ab infimis uallibus libe-

ra. nebularum noctibus absoluta. et habitatorum sana corpora.

De cognitione ventorum.

Meridionales absolute considerati calidi sunt et humidi. Septentrionales frigidi et siccus. Orientales autem et occidentales quasi temperati. Sed in quibusdam locis meridionales sunt frigidi. cum a parte meridiei eisdem fuerint montes nitiosi. et septentrionales calidi. cum in ea parte transeunt per adusta deserta.

De cognitione aquarum.

Aqua frigida est et humida. si nulla causa extrinseca fuerit immutata. Aque fontium terre libere in quibus nulla extrinseca malarum dispositio num et qualitatum causa superat sunt aliis meliores. Aque petrosae sunt bone nec facile terrestri corruptione putrescunt. Aque fluminum currentes sunt aliis meliores si super terram liberam non fetidam neque lacinosam incedant et que ad orientem tendunt. et multum a suo elongantur principio sunt omnibus meliores. et que ad septentrionem uadit bona. que uero ad meridiem uel occidentem fluunt sunt male. maxime cum meridionales sufflauerint uenti. Aqua laudabilis est in qua res cito coquitur. et nullus odor in ea superat neque sapor. Aquarum eiusdem dispositionis. que leuior est. melior iudicatur. sublimatio et distillatio. similiter et decoctio aquas rectificat malas. Ex aquis laudabilibus sunt aquae pluuie. precipue que cum comitruo in estate proueniunt licet propter

earum subtilitatem cito putrefiant.
Aqua puteorum et aqueductuum cō/
 paratione aquarum fontium nō sunt
 bone. precipue que de plumbo fistu/
 las habent. **A**que male sunt lacuales
 paludales. sanguifugales. et ōnes q/
 bus admisceat aliqua substantia me/
 tallina. **G**rosse autem sunt glaciales
 et niuose. **A**qua temperate frigida sa/
 nis melior est omnibus aquis appe/
 titum enim excitat et stomachum for/
 tem facit. **C**alida uero contrarium o/
 perat. **A**que salse macrescere faciūt et
 exsiccant. **T**urbide uero lapidem et o/
 pilationes creant. **S**i aque bonitas
 uel malicia ratione discerni non pōt.
 incolarum salubritate noscat.

De cognitione sity loci habitabil.
Ubi caliditas hūiditatis
 et siccitatis dispositio alti/
 tudo et profunditas aqua/
 rum multitudo et paucitas
 et earum malicia et bonitas. montium
 et lacuum paludum et maris uicinitas
 Item terre dispositio que lutosa uel
 bumida. cenosa. minerosa. seu petro/
 sa existit. situs indicant qualicatem.
In locis calidis habitantium denigrā/
 tur facies et capilli et eorum corda sunt
 timida. citoq; senescunt. **I**n locis fri/
 gidis existentes audacie sunt maio/
 ris. et melius digerentes. que si humi/
 da fuerint crassi carnosii teneri et albi
 erunt. **I**n locis morantes hūidis pul/
 cras sunt facierum. et eis diurne ac/
 cidunt febres. et cum exercitantur cito
 aduenit lassitudo. **I**n siccis uero ex/
 siccant complexionēs. et corpora of/
 fuscant. **I**n locis habitabilibus al/
 tis morantes sunt sani et fortes labo

ris multum patientes. et uiuunt diu.
Profundia uero loca contrariuz ope/
 rantur. **H**abitantes in locis petrosis
 habent aerem in hyeme ualde frigi/
 dum et calidum in estate. **C**orpora eo/
 rum dura fortia et multorum capillo/
 rum existunt. multum uigilantes. inobe/
 dientes. et maloz sunt mozz. et est eis
 bellorum fortitudo. et in actibus sol/
 lertia et acuitas. **C**iuicas ab oriente a/
 perta. et ex opposita parte cooperta
 est sana et boni aeris. **E**a uero est in/
 firma. que situm contrarium habet.
Incolarum habitudo semper sanitatum uel
 egritudinum genera situs indicat qua/
 litatem.

De tumbis et domibus.

Domus et tumbę seu arce et
 curie magnitudo secundum
 domini facultatem et quā/
 titatem animalium nutrie/
 dorum et fructuum portandorum ad/
 eas fieri debent in rure. **T**ute autem
 sint et fortes et muro uel spinis secun/
 dum potentiam in locis illis furum
 et latronum. **I**n tumbarum munitio/
 nibus fructifere arbores non plantē/
 tur. ne fructuum auiditate desidera/
 ta munitio dissipetur. **I**n eis etiā ar/
 borum aliquarum non procuret aug/
 mentum. sed omnes ad munitiois for/
 titudinem conuertant. **S**ecuritas et de/
 lectatio dominorum requirit in uil/
 lis fortitudinem et decorem. **D**omo/
 rum fundamenta latiora q̄ paries eē/
 debent. et usq; ad terram profunden/
 tur solidam. que si desit quartam fa/
 brice merfisse sufficiat. **A**rena que ina/
 nu comprehensa edit stridores. uel
 que respersa nihil sordis reliquit in
 panno lineo candido egregia est. et

utilis fabricanti. In duabus arene p
tibus calcis vna miscenda est. qd si e/
quali mensura misceantur. erit fortis
sumum cementum inde commixtum.
In fluuiali quoq; arena si terciam p/
tem teste crete addideris. operum so
liditas mira prestabitur. ligna p edi
ficiis optima sunt. que mense nouem
bris uel decembris cedunt. et maxime
si ultra medullam incisa super radice
quibusdam relinquunt diebus. et ea
sunt precipue durabilia que a parte
meridionali montium sunt incisa.

De puteis et systeris.

Puteus si fons desit. mense
augusti uel septembris. et
loco idoneo fiat. ab omni
letaminis seu putredinis
palude remotus. Cum aqua ducitur
aliunde diligentis erit aquarum re/
ceptacula fabricari. ut sufficientem co/
piam inops uena procuret. Vbi sis/
teris utimur anguillas piscesq; flu/
uiales ponamus in eis qui suo nata/
tu aquam continue moueant. et a cor
ruptione reseruent. Vbi aquis flumi
num utimur. tutius est cisternulas ha
bere cum sabulo que eas a terrestrea
te liberent. et claritate decorent.

De presentia dominorum.

Presentia domini pfectus
est agri. et qui deserit uine
am deseret ab ea. Rustico
rum importuna uocacitas
nihil timet. nisi dominorum presenti
am et cautelam.

Incipiunt regule libri secundi. Et
primo de qualitate terrarum. et diuersi

tate agrorum.

Terra naturaliter frigida et
et sicca. sed accidentaliter
sepe rebus extrinsecis im/
mutatur. In terris fecun/
ditas est querenda. ne alba et nuda gle/
ba sit ne macer sabulo sine animixti/
one terreni. ne creta sola. ne arenosi
pulueris lapidosa macies. ne salsa et
amara uel vliginosa. ne uallis nimis
opaca. Sed sit gleba putris. et fere ni
gra. et ad tegendum se graminis sui cra
te sufficiens. Que protulerit neq; sca
bra sint nec retorrída nec succi natura
lis egentia. Frumentis dandis utilis
terra est que naturaliter profert ebul
lum. iuncum. gramen. trifolium. cala
mum. rubos pigues. pruna siluestria
lappas. farfana. cicutam. maluiam. or
ticam. et ceteras similes herbas. qd lati
tudine et pinguedine foliorum letum
solum et fecundum demonstrant. Vi
neis utilis terra est. que corporis ali
quatenus rari atq; resoluti est. Vir/
gulta que profert nitida. procera. fe
cunda sunt. neq; intorta. neq; debilia
neq; macra exilitate languentia. Siq;
terrarum non sit adeo planus. ut stag
net. neq; ruptus ut defluat. neq; ardu
us ut tempestates nimium sentiat et ca
lores. Sed in hiis omnibus utilis
semper et equata mediocritas requi/
ratur. In frigidis prouinciis orienti
uel meridionali lateri. in calidis uero
septentrioni ager esse debet oppositus
Inferior pars terrarum pinguis gros
sa et frigida est. superficies uero mal
tra subtilis et calida. Quatuor sunt
agrorum genera. videlicet satiuum. co
sicum. compascuum. et nouale. Sati
uum ager est. qui pinguis est. et

ferit omni anno. **O**mnis ager qui calidus ē et humidus. mollem habēs superficiem et porosam. cultui facilis ē et ferax. **E**ligendus est ager pinguis et rarus. quia minimum laborem appetit. et fructum maximum reddit. **S**ecundi meriti est pinguis dens. hic enim etsi multo labore colat. tamen ad uota responderet. **I**llud autem genus terrarum est pessimum. quod siccum et spissum macrum et frigidum est terra sicca et adustione sterilis effecta et salsa uel amara nunquam recipit medicinam. que uero humore superfluo infecunda est. fossatis convenientibus emendatur. **C**olles montium siccitatem et macredinem patiunt. **V**alles autem eorum pingues existunt et huiusmodi propter pinguedinem que ad ima decurrit. **I**deoque tales agri per latera sulcandi sunt. ut in sulcis stet retenta pinguedo nec oportet ominui glebas. ne pluuies impetuosae superuenientibus. mora terra cum omni semine ferat ad uallem. **H**oualis ager est qui primo ad cultum reducat. uel qui ad virtutem pristinam redit per quietem unius anni uel plurimum innouatus. **N**on conuenit plantis aer puluerulentus et siccus quia planta querit locum solide continuitatis. in quo radice et floreat et fructum ferat.

De aratione. fossione. et cultu.

Rationis et fossionis quatuor sunt utilitates in genere. uidelicet terre apertio. eiusdem adequatio. agri commixtio. et eiusdem comminutio. **O**bseruandum est ne lutosus ager aret. nec si fuerit nimis siccus. nisi terra

que lutosam tractat. toto fertur anno tractari non posse. **M**idis uero sicca plurimum laboriosa est. et non potest comminui ut oportet. **S**i ager qui per longas siccitates fuerit imbre leui perfusus aretur. per triennium fieri quasi sterilis affirmat. **A**ger fortis glutinosus. et adulterinis herbis repletus quatuor arationes requirit. **P**oroso autem et mundam et subtilem terram habenti. sufficit forte una uel duabus aut tribus ad plus arationibus contentus. **Q**uelibet trium uel quatuor arationum fructibus addit proportionabiliter sui numeri quantitatē. **Q**uoties fructus laboris excedit meritum. insistendum est cultui. **S**i uero labor utilitatem fructus excellit. relinquendus est locus talis. **I**n locis siccis agri maturius. in humidis uero serius proficiunt. **Q**ui arando crudum solum inter sulcos relinquit suis fructibus derogat terre ubertatem infamat. **F**ecundior enim est culta exiguitas. quam magnitudo neglecta. **S**eruandum est autem ne inter sulcos terra non mora relinquatur. et glebe sunt malleis dissipande. **I**n agro periclitantur interiora nisi colantur extrema. **S**i lapidosus est ager per multas partes saxorum turba collecta purgari poterit. et arari. **I**uncus graminis et filices et ceterae herbe nocue frequenti aratione de mense iulii. uel lupinorum seminatione vincuntur.

De seminatione.

In terris frigidis autumnale tempus oportet fieri sationem. ut segetes aliquod roboris ante hyemem et

aduentum accipiant. In calido uero
et pingui agro differat satio quantum
potest. ne ipsius tempestitia satio her-
barum inuicium luxuria suffocetur
Sed humidus nimis ager non autu-
no. sed vere serat. Cui precipue com-
petit faba uel linum. que radicibus euul-
sis superfluum consumunt humidita-
tem. Quocumque serunt in uere. locis ca-
lidis maturius. frigidis uero seris se-
rant. Autumnalis autem satio contra-
rium actum querit. Exiles campi uel
aquosi maturius. pingues uero seris
seminant. Item aquosi autumnali tem-
pore mature serantur. Si ager pluri-
mus pinguis et ferax non serat semel
uel pluries omni anno luxuriabit in
spuria diuersarum herbarum. quod
postea sine magno labore non pote-
rit emendari. Omne triticum solo vli-
ginoso post terciam sationem in ge-
nus siliginis commutatur. In quoli-
bet semine duo sunt. uirtus uidelicet
seminatiua quam habet e celo. et sub-
stantia formalis. que significatione
recipit in plantam et plante organa.
Omnis seminatio fieri debet cum se-
men auxilium maius habet e celo. Hoc
est in prima etate lune. quia inuatur
tunc calido. humido. et uiuifico lumi-
ne solis et lune simul. Omnis satio que
fit cum sol in cancerum progreditur est
perfecta. Et autumnales tunc radica-
te mouebunt in debitam sue substan-
tie quantitatem. Vernales etiam in ma-
trice terre iacentes tunc pullulabunt
et sole temperato coadiute germina-
bunt et florebunt ante tempus siccita-
tis estiuæ. Cauendum est ne ultra me-
suram semina iaciant in agro. quod
si fiat. macilentia et non proficiencia

erunt. Attendendum est ne que iacta-
tur semina sint corrupta. sed ea opti-
ma sunt. que anni non excesserunt eta-
tem. Omnium surculorum uel frugum
genera preclara. sed terris tuis exper-
ta committe. In nouo enim genere se-
minum ante experimentum non est spes
tota ponenda. Semina locis humi-
dis citius quam siccis degenerant. Om-
nia legumina seri iubent in terris sic-
cis. faba tantummodo in humida ter-
ra iubet spergi. licet temperatis agris
serendum sit. tamen si siccitas longa fu-
erit. semina iacta non minus in agris
quam in horreis seruabunt.

De aqua plantarum.

Aqua melior omnibus ad
irrigandos agros et matu-
randum letamen est palu-
dalis seu fouearum ex plu-
uiis et roribus congregata. Confert
etiam plantis aqua puteorum et fon-
tium postquam eam calefecerit splendor
solis.

De letamine et stercore et inu- tatione plantarum.

In his humido et pingui le-
tamine plante substantia
nascentis et putredine in-
ficiuntur. Sapor fructuum
immutatur in peius. et replet talis pla-
ta superfluis foliis et mollibus ramus-
culis infecundis. Optimum letamen
est fere omnium auium et quadrupel-
dum. quod in via corruptionis est.
et nondum calore naturali destitutum.
et incineratum existit. Letamen plan-
te naturam immutat magis quam cibis
animal quod nutritur. natura plan-
tarum melius per letamen quam per modum

aliquem immutatur. Frigida et humi-
da terra optime per incensionem ces-
pitum et cineris asperionem emenda-
tur. Stercorum congestio suum locum
tenere debet. qui abundet humore.
et propter oloris horrenda a pretoriorum
conuertat aspectu. Cineres optime loco
letaminis spargunt in agris. Ster-
cus quod anno requieuit satis est vi-
tile. nec herbas creat. Si uero uecisti-
us est minus proderit. Recencia ster-
cora profunt pratis ad ubertatem her-
barum. Maris purgamenta si aquis
dulcibus eluantur. reliquis mixta uicem
stercoris obtinebunt. Stercorandi sunt
agri spissius in colle. in campo rarius
cum luna minuitur. Hoc enim herbis
si seruetur officiet. Non debent estu-
uo tempore plures cumuli letaminis
spergi quia ea die poterunt exarari. Non
prodest uno tempore nimium sterco-
rare. sed frequenter et modice. Ager a-
quosus plus stercore querit. siccus
uero minus. Si letaminis copia de-
sit. optime pro stercore cedit. ut sabu-
losus locis cretam. frigidis uero argil-
lam. cretosis et nimium spissis sabulum
spargas. hoc enim segetibus proficit
et uineas pulcherrimas reddit. Vel
seminentur lupini. qui cum ad debi-
tum quasi augmentum peruenierint euer-
tantur. Lutum de fundo lacuum et pa-
ludum acceptum pinguem et fertilem
facit agrum. Omnino autem conueni-
entissimum plantarum nutrimentum est
letamen. in palude temperata et humi-
ditate putrefacta nutritum. et conue-
nienter stercore commixtum. Agri col-
lium in partibus superioribus plu-
rium et sepe. in mediis parum et ra-
ro fumandi sunt. In infimis uero fu-

matione non egent.

De quibusdam principiis planta-
rum. et operationibus earum.

Sunt sine quibus nul-
la omnino nascitur planta.
videlicet triplex calor cir-
culi celestis. loci. et seminis

Et triplex humor scilicet materie semina-
lis. terre. et plumarum desuper uenien-
tum. et aer continens. Plante opera
sunt. uti alimento. augeri. et generare.
Venter arborum est terra. in qua om-
nem impuritatem relinquunt. Arbo-
res infigunt radices deorsum in terram
ut ex ea sicut ex stomacho nutrimen-
tum sugant. quod si eas in superficie tam-
tum spargant cito arescunt. Tertium est
arbores non semper augeri quod diu ter-
re radicibus adherent. sed omnium na-
tura constancium esse quantitatem de-
terminatam inter duos terminos ma-
ximi et minimi in suo genere. Plante
sugendo per poros habent nutrime-
tum. et de eo quod extrinsecus a spiritu
elevator in gemmas formant donec quod
gignunt. Plante raras porosas et ca-
lidas habentes radices nutrimentum
attrahunt plusquam digerere possint. et
ideo fructus generant putrescentes.
nisi superfluum humidum educat.
Omnes plante magnam habentes me-
dullam per poros transversales nu-
truntur ex ea. sed paruas habentes
medullas nutriuntur per poros di-
recte superius ascendentes. Multitu-
do ramorum ex abundantia nutrime-
ti et calore solis arborem undique tan-
gente. qui succum euocat ad extero-
ra procedit. Caro seu pulpa in fructi-
bus a natura creatur. ut semine in terram 33

decidens. ab ea fimetur ⁊ facilius cō
ualeſcat. **A**rbores quandoq; fructuz
alternis proferunt annis propter nu
trimenti defectum. ⁊ uirtutem exhau
ſtam. que ſufficienter nutrire nō poſ
ſunt ramos ⁊ fructum. niſi per conue
nientem requiem fuerint renouate.
Omnis planta que ex ſemine oritur
eſt ſilueſtris. quia ſemen a ſilueſtri ra
dice procedit. ⁊ per ſtipitem ⁊ ramos
transit ut totius arboris uirtutem ac
quirat. ut poſſit ſibi ſimile generare.
Cum aliqua radix incidit. ex ea ple
rumq; naſcuntur alie. que plantā nu
trunt loco eius. **S**i arbor uetuſta uel
nimium conſumpta inciditur. debili
ter pullulabit. aut ſola gramina uel
fungos producet. **S**ilueſtrium arbo
ruz fructus ſunt plures. ſed minores
⁊ aciores. propter nutrimenti ſiccita
tem. **D**omeſticarum uero ſunt pauci
ores. ſed maiores ⁊ magis dulces. p
pter oppoſitam rationē. **O**mnis plā
ta maſcula prius q̃ femina pullulat
propter calidum fortius mouens. et
eius folia ſtrictiora ſunt. ppter maſ
culi ſiccitatem. **Q**uedam plante alias
impediunt in generatione ⁊ fructu. ſi
cut corillus ⁊ caulis uitem. ⁊ lolū ſe
getem. ⁊ nux fere omnes alias. prop
ter pernecabilem amaritudinem eius
ideoq; diuerſorum plantationē ſeu
ſationem ſimul plerumq; cauere oport
et. **O**mnis planta quatuor indiget.
videlicet ſeminali humido termina
to. loco conuenienti. aqua ſiue humo
re temperato nutriente. ⁊ aere ſibi cō
ſimili ⁊ proportionali. ut optime naſ
catur ⁊ creſcat. **P**lante calido tempo
re vegetantur in umbra noctis. ⁊ in
ſolis feruore liqueſcunt. **P**lante hye

mali tempore humorem in radicibz
congregant. quem in eſtate diſpergūt
in ramos. ⁊ augent illos. **O**mnia que
in ſuperficie terre naſcuntur ex uapo
ribus de ſubtus ad ſuperficiem per
tingentibus oriunt. **F**ructus monti
um ſaporosiores exiſtunt q̃ uallium
quia diſgeſtio melius complet in eis.

C De partibus plantarum.

Nocus eſt humor per po
ros radices attractus ad
ſimilitudinez plante. ⁊ di
geſtiuo calore terminatus
ad eam nutriendā. **R**adices quantū
ad nutrimenti tractum. ſunt ori ſimi
les. ſed quia infundunt calorem uiui
ficiū toti plante ſimilitudinē cordis
habent. **A**d uelle in plantis ſunt ſi
cut nucha in animalibus. **N**odi crea
ti ſunt in omnibus plantis multū me
dulloſis ⁊ concavis. ut retineant nu
trimentum ⁊ ſpiritum. ex quibus eas
augeri ⁊ uiuere oportet donec fuerit
diſgeſtum conueniēter. **C**orticis i plā
tis ſunt. ſicut corium in animalibus.
non ex contextione uenarum. ſed ex
humore terreſtri expulſo ad ſuperfi
ciem generati. **F**oliorum materia eſt
humor aquoſus non bene diſgeſtus.
aliquantulum tamen fece terreitatis
cōmixtus. quibus ſagax natura fruc
tus ſuperfluo ſolis feruore deſenſat.
Fructus materia ē uapor ſiccus. uē
toſus. ad perpetuandas plantarum
ſpecies. ab anima vegetabili genera
tus. **F**lorum ſubſtantia ex ſubtiliori
generatur humido perfecte diſgeſto.
qui primo ebulliens calore ortum fru
ctuum antecedit.

De plantatione ⁊ generatione plātarum

Arborum ⁊ ceterarum plātarum. quedam generantur plantate. quedam ex semine. quedam per se commixtione elementorum ⁊ uirtute celestium. Rami qui sine radicibus plantantur si solide sint substantie scindantur inferius cum panguntur. ut facilius attrahant nutrimentum. Arbor cuius semine debile fuerit melius ex ramis seu radicibus quam ex semine conualescit. Plante humide aquatice molles. quocumque modo terre infigantur. de facili radices emittunt ⁊ conualescunt. Quaecumque plante calide sunt licet dure ramis in terram infixis conualescunt. quia earum caliditas fortiter attrahit nutrimentum. Rami arborum solide substantie cum plantantur lacerati conualescunt melius quam incisi. quia poros apertiores habent. quibus attrahunt nutrimentum. Omnes plante que aromaticos calidos ⁊ siccos habent fructus conuenientius plantantur in montibus. Has uero que solidos ⁊ humidos fructus ferunt. magis congruit in uallibus plantari uel feri. Arborescens ⁊ debile semen ferentes. ex semine ⁊ ramis plantari ⁊ conualescere possunt. Ex semine tamen plantatio periculosior est. ⁊ in longam nimis sperat etatem. ⁊ siluestris ex eo nascitur planta. Ex ramis uero citius conualescunt. ⁊ inde domestica nascitur. non siluestris. si ex domestica planta fuerit ramus acceptus. Arbores que seminem magnum ⁊ forte producunt. ex ipso melius quam ex ramis proueniunt. Arbores nullum ferentes fructum ex

ramis uel radicatis plantulis solum conualescunt. Si conferendus locus ab animalium rodentium accessibus non est tutus. in aliquo loco clauso per biennium ramos uel semina nutrirī oportet. in terra soluta dulci ⁊ aliquantulum stercorata. Deinde ad loca disposita transferantur. Omnis nouella planta frequenti fossione et tempore magni caumatis irrigatio. ne iuuetur. Spacia inter arbores uel uites seruanda sunt secundum arborum magnitudinem. loci pinguedinem. et consuetudinem approbatam. Omnis planta in solo arido uel declui profundius ⁊ in humido ⁊ depresso minus profunde plantetur. Si plantatio fit in terra cretosa sabulum misceatur. ⁊ in sabulo creta. In macra uero plerumque letaminis poni oportet. Cum planta transfertur nisi parua fuerit. eiusdem celli quibus ante steterat cardinibus apponatur. Cum plantatur in scrobe deponis. quod de radicibus lesum inuenieris amputabis. Cum plantatur ne terra nimis mollis aut sicca sit cauere oportet. potius tamen sicca quam mollis existat. In aridis seu montuosis locis ante hyemem. in humidis uero seu ualliculosis in uere transplantationes fiant. sed in temperatis utroque tempore conuenienter plantatur. Si ponenda sunt arborum semina precipua eligantur. ⁊ mense Ianuarii non amplius quaternis digitis sub terra mergantur. Si locus calidus ⁊ siccus fuerit. octobris uel nouembris mense ponuntur. Rami qui sine radicibus plantantur. melius conualescunt. si ponantur mense martii. cum iam cortici se uiridis succus infuderit. aut etiam mense ⁊

octobris. cum nondum utrifque plāte spiritus fugam habuit ad radices. **R**amulus qui plantatur torquendus non est. nec alio more uexandus. verum si dure solideque substantie fuerit proderit si pars fundat inferior. in scissura mittat lapillus. Rami plantandi sint leti. succosi. nitidi. gemmis spissis et pluribus oculati. et ad unam materiam sint redacti. Ramis plantandis qui nimis longi fuerint cum ponunt amputat congrue summitas. et in conuenienti longitudine relinquuntur. ut in salice. uice. oliua. et ceteris huiusmodi similibus.

De insicionibus.

In omnium insicionum melior est similitudo in similia secundum genus. ut piri in piri. et uitis in uitem.

In nimis duro stipite incongrua est insitio. quia in eum uenas radicales immittere nequit. Sed in eo in quo parua est durities et multa succositas optima. Surculi inferendi sint steriles. succosi. de nouo nati. gemmis grossis spissis et pluribus oculati. et ab orientali arboris potius quam ab altera parte decisi. Diuersitas in malis et piris et ceteris fructibus ab insitione arborum eiusdem speciei tota processit. In insitio in magnis arboribus quibus cortex grossus est et pinguis inter lignum et corticem fiat. In subtilibus uero fit conuenientius scisso ligno. Licet insitio multis temporibus fieri possit. ea tamen precipua est. que fit in eo tempore quo gemme incipiunt esse suspecte. Verum arbores gummam producentes. antequam ipsa fluere incipiat con-

uenientius inseruntur. Insitio ad buccellum fieri non potest. nisi cum iam cortex separatur a ligno. Est autem optimum scissum ab una parte buccellum apponi. et virgule summitatem relinqui donec buccellum comprehendisse uideat. Insita planta nutrimentum a stipite trahit intantum. quam postquam conualuerit raro permittit truncum sub nodo aliquid pullulare. Omnis insitio quanto inferior tanto melior. nam fructus magis domesticatur. et melius conualescit.

De medicamine arborum et terre.

Sueta starum arborum sciantur radices et in scissuris lapides immittant melius attrahunt nutrimentum. et sic aliquando fiunt fertiles. quas sterilitas inuadebat. Inueteratis plantis. per abscisionem ramorum reuiuiscunt. nisi iam peruenerint ad ultimam senectutem. Omnis planta domestica substracto cultu siluestre. precipue si ad sabulositatem et arenositatem conuertatur. Et omnis siluestris domesticatur adhibito cultu. Cultus in domesticandis arboribus. in conuertendo simando uel adequando nature arboris terram. et in abscisione spinosorum et superfluatorum et insitione consistit. Quotiens ager in aliqua mala dispositione consistit sapiens agricola eum ad laudabilem dispositionem immutat. In agro nouali ad cultum redacto facienda est extirpatione stirpium et radicum que omnem fugunt agri humorem. Noualis ager pluribus annis fertilis est. deinde oportet adhiberi letamen si ferax

debeat permanere. uel nisi sit pinguis/
simus interponi quietem. presertim quā
cum substantia herbarum et paleis pla-
te in eo sate aut metunt. aut radices
euellunt. Cum humor et uiuificus spi-
ritus agri per semina et plantas attra-
bitur eisdem terra destituit. et determi-
nato quiescens tempore ad agrum ite-
rum reuocatur. vni citius. alteri tardi-
us secundum quod ager agro secundior
inuenit. Quocumque cum labore et ex-
pensa uirtute perficiunt. nisi quiete in-
terposita restaurum accipiant dissol-
uunt et corrumpunt. si necessitas co-
git de salsa terra sperari aliquid. pro
autumnū plantanda uel serenda ē.
ut malicia eius hybernis ymbribus
eluat. Aliquid etiam terre dulcis uel
fumi. uel arene subiiciendum est. si illi
uirgulta committimus.

De munitione locorum.

Fertiles terris que faci-
le ruunt. ripe fossarum pa-
rum pendentes. In rubri-
ca uero uel glareosa terra
et similibus que non facile ruunt plu-
fieri possunt ubi multum ē necessaria
munitione uinearum et aliorum locorum
ex spinis solummodo plantationes
fiant. Vbi autem non est tanta neces-
sitas et lignorum habetur penuria. pro-
pter ignem et edificia ex arboribus tan-
tum fiant. Cum fit aliqua plantatio
spinorum uel arborum. propter sepes
iuxta terram post biennium recidant
ut pullulent et sepes inspissent.

Incipiunt regule materie tercii libri

Durra frigida uentosa et
sicca. et longe ab humore fe-
tore et stabulis esse debent
eisque auster debet esse ad-
uersus. Nihil utilius diu custodien-
dis frumentis. quam si optime exsiccata
inferantur horreis. et aliquando in ui-
cinum locum transfusa refrigerentur.
Locus in quo frumenta ponuntur non
sit nimium excellens in frigore uel ca-
lore. quia utrumque segetes corrumpit.
Cum legumina tarde seruntur debent
in aqua letaminis madida seminari
ut citius germinare cogantur. Omne
granum quod in pingui solo oritur
est pinguius. nutritilius. et in ponde-
re grauius quod autem in macra nascitur
est contrarium. Frumentum et cetera
grana patienti campo letant. et eisdem
umbra inferunt lesionem. Locis
humidis et aquosis frumenta sepe de-
generant et in lolium et auenā aliquā-
do conuertuntur. Frumentum collis
grano robustius est. sed mensura mi-
nus respondet. Omne granum preter
milium in suis stipulis diutius quam ex-
cussum seruatur. Omnia que tempore
seruntur estiuo. solutam terram requi-
runt. cretamque refugiunt. quam sola mi-
lica si pinguis fuerit non formidat.

Incipiunt regule quarti libri. Et primo de quibusdam communibus.

Quoniam multe inueniuntur ui-
nearum uarietates. unus-
quisque morem sue terre et
patrie obseruet. alioquin
laboratorum eas procurantium pa-
tietur defectum. Celum mediocris quam
litatis uitis desiderat. tepidum magis
quam frigidum. et siccum potius quam

umbrosum. procellas nimium uētos/
q; formidat. Aquilo uites sibi obiec/
tas fecundat. auster nobilitat. In ar/
bitrio itaq; nostro est. de uino plus
habeamus an melius. Campi largi/
uinum ferunt. colles uero nobilius.
Locis frigidis a meridie uineta po/
nantur. Calidis a septētrione. Tēpe/
ratis ab oriente uel occidente. Loca
naturam sepe uitibus mutant. ideo
earum genera conuenienter aptentur
Blano loco uitem statuas que nebu/
lam sustinet 7 pruinas Collibus que
siccitatem 7 uentos. Pingui agro gra/
ciles 7 fecundas. Macro feraces 7 so/
lidas. Frigido 7 nebuloso. eas q; hy/
emez celeri maturitate preueniūt. aut
que duris acinis inter caligines secu/
rius florent. Ventoso tenaces. Vali/
do grani teneriores 7 humidi. Siccio
eas que pluias ferre non possunt.
Eligenda sunt grana que professiōe
uiciorum suorum contraria loca dili/
gunt hiis in quibus durare non po/
terant. Placida sane regio 7 serena tu/
te genus omne suscipiet. Industrius
uir probata diligit. 7 in locis talib;
mandet. que imitari possint illa vñ/
sumuntur. Solum ad vineas ponen/
das. nec spissum nimis nec resoluū;
nec exile. nec letissimum esse debz. nec
campestre. nec preceps. nec siccum. nec
uliginosum. nec salsum. nec amarum.
sed quod inter omnes nimietates tē/
peramentum tenebit. 7 proximū ra/
ro q; dēso fuerit. Ad uineas rudes a/
gros 7 maxime siluestres eligamus.
Deterior omnibus est. in quo fuerit
uineta uetusta. quo si necessitas coege/
rit prius multis arationibus radices
prioris vinee dissipentur. Omnis lo

cus pastinandus prius impedinen/
tis omnib; liberet. ne fossa terra p;
calcatu assiduo solidetur.

De electione plantarum uitis.

Dante uitis que mense oc/
tobris uel martii absan/
dunt a uice meliores sunt
q; que aliis temporibus
colliguntur. De uinea nimis pingui
cum in loco exili plantare desideras.
non sunt colligenda sarmenta. Eligē/
da sunt pangenda sarmenta. de uice
media quinq; uel sex gemmaz spacio
a ueteri procedencia. Summa flagel/
la repudiemus. precipue cum in arbo/
res uineam plantare uolumus. sed et
pampinus qui de duro nascit. pfru/
gifero nō pōat. Fertilitatis uitis cer/
tū ē signū. si d; duro aliquo loco fruc/
tuz citabit. 7 fetu impleuerit ramulos
ex omni parte surgentes. Vno solo
anno uitis fertilitas explorari non
potest. sed in quatuor cognoscit. vel
ra generositas surculorum. Nouell;
palmes nihil habens ueteris in quo
frequens nodus exuberat debet elu/
gi ad pangendum.

De regulis plantationis uitis.

Si pinguis est terra. maio/
ra inter vites spacia relin/
quamus. si exilis angusta
Non est vno genere uitū
omne pastinum conferendum. ne an/
nus iniquis generi uindemie spem o/
nem excludat. In aquosis locis post
hyemem. in siccis ante hyemem utili/
us uinea plantabitur. 7 propago ou/
ccetur.

De insitione uitis.

Quincus uitis inferendus eligat solidus. qui humo-
ris exuberet alimento. nec
ulla uetustate aut iniuria
laceratus areseat. Juxta terrā uel sub
ea uitis inserit. nam supra eam diffi-
cilius comprehendit. Inferendi sur-
culi sint rotundi. solidi. geminis spis-
sis et pluribus oculati. ex quibus duo
uel tres in insitione sufficiunt. Insi-
ca uitis optime liget et a sole et uetis te-
gumēto aliquo defendatur. ne huius
tiant. hic adurat. Cum calor tempo-
ris insicam uitē inuadit ipsi pinicu-
lo tenuis humor circa uesperas debet
frequenter effundi. Cum germen insi-
te uitis accipit nutrimentum adiuto-
rio alicuius pali debet anecti. ne mo-
tus aliquis fragilem sarmenti quasset
etatem.

De putatione uinearum.

Uinearum putatio locis fri-
gidis post hyemem. cali-
dis uero et temperatis an-
te et post cōmode celebrat.
Auferenda sunt leta. intorta. debilia.
superflua. et malis locis nata sarmen-
ta. In locis letis et clementioribus al-
tius licebit uices expandere. In exili-
bus aut estuosis uel decliuis humili-
or est habenda. Multitudo uel pau-
citas sarmentorum secundum uirtu-
tem uitis relinquat et soli. Vetera sar-
menta quibus primi fructus anni pe-
pendit. omnia recidantur. et noua cir-
cumcisis capriolis et ramulis inuoli-
bus dimittant. Vites multum ferti-
les in quibus frequens nodus exube-
rat stricte. Que uero gemmas per lō-
ga internodia distulerunt. largis sunt

putande. In uitis putandis tria
consideranda sunt. fructuum spes. suc-
cessura materies. et locus qui seruet et
reuocet. Vitis que mature putat citi-
us pullulat. et plura maioraque sarmē-
ta producit. Que autem tarde putat
serius pullulat. et fructus plurimos
producit. Post bonam vindemiam
strictius puta. post exiguam largius.
Plurimum confert uitis et scilicet
nouellis si eis oblaqueatis superua-
cue recidantur radices. quas in sum-
mo producant.

De fossione uinearum.

Quebranda est fossio uine-
arum antequam nimis gemme
turgescant. quia si fossorē
apertus uitis oculus uide-
rit cecabit spes magna uindēie. Que
florent constat non esse tangendas.
Fossio uinearum fiat cum terra non
nimis mollis nec nimis sicca est. sed
cum puluerizabilis medie dispositio-
nis existit. sic autem studium ut uni-
uersa terra moueat equaliter. et maxi-
me iuxta uites. ut in ea nihil crudi so-
li remaneat. quam rem uirga diligens
custos exploret.

De uuis et uino.

Uue pingues quasi ma-
ture frondibus per latera
denudent et colligant ro-
re consumpto et aere sere-
no uinum fiet potentius et melius du-
raturum. Que lucide non pingues ne-
que consumpte potentius. nimis matu-
re dulcius. acerbē acerbius. aquose a-
quosius uinum producant. Que in
augmento lune collecte minus serua-
bile faciunt uinum. Uinum pluribus
ex causis leditur et turbat. uidelicet

calore ⁊ frigore. fetore. Fortibus toni-
truis. terremotu. ac motu uasis ⁊ au-
stralibus uentis. Quandoq; parum.
⁊ tunc modica contraria medicina cu-
rat. Quandoq; multum. ⁊ tunc requi-
rit fortior medicina. Quandoq; intā-
tum. q; eius calor naturalis in totū
extinguit. ⁊ tunc nullo modo curari
potest. quia mortuo nulla potest me-
dicina conferri.

Incipiunt regule libri quinti. de ar-
boribus.

Licet quedam arbores de-
siderent aerem calidum. q̄-
dam frigidum. ⁊ plurime
temperatum. et quedā ter-
ram pinguem. ⁊ quedam macram. In
hoc tamen conueniunt. q; omnes ter-
ram in superficie siccā. ⁊ in uiscerib;
humectam requirunt. Autumnali tē-
pore arborum oportet denudari ra-
dices ⁊ aliquid poni letaminis. qd p
pluuię fluxū coopertis radicib; ap-
portetur. **Q** si nimium sabulosa fue-
rit terra congrue recipiet cretam pin-
guem. ⁊ si nimis cretosa sabulum ap-
ponatur. In pingui loco plus. in exi-
li minus arborum stipites eleuentur a
terra. Plante arborum a tēpore quo
posite fuerint usq; ad triennium non
putentur. Ab adolescentia plantarū
usq; ad debitum complementum ea-
rum sollicitè curandum ut stipes i ra-
mos. ⁊ rami in uirgas. ⁊ uirge in fra-
gra fructifera diuidantur. succedente
autē senectute recidat ab ea omnis
siccitas. ⁊ ramorum superfluitas quā
cum fructibus nequit commodè sus-
tentare. Omnis arborum plantatio
uel putatio quādoq; a tempore
casus foliorum fieri potest. preter ge-

lidum acumen usq; q; incipiunt pul-
lulare. Attendere oportet. ne spuria i
arbore nata aut iuxta stipitem ex ra-
dicibus erumpentia dimittant. s; ea
usq; ab initio amputari. Herbas que
suarum radicū magnitudine arbori-
bus obsunt. plurimum circa eas auel-
li oportet. Si arbores uermiculosos
proferant fructus. supra radices ter-
rebretr truncus. ⁊ in foramen quer-
cus cuneus infigatur. Cum languet
cunt arbores. eis oblaqueatis alteri-
us dispositionis circa eas terra pos-
natur.

Incipiunt regule libri sexti. de ori-
tis. Et primo de aere. terra. ⁊ sinu. que
ortis conueniunt.

Ortus desiderat aere; libe-
rum ⁊ temperatum aut tē-
perato proximum. nā lo-
ca nimie caliditatis uel sic-
citatē formidat nisi multis pluuiis
uel irrigationibus adiuet. Loca eti-
am ⁊ tempora mortificantis frigidi-
tatis tolerare non potest. et in locis
umbrosis nullius uel modice utilita-
tis existit. Ortus desiderat terrā me-
diocriter solutam. ⁊ humidam poti-
us q; siccā. Creta enī est ortis ⁊ cul-
toribus inimica. Herbe in nimis so-
luta terra nate in principio ueris op-
time conualescunt. sed in estate siccāt.
Felix orti positio est ut supra se ri-
uum habeat. quo possit per conueni-
entes sulcos cum opus fuerit irrigari.
nam ortus qui celo clementi subia-
cet. ⁊ humore fontano percurritur. p-
pe est ut liber sit. ⁊ nullam serēdi dis-
ciplinam requirat. Terram desiderat
ortus pinguiissimā. ideoq; in alto
re parte sui fumum semper habeat.

cuius succus eum sponte fecūdet. Et ex eo semel quolibet anno singula ortorum spacia impinguent. cum seri plantari debebit. Sic autem ortus domui proximus. longe tamen ab area situs. nam puluerem palearum. quod herbarum folia perforat et exsiccat patitur inunicum. Felix orti positio est. cui leniter inclinata planities. cursus aque fluētis per latera discreta deriuat

De pastino ortorum.

Partes orti sic diuidentur ut hec in quibus autumnoseminabitur. verno tempore pastinentur. Et quas seminibus uere complebimus. autumnitempore debemus effodere. ut utraq; pastinatio decoquat beneficio algoris et solis. Si uero penuria terreni habet. quocumque anni tempore terra inter humiditatem et siccitatem inuenitur equalis pastinari potest. et seri statim si fimo fuerit impinguata. Faciendum est orti pastinum primo profundum et grossum. et super ipsum sperso letamine. iteque minutatum pastinetur. et terra cum letamine misceatur. et quantum potest in puluerem deducatur.

De seminatione ortorum in comuni.

In frigidis autumnalis satio maturius fiat uernatardius. In calidis uero autumnalis serius. et uerna maturius fieri potest. Herbe possunt omode seri separati et mixti ut imixti satis euellantur quod fuerint transplantande. cetera uero ibidem suscipiant incrementum. Herbe que transplantari non debent rare. que uero trans

ferunt spissius seri debent. Cauendum est ne que sparguntur semina sint corrupta. ideoque eligenda sunt. que fari nam interius habent albam. et que magis fuerint ponderosa et grossa. et in pluribus eorum sint talia. que non ex cesserunt anni etatem. Sepeprouenit quod semina quancumque sint bona. si iacta fuerint non nascantur ex aliqua malicia corporum celestium impedita. plerumque inuenitur uile diuersa semina simul seri ne tempus alicui semini quandoque contrarium ex toto terram denudet. Omnium herbarum optima satio est cum luna fuerit in augmento. sepeque euenit ut non sit utilis satio. que fit cum luna processerit in defectu. Omnes fere herbe commodetransplantantur cum aliquantulum creuerint. et terra non fuerit nimis sicca.

De iuuamentis ortorum.

Purimum confert ortis sitam manibus quam sarculo herbe nocue dissipentur. quoties oportuerit. ne melioribus nutrimenta subducant. Ex his que plurimum nocent ortis est de ambulare per eos uel terram mouere cum fuerit nimis mollis. Si terra orti nimis cretosa est. misceatur eidem sabulum uel letaminis multitudo et terra sepiissime moueatur. Et si adeo sabulosa est. quod humor conceptus nimis facile resoluator. eidem misceatur letamen et creta.

De collectione herbarum. florum. seminum. et radicum.

Herbe propter cibum colligende sunt. cum earum folia ad debitum uel quasi

peruenerunt augmentum. Sed pp/ ter medicinaz colligere oportet post q̄ magnitudinis integritatem habēt ante q̄ ipsarum alteret color ⁊ cadāt **S**emina colligunt post q̄ eorum figi tur terminus. ⁊ exsiccant ab eis cru/ ditas ⁊ aquositas. **R**adices sumēde sunt cum adest foliorum casus. **F**lo res colligere oportet post apertio/ nē integrā. ante exterminatiōē ⁊ ca sum. **F**ructus quidem sunt colligēdi post q̄ finit complementū eoz. ante q̄ sint ad cadendum parati. **Q**uecū/ q̄ colligunt decrescēte luna melio/ ra sunt ⁊ magis seruabilia hīs q̄ col ligunt in eius augmento. **E**t quecūq̄ colliguntur in claro aere sunt melio/ ra hīs que colligunt in dispositiōe humiditatis aeris. ⁊ uicinitate tēpo/ ris pluuiarum.

De uirtutibus herbarum.

Herbe siluestres domesticis sunt fortiores. ⁊ minoris quantitatis s̄m plurimuz ⁊ ex siluestribus montane sunt fortiores. **E**t ille quarum loca sunt uentosa ⁊ sublimia sunt iterum fortiores. **E**t ille quaruz color fuerit magis tinctus. ⁊ sapor magis appa/rens. ⁊ odor fortior. erunt potentio/ res in genere suo. **U**irtus herbarū de bilicitur post duos aut tres annos secundum plurimum.

De conseruatione herbarum. floz radicum. ⁊ seminum.

Herbe. flores. ⁊ semina ser/ uanda sunt in locis siccis. ⁊ obscuris. ⁊ in sacculis ut uasis constricta meli⁹ ser/ uant. ⁊ precipue flores. ne odor ⁊ uir

tus exalet. **R**adices in subtili arena melius seruant. nisi sint radices. q̄ sic/ cate seruēt. que similiter in loco sicco ⁊ obscuro melius seruabunt. **S**emina porrorum ⁊ ceparum ⁊ quarundam aliarum herbarum melius q̄ aliter i suis siliquis seruabunt.

Incipiunt regule libri septimi. De pratis ⁊ nemoribus. Et primo qua/ lem aerem. terram. aquam. ⁊ sicū pra/ ta desiderant.

Prata desiderant aerē tem peratum. aut frigiditati ⁊ humiditati proximū. **N**ā superflua frigiditas impe dit generationem herbarum. ⁊ nimia caliditas aut siccitas omnem uirore⁹ consumit. **T**erram desiderat pingue. ad herbarum copiam. sed ad saporo sitatem requirunt mediocre. ⁊ nimis macram omnino refutant. **N**ā quā desi derant precipue pluuialem ⁊ calidā. aut lacualem pinguem. sed a gelido a ualde leduntur. **S**itum op̄at depres sum. nisi continuo sic humor inclusus nimis autem profundus non est ap/ tus ad aliquas bonas herbas. s̄ ad paludales insipidas.

Qualiter sunt prata. procurant ⁊ renouantur.

Prata licet naturaliter per se pueniant sunt etiā o/ pere manuali. extirpatis nemorosis ⁊ agrestibus lo cis. uel complanatis agris aratis. et uicia cu⁹ femi semine satis. **P**rata op tume procurantur si omnia impedi menta que in eis nascunt tollantur ⁊ berbe grosse inuales post magnas

p luvias radicibus euellant. **I**brata q̄
pluries irrigant. estate pluries fructi
ficabunt. et secabunt in anno. **I**brata
ueterusta mustu radant. et sterilia fac/
ta. pluries arentur ac de nouo serant.

Qualiter fenum colligatur et serue
tur. et de utilitate ipsius.

Quoniam secandum est tempo
re calido ac sereno. cum ac
ris siccitas duratura spe/
rat. et herbe ad debitum p
uenerunt augmentum. floresq; cōple/
uerint. nec arescere inchoarunt. Fenu
commodè sub tecto seruat. uel sub di
uo preparatum. ne aqua in eum intra
re possit. Fenum magne utilitatis ex
istit. cum ex eo bestie laborantes ac o
ues toto tempore anni uiuere possint.

De nemoribus.

Nemora uel naturaliter p
ueniunt diuersarum arbo
rum secundum uarietatem
terrarum. situs et aeris. aut
instituunt ab homine. **S**ui nemus
plantare intendit. consideret primo si
tum et naturam terre ac aeris in quo
facere nemus cupit. easq; solum con/
serat arbores. que illi loco cōueniāt.
et tandem uocum instituentis adimple
ant. propinquas ac distantes arbo
res plantet secundum quod amplius uel
minus radices et ramos extendunt.

Incipiunt regule libri octau. de ui
ridariis et rebus delectabilibus

Uridaria quedam sunt ex
herbis. quedam ex arbo
ribus. quedam ex utrisq;
Uridaria herbarum desi

derant terram macram et solidam. ut
herbas subtiles et capillares produ/
cant. que precipue uisum delectant.
Uridaria circa se habere debent odo
riferas herbas diuersorum generum
que ad delectationem conferant ac sa
lutem. **N**am omnis odor est anime sua
uissimus cibus. **U**ridaria requirunt
a meridie ac occidente arbores bo
nas et raras. ab oppositis loca patula
ut auram delectabilem non inbibeant
nam umbra malarum arborum est no
cua. **S**uperflua umbra egritudines
generat. et aure salubris sanitatem cor/
rumpit. **U**ridaria debent fieri mag
na uel parua. respectu habito ad no
bilitatem. potentiam et diuitias do
minorum. **I**n uiridariis unumquod
que genus arborum in sua acie sine ad
mixture alterius poni debet. ut de/
lectationem augeat et decorem. **N**ag
ne arbores in uiridariis distare ab
uicem. xx. pedibus debent. parue. x.
sed acies una ab altera poterit quā/
tum placuerit plus distare. **A**rborum
acies in uiridariis fossorez requirunt
exceptis malis. ut possint diu dura
re. sed inter unam et alteram aciez pra
ta conueniunt. **I**n uiridariis non de
bet quis superflue delectari. sed tunc
precipue cum seriis necessariisq; satis
fecerit rebus. **U**ridis et decora muni
tio circa rursus habitacula. multā de/
lectationem affert. **M**aximum delec
tat agros habere magnos et fertiles.
qui rectos habeant fines. ac foueis ido
neis cingantur et sepius. bonasq; ar
bores circum habeant. ac intrinsecus
uiis oportunis. arboribus. fonte. ac
fluentibus riuis sint ornati.

De hiis que circa ipsas uites ⁊ earum fructus delectationem prebent.

Quoniam uultu delectat habere uineta decora diuersorum bonorum generum uuas ferentia. nam omnia que de mirabilibus uiaz ab antiquis scripta sunt per experientiam inueniunt uera. non tamē ab ociosis peritis omnino spernenda. ne forte uarietas temporum ⁊ locorum aut imperitia raro probantis experientem decipiat. Plurimum delectat habere uina diuersorum colorum atque saporum quod non potest difficile fieri. ac uina medicinalia indigentibus satis inueniuntur utilia.

De hiis que circa arbores ⁊ fructus delectationem augent.

Magne delectationis est habere in propriis locis bonarum arborum copiam ⁊ generum diuersorum. Ideoque diligens paterfamilias undecumque deferre debet uel curare. quod ab alio deferant. ⁊ ea in congruis ordinibus inferre uel plantare. Plurimum delectat insidiones habere mirabiles in una arbore generum diuersorum. ⁊ ideo potest paterfamilias diligens hoc procurare. Multum delectat arbores bene formatas ⁊ recte stantes habere. ideoque curandum est. ne tortuose sint. aut ramos nimis deformes habeant uel depressos. Multe mirabiles insidiones se ostendunt hiis qui temptant omnia experiri. Si arboris fructifere scindatur ramusculus ⁊ res laxatiua puluerizata uel cuiuslibet coloris loco medulle includat in eo. fructus acquirat uirtutem uel colorem inclusi.

De delectationibus ortorum ⁊ herbarum.

Plurimum delectat ortum habere bene dispositum. ac sufficienti industria cultum. Ideoque paterfamilias diligens procuret esse habere in solo pingui ac soluto. cui fons uel riuus per discreta spacia defluat. ut irrigari totus possit tempore magni estus. Omnia genera bonarum herbarum in orto habere delectabile atque utilissimum est.

Incipiunt regule libri noni de animalibus nutriendis in rure.

Antiquissimis temporibus uiuebant homines ex hiis solum que naturaliter inculta terra ferebat. Dein de consequenter ceperunt uiuere agricultura ⁊ pastoria. Tunc uero ⁊ ex eisdem uiuunt. ⁊ ex scientiis scripturarum ⁊ artibus infinitis. Singulorum generum ⁊ animalium domesticorum aliqua in diuersis regionibus adhuc fera cernuntur.

De equis ⁊ equabus.

Qui equos aut equas uolet emere expedire ut etate genus. Formam. laudabilem sanitatem ⁊ egritudinem. bonitatem ⁊ maliciam recte cognoscatur. Equorum ⁊ ceterorum animalium indiuisas ungulas habentium. ac cornuorum etas dentibus plene cognoscitur. Scaliones ita custodiendi sunt. ut parum equitentur uel nihil. aut aliter fatigantur. ac bis in die tantum admitti debent. si generosos pullos creare uolueris. Equae pregnantiores teneri debent. non multum macre. nec

191
pingues. nec urgeantur. nec fame fri-
gusque tolerant. nec inter se locis com-
primantur angustis. Equi generose
que masculos nutriunt. alternis tan-
tum submittant annis ut pullis co-
piam puri lactis infundant. Admis-
sarius quinque annorum esse debet. sed
femina bima concipiet. Bullus tene-
ri debet precipue in loco montuoso.
petroso. et sicco. et duobus annis tan-
tum matrem sequatur ad pascua. Cum
pulli domandi sunt suauiter tanga-
tur in stabulo. et frena teneant ibi sus-
pensa. ut assuescant tangi. et frena vi-
dere. Loca equorum debent in die mu-
da teneri. et nocte lectus usque ad ge-
nua fieri pro quiete. maneque tolli. et
dorsum tergi. ac omnia membra eius
Deinde paruo passu ad aquam du-
ci. et in ea usque ad genua spacio longo
teneri. et cum redierit antequam stabulum
intret crura tergi ac optime desiccari.
Completus equus in competentibus
carnibus est tenendus. ut possit secu-
rius equitari. nam pinguedo nimia
egritudines. et nimia macies debilita-
tem et deformitatem inducit. Equus su-
dans uel fortiter calefactus non de-
bet aliquid comedere uel potare do-
nec coopertus et paulisper ductus a
sudore atque calore fuerit liberatus.
Equo utilis est tempore calido coo-
pertura linea propter muscas. et tem-
pore frigido lanea propter frigus.

**De doctrina et morigeratione equo-
rum.**

Equo qui domari ac mori-
gerari debet. primum ad-
hibeat frena lenissimum
cui morsus sit melle et alio

dulci liquore perunctus. et leniter du-
cat ad manum. Deinde sine sella sua-
uiter equitet. et postea cum sella per lo-
ca plana donec frenum et sellam quie-
te recipere assuescat. Equus cum fre-
no leni et sella leniter pergere assuetus.
debet cum fortiori freno si oporteat
perduci ad agros aratos hora frigi-
da. et instrui ad trotandum primo.
Deinde ad galopandum breui salu-
dici etiam in ciuitate per loca fabri-
lia debet. ac etiam per ea ubi fit stre-
pitus et tumultus. et ibi blande non as-
pere retineri. donec talia timere desit-
tat. Cum equus se habuerit conueni-
enter ad frenum. ad cursum assuescieri de-
bet. summo mane semel qualibet sep-
timana usque ad quartam partem mi-
liaris unius primo. ac postea spacio
longiore.

**De generali cognitione pulchritu-
dinis. bonitatis. et malicie equorum.**

Equus pulcher corpus ha-
bet magnum et longum. et
sue magnitudini ac longi-
tudini. proportionaliter om-
nia membra respondent. Pilus bai-
scurus a pluribus habetur precipue.
Equus habens nares magnas et in-
flatas. et grossos oculos. audax na-
turaliter reperitur. Equus habens co-
stas grossas et ventrem amplum et de-
orsum pendentem laboriosus ac suf-
ferens iudicatur. Equus habens am-
pla et extensa garrata. et falces curuas
in motu celer et agilis esse debet. E-
quus habens crura et crurium iunctu-
ras bene pilosas. et pilos earum lon-
gos laboriosus est. Equus habens ma-
xillas grossas. et collum curtum. 9

non de facili affrenat decēter. Equus habēs vniuersas ungulas albas. nūq̃ duos pedes habebit. Equus habens auriculas pendentes et magnas et oculos concavos. lentus ac remissus existit. Equus cuius anteriora crura semper moueri uidentur. malorum est morum. Equus mouens caudam superius et inferius mali est uicii.

De infirmitatibus equorum et curis ipsorum.

Egritudines accidunt equis in capite. in uentre. in tergo. in cruribus. pedibus. ac ungulis. aliquando ex humoribus. et sepe negligētia uel mala custodia. Dolores accidunt equis aut ex superfluitate malorum humorum in uenis sanguinis contentorum aut ex uentositate ingrediente in corpus equi calefacti per poros apertos uel in intestinis ex viscosis humoribus orta. aut ex superflua comestione ordeii uel alterius similis. tumefacti in stomacho seu uentre. aut ex superflua retentione urine. uesicam inflantis. Huius omnibus generale remedium ē. q̃ equus per stabulum cum equa libere permittatur abire. Sal in aceto sufficienter infusum plurimum ualet contra omnem tumefactionem incipientem in dorso. In multis equorum egritudinibus coctura ultimum est remedium. sed debet diligentissime custodiri. ne cocturam possit mordere. Et ad aliquam rem fricare. quia ex nimio pruritu locum dentibus usq̃ ad neruos uel ossa morderet. multa sunt signa. quibus cognoscitur in qua parte corporis patiat equus. ex quibus pro-

nosticari potest liberatio et mors equae per regulas scripta sunt omnia in fine tractatus equorum. et ideo hic obmitto.

De bobus.

Sexus etatis bouum sunt quatuor. primus uiculus secundus iuuenco. tercius bouum nouellorum. quartus uetulorum. Qui armentorum gregem emere uult. obseruare debet primum ut sint uaccae ad fructus ferēdos etatis potius integre q̃ imperfecte. bene compositae. ut omnia membra sint grossa. et inuicem sibi respondeant. Armentis bouum et vaccarum paranda sunt loca. hyeme maritima. estate frigida. et opaca montana. stabula bouum esse debent arena uel aliquo genere lapidum strata. aliquatenus deuexa. ut elabi proffit humor. et contra partem glaciam aliquis obistere debet. Obiectus. Cauendum est etiam. ne agustius stent. aut feriantur. aut concurrant. ac estate optime septi claudantur. ne a tabanis et ceteris bestiolis concitent. debet etiam hiis semper stratum multum teneri. quo melius conquiescant. Estate bis. hyeme semel ducantur ad aquam. Boues sani fortes et agiles cognoscuntur. quia facile se mouent cum tangunt uel pungunt. et habent membra grossa. et auriculas eleuatas. pulchri autem et fortes generaliter cognoscuntur. si omnia membra sunt grossa. et sibi inuicem bene respondent.

De ouibus.

Oues bone cognoscuntur ab etate. si neque sunt uetule. neque mere agne. Item a

Forma. si sint corpore amplo. lanam habent multam ⁊ mollem. villos al-
tos. ⁊ tenso corpore toto. Sanitas ouium cognoscit. si aperiant eorum oculi. ⁊ bene sunt rubicunde ac subti-
les sunt sane. Si uero albe uel rubicū-
de ac grosse sunt. infirme sunt. Item
si capre in pelle colli ⁊ ante tracte uix
trahi possunt. sunt sane. si facile. sunt
infirmæ. Item si audacter uadunt per
uia. sunt sane. si moleste capite incli-
nato sunt egre. Ues per totū annū
intus ⁊ foris sunt recte pascēde. Sta-
bula idonea ouibus ea sunt. que non
sint in loco uentoso. in quibus sit so-
lum stramentis idoneis stratum atq;
proclium. ut mandari possit ab hu-
miditate urine. que lanas corrumpit
⁊ ungulas scabras fieri cogit. Pascua
ouibus utilia sunt. que in noualibus
uel pratis siccioribus excitant. palus-
tria uero noxia. siluestria uero dāno-
sa lanatis. salis uero crebra aspersio
debet pecoris leuare fastidium.

De apibus.

Apes nascuntur partim ex a-
pibus. partim ex bubulo
corpore putrefacto. Apes
optime sunt parue rotun-
de ac varie. Sanitatis signa. si sunt
frequentes in examine. ⁊ si mride. ⁊ si
opus quod faciunt. equabile est ac le-
ne. Adnus ualentium signa. si sunt pi-
lose ac horride. ut puluerulente.

Incipiunt regule libri decimi. De ingenis capiendi animalia fera.

Omnium auium rapacium
natura est ut semper sole-
⁊ nunq̃ uel raro societate
incedant. eo q̃ i preda nō
cupiunt habere sodalem. Et ab omni-
bus insidiant cognoscunt instinctu
nature. atq; cum inimicū sentiunt qar-
riunt ⁊ fugiunt. uel se quantum possunt
occultant. **A**ues rapaces si bonis
cibentur carnibus. ⁊ horis congruis
⁊ iniuria non fit eis. nec contra earū
uoluntatem mittunt ad aues a domi-
nis raro discedunt. Si dominus non
sequitur uoluntatem accipitris uel al-
terius auis rapacis. sed in aliquo cō-
trarium agit. facile ipsum perdit cuz
sit indignantis nature. ac leuiter iras-
catur. Falcones tenendi sunt i eo sta-
tu pinguedinis in quo inueniūt ma-
gis audaces. ⁊ melius capere aues.
Omnium rapacium auium eadez fe-
re est natura. Aues fere capiunt cū a-
uibus rapacibus ac feris domestica-
tis. uidelicet accipitre. asturre. falcone
hysmerlo. girfalco. aquila. guuo. et
gunecta. Aues capiuntur rethibus di-
uersorum modorum. uidelicet ad pā-
theram anates. rethi supra flumen ex-
tenso capiunt grues. cigm. starne. ac
anseris. Item alio rethi anseres ⁊ ana-
tes. in agris ⁊ prope aquas. Itē pa-
rietibus. columbī ⁊ turtures ⁊ fere o-
nes auicule parue. Item arolo parue
aues. ⁊ multe mediocres. ⁊ quedā ma-
gne. Item araneis parue aues. ⁊ mag-
ne rapaces. Item quodam rethi stric-
to ⁊ longo perdices. Aues uariis ca-
piunt laqueis in terra constrictis. ac
in arboribus circa nidos. Aues fere
omnes capiuntur uisco. uidelicet uir-
gulis uel uiminibus et funiculis ac 92

funibus inuiscatis. Aues omnes capi
 ⁊ occidi possunt balistis ⁊ arcibus. ⁊
 aliis quibusdam modis. Bestie fere
 capiuntur canibus. rethibus. laqueis.
 rayolis. ac foueis ac aliis quibusdā
 modis. Piscis capiuntur rethibus di/
 uersorum generum. videlicet scortica
 ria in mari. transuersario in locis flu
 minum ⁊ lacuum spaciosis. Riuilibus
 in paruis aquis ⁊ in magnis cum na
 ui. Item zaclo ⁊ negossa. Item in ual
 libus cum cogolaria ⁊ degagna ⁊ cuz
 gradellis ⁊ paruis reticulis. Item cū
 cultis ⁊ caueis. hamo spadernis. ⁊ cal
 ce.

ExPLICIT liber undecimus.

Liber duodecimus breuiloquus in
 cipit. de his que singulis mensibus
 possunt in rure agi.

In superioribus li/
 bris plene tractatus
 est. s; necessario dif
 fuse de omnibus que
 sunt in rure agenda
 Sed utile uidetur me/
 moriale cōpendiosum facere. quo pa
 terfamilias ad rura pergens facile sci
 re queat. quid utilitatis ⁊ delectatio
 nis quolibet tempore facere possit.
 Et cum modum agendi singula uide
 re uolet. in latioribus ⁊ specialibus tra
 ctatibus ordine congruo suprascrip
 tis facile inuenire ualebit.

De agendis in mense ianuarii.

In mense precipue in lo/
 cis calidis loci habitabilis
 aeris ⁊ uentorum. aquaz

terre. ⁊ situs bonitas uel malicia po/
 test cognosci. licet locis temperatis a
 liis quibusdā mensibus melius dis
 cernatur. Item locis calidis curie ac
 domus satis commode poterunt fa
 bricari. ⁊ optime possunt arbores p
 materia domorum abscondi. Item pos
 sunt noua stercora procurari. ⁊ uetus
 ta ad agros ⁊ uineas trahi. ⁊ faba.
 cicercula ac uicia seri. Item si agri nō
 sint molles primo proscindi. Item i
 locis calidis uinee fumari atq; puta/
 ri possunt. Item sorba. persica. nuces
 amigdala ⁊ pruna optime in semina
 rio poni possunt. Et arbores gūmo/
 se inferi. Et ortus si terra non sit ma/
 dida fieri. Item in nouis pratis ui/
 cia ⁊ herbarum semina spergi possunt.
 Et salicum partice. ac iunci ⁊ cāne p
 uineis incidi. ac nemora ⁊ omnis ma
 teria tam siluestrium q̃ domesticarū
 arborum ignis rescindi potest. Item
 omnia uasa utensilia ⁊ plaustra ⁊ q̃
 cūq; in domibus fiunt. quaecūq;
 sit tempus hoc mense commode fiūt
 Item animalia cuncta domestica emi
 ⁊ siluestria capi possunt. ⁊ apes com
 mode de loco ad locū exportari pos
 sunt.

De agendis in mense february.

In mense ac ceteris omni
 bus bonitas ⁊ malicia lo
 ci habitabilis potest cog
 nosci ⁊ emi. ac domus et
 quēcūq; in ipsa ⁊ circa ipsam agen/
 da sunt possunt fieri. Item possunt
 letamina ad agros. uineas. ortos et
 prata deferri. ⁊ cuncta fumari. Item
 possunt commode agri proscindi. et
 in eis faba. cicercula. uicia ⁊ quedā
 alia legumina seri. ac frumenta. siligo

far et spelta runcari. et de ipsis aqua
deruari. et stramenta in eis comburi.
Item in locis calidis anena et cicer se
ri. Et in temperatis et frigidis faba.
cicerula. uicia feri. atque robilia siue pi
sum. Hoc mense locis humidis fieri
debet pastinum siue cultura ubi vi
nea est plantanda. Et in locis calidis
et siccis circa finem utiliter fit planta
tio et insitio eius cum incipiunt gēme
esse suspecte ac nondum aquoso. sed
spisso lacrimantur humore. Item fit
optime putatio uinearum in locis tē
peratis et calidis. nisi mixta multa vel
frigiditas nimis intensa prohibeat.
Que qualiter facienda sit plene do
cetur in libro quarto de vineis. Item
hoc mense commodē formantur vi
tes atque uicifere arbores. Item hoc
mense amputande sunt uicibus radi
ces inutiles ac fimande. Item palan
de ac releuande sunt uites. et in locis
maritimis et calidis fodiende. Item
possunt hoc mense circa finem planti
bus borealibus uentis non australi
bus aere sereno. transuafari uina del
bilia et coqui ut a corruptione seruen
tur. Possunt etiam hoc mense cū ter
ra non multum sicca uel mollis exis
tit omnium arborum plantule ac se
mina feri. transplantari. ac inseri. et ma
xime si iam cortici se uiridis succus in
fuderit. Item possunt arbores puta
ri. formari. et ab omnibus superfluis
ramis siccis. scabrosis et inutilibus li
berari. Item rosaria et canneta noua
institui ac plantari. Item debet hoc
mense si terra non est sicca uel mollis
fieri orti. uel ligonari uel aliter fodi
fimari. et ex omni genere herbaz. que
uere terre mandantur feri. ut sunt al

lia. atriplex. anisum. anetum. apium.
absinthium. arthimisia. abrocanum.
blita. basilicon. caulis. cepe. fenicul.
gabusia. liquiritia. lactuca. mēta. por
rum. papauer. petrosillum. pastina
ca. spinacia. sinapis. satireya. scalog
ne. Ac etiam medicinales herbe silue
stres possunt feri hoc mense in ortis
et alibi. Item hoc mense plantari ac
procurari plantade possunt. Et siere
de uiminibus uel spinis uel alia ma
teria sepes fieri curiarum. agroz. vi
nearum atque ortorum. Item hoc mē
se plantari ac feri possunt nemora ac
salicta. tam domesticarum quam siluestri
um arborum. Item uiridaria tā her
barum quam arborum. ac cetera delecta
bilia que in octauo libro clare scrip
ta sunt. hoc mense commodē fiunt.
Item hoc mense armenta equorum et
asinorum ac bouum. Item greges oui
um. caprarum et porcorum emi ac p
curari commodē possunt. Et lepora
ria fieri ac piscine. ut plene in libro no
no tractatum est. Item pauones. an
seres. galline. ac colūbe. quia hoc mē
se calere incipiunt et cubare procura
ri debent. ut superius scripsi. Item
hoc mense apes emi. et debent pluries
fumigari. et ab omni putredine libe
rari. et mali reges occidi. et cetera fieri
que plenissime scripta sunt in tracta
tu ipsarum. Item debent hoc mense
accipitres et falcones optime procu
rari. et circa finem ipsius in muta po
ni. Possunt etiam hoc mense capi fe
re bestie. aues et pisces uariis et diuer
sis ingenis suprascriptis.

De agendis in mense martii.

De mense locis tempera/
tis optime proficiuntur
agri. si in eis superflua hu/
miditas est consumpta. et
terra iam ad equalitatem inter humi/
ditatem et siccitatem peruenit. Item se/
rit auena et cicer et canabum circa fil/
nem. et faba in locis frigidis. in tēpe/
ratis in initio. loco pigui et que ianu/
ario sata sunt nunc runcat cum qua/
tuor foliorum existit. Item runcatur
et herbis mundat frumentum. spelta.
et ordeum. Item hoc mense serit mili/
ca. et milium. panicum. et faseoli seri/
possunt. Item putant et inserunt vi/
tes circa initium et eleuantur. Deinde
ligonizantur cum terra fuerit tempe/
rata. Item colligunt et plantant vi/
tes hoc mense atque propagant et reno/
uantur. Item transuasant vina in se/
reno aere et borea flante. Coquuntur
etiam debilia ut seruent melius. ne uol/
uant. et optime implent vasa posita
in penu frigido. et claudunt ut paz/
spirent. ne acetosa fiant. Item hoc mē/
se plantari. transplantari. et circumfo/
di possunt omnes arbores. ac inseri.
que gumma carent. Item hoc mense
pastinant orti. fumant. et in eis serun/
tur omnia semina specificata in febru/
arii mense. ac etiam cucurbite. melo/
nes. cucumeres. et citrulli circa finem.
ac etiam salvia plantat hoc tempo/
re ramulis in terram infixis. Item lo/
cis frigidis prata purgari debent. et
temperatis ac calidis custodiri. Hoc
mense precipue comparandi sunt eq/
ui et eques. boues et uaccae. verres et scrofe
ac facienda armenta et greges. et mas/
culi feminis admittendi. Et doman/
di sunt equi et boues. Item fumigan

de sunt leniter apes et purgandi sunt
alvei a vermiculis et omni spurcie.
Item hoc mense accipitres in muta et
asturres in magnis gabiis sunt ponē/
di. et bonis carnibus nutriendi. Item
hoc mense possunt capi bestiole. aues
et pisces. nisi tales sint que solum tem/
poribus frigidis uel niuium capiun/
tur.

E De agendis in mense aprilis.

De mense proficiuntur
pingues agri et humidi qui
diu tenent aquam. et sicc/
i secunda vice arant. Item
seritur commode cicer in locis frigi/
dis. et canabum et milica in locis tem/
peratis circa principium. Item fit fos/
sio vinearum in locis frigidis. ac eti/
am temperatis et vina non debilia com/
mode transuasari possunt. Item
hoc mense malapunica possunt seri.
item etiam inseri. et persicus inocula/
ri. ut Paladius ait. Item debent om/
nes arborum plantule hoc mense ab
animalium aggressu diligenter tueri.
item hoc mense commode seruntur cu/
curbite. citrulli. cucumeres. et melones
et apium. et ozimum. capparisi. et ser/
pillum. et lactuca. blita. cepulle. ac al/
triplices si irrigari possunt. ut Pala/
dius ait. Item hoc mense locis calidis
condentur oues. et serotini fetus sig/
nantur. et arietes admittuntur ad oues
et equi et asini ad equas et asinas. Item
columbis locis iam aratis danda ē
esca. quia parum in agris inueniunt.
unde uiuant. item secundum Paladi/
um querēde sunt apes. et alvei purgā/
di. et papiliones necandi. qui nunc al/
buntur florentibus malis. Item hoc

mente sicut aliis estiuis mēſibus pos-
sunt capi bestie. aues ⁊ pisces.

De agendis in mense maii.

Mense pinques agri et
qui diu aquam tenent p/
ſcandunt. cum omnes her/
bas protulerint. ⁊ earū se-
mina nondū. Tant maturitate firma-
ta. ⁊ siccī possunt secunda uice arari.
Nunc omnia que sata sunt proprie
Florent. neq; tangi a cultore debent.
Item in locis frigidis ⁊ bñectis nūc
seruntur faseoli. milium. ⁊ panicum.
Item hoc mense dicit Paladius ma-
teriam cedendam esse cum silua ē om-
ni fronde uestita. Nunc seminaia fo-
diunt assidue. ⁊ vinee secūda uice. ac
etiam pampinant. Item in locis pre-
gelidis ⁊ pluuiosis plantant olea. et
eis mustus abradit. At si quis lupi-
num stercoreandi agri causa seminaue-
rit nunc debet euertere. Hoc etiam
mense ut idem scribit locis calidis em-
plastrari persicis potest. ⁊ citri arbor
inseri. ⁊ similiter ficus. ⁊ disponit plā-
ta palme. Nunc etiam ortorum spa-
cia. que sunt per autumnū seminib;
implenda destinantur. aut plācis cō-
uenit pastinari. Item hoc mense serit
coriandrum. ⁊ apium. ⁊ melones. ci-
trulli. cucurbite. ⁊ cucumeres. ⁊ cardu-
us. ⁊ radices. ⁊ ruta pangetur. Por-
ri quoq; planta transfertur ut irriga-
tionibus animet. ⁊ optime caules et
sepe transferuntur hoc mense. Item
seritur portulaca. ⁊ quocunq; tempo-
re seratur. calido tempore tantū nas-
citur. Hoc mense locis maritimis ⁊ ca-
lidis recidant fena. prius tamē q̄ a/
rescant. Et si pluuiis infusa fuerint ā

te conuerti debēt q̄ pars ipsoꝝ sum-
ma siccetur. Item hoc mense castrari
debent uituli. ⁊ ouium celebrari cōsu-
ra. Item coagulet lac. ⁊ fiat casei mo-
do predicto. Item ut ait Paladius
debent nunc occidi reges apū. quos
greci cestros uocant. qui hoc tempo-
re nascunt in extremis foliorum ⁊ fa-
uorum partibus. Item papiliones ne-
candi sunt modo predicto.

De agendis in mense iunii.

In mense iunii paranda est a-
rea. ⁊ ab omni stramine. Fi-
mo. ⁊ puluere optime libe-
randa. Nūc serī potest mi-
lium ⁊ panicum. nūc ordeī messis pri-
mo recipitur postea circa finem tritici
messis expletur in locis calidis. ⁊ i-
temperatis incipitur. Nunc in frigi-
dis locis que maio pretermissa sunt
faciemus. agros eque proscindemus
herbosis locis ac frigidis. vinea oc-
cabimus. Colligemus uicias fenugre-
cum rescabimus ad pabulum. Item
hoc mense peragenda est leguminū
messis. Nunc ⁊ faba luna minuyente
uelletur. ⁊ excussa ⁊ refrigerata repo-
netur. Lupinus etiam hoc mense col-
ligitur. Nunc pira uel mala ubi ra-
mos multa poma densabunt. interle-
genda sunt omnia uiciosa. Hoc men-
se ramus punici potest intra fictile
pasculum claudi. ut ad eius magni-
tudinē poma reddat. Item hoc
mense sicut ⁊ iulio fit insitio que dici-
tur emplastratio. in piris et malis et
floribus. ⁊ oleis. ⁊ ceteris quibus in
cortice pinguis succus extiterit.
Item hoc mense etia; optime seritur

borago ⁊ portulaca. ⁊ multe alie her-
be si possunt irrigationibus adiuua-
ri. Hoc etiam mense secantur optime
prata flore completo ⁊ non exsiccato
Hoc etiam mense vituli recte castran-
tur. ⁊ caseum conficimus. ⁊ oues i fri-
gida regione tondent. Item hoc mē-
se aluearia castrabunt. si multū mel-
lis habuerint. ⁊ mel conficietur ⁊ cera
hoc etiam mense noua egrediunt exa-
mina. Ideoq; custos debet esse semp
attentus. ne fugiant precipue usq; in
octauam uel nonam horam. ⁊ semp
debet habere aluearia preparata ⁊
ea colligere debet. ac in suo loco col-
locare. ut in suo tractatu dictū est ple-
ne.

De agendis in mense iulii.

Mense iulii agri procisi sel-
cunda uice arandi sunt.
Hunc locis temperatis tri-
tici messis ⁊ leguminuz nō
dum expleta complet. Itē siluestres
agri utilime extirpant radicibus at-
q; uirgultis. Item gramen ⁊ filicē an-
te caniculares dies optime dissipant
Item circa finem optime serunt rape
⁊ napi. Item nouelle uites mane ac
uespere calore deposito debent effo-
di. Et aduerso gramine puluerizari.
Item hoc mense arbores que in mes-
se steterant sectis messibus obruantur
⁊ circa ipsas propter calorem fiat ag-
gregatio terre. Hoc mense locis hūi-
dis inoculari ficus potest. ⁊ inferi ci-
trum. Nunc etiam potest emplastra-
tio cōmode celebrari. ⁊ pirus ⁊ mal-
lus locis frigidis inferi. Item poma
uiciosa que nimis ramos onerant de-
bent legi. Item potest plantari talea
citri. si irrigationibus adiuuet. Nunc

locis temperatis amigdala sunt col-
ligenda. hoc tempore uacce submitte
de sunt thauris. ⁊ arietes admittēdi.
Item hoc mense circa principium o-
lia prata secanda sunt in quibus her-
ba non prius ad maturitatem perue-
nit.

De agendis in mense augusti.

Mense augusti sunt agri ter-
cia uice arandi. Item i sui
principio possunt seri p-
primam pluuiam rape. ra-
dices. ⁊ napi. ⁊ lupini ut uineas ⁊ ter-
ras impinguent. Item in principio ⁊
ante linum euellitur. ⁊ canaba cū ma-
turato calore flauescit. ⁊ ex hīs pos-
sunt excuti semina. ⁊ macerari si pla-
cet. ⁊ aliter ut opus fuerit procurari.
Item circa finem eius colligit milica
que tunc inuenit matura. Et fic⁹ col-
ligunt ⁊ siccantur. ⁊ nuges ⁊ ceteri fru-
ctus arborum qui maturi sunt. ⁊ con-
sumunt. ⁊ recondunt seruandi. Item
locis frigidis pampinantur uites et
i calidis potius obumbrant. uie. ne
vi solis arefiant. Nunc etiaz agrestū
fieri potest. Item in locis calidis cir-
ca finem incipit fieri apparatus vin-
demie. Hoc etiam mense possum⁹ dis-
sipare frequenti aratione gramē ⁊ fi-
lices. Item hoc mense possunt empla-
strari arbusta. ⁊ pirus inferi. ut Iba-
ladius ait. Itē hoc mense pnt iuesti-
gari aque ubi desunt ⁊ probari ⁊ pu-
tei fieri. Et similiter aq̄ duct⁹ cōmode
fabricari. ut Ibaladi⁹ scribit. Itē p-
medium huius mensis optime serunt
caules. ut cum modicum conualuerit
transferantur.

De agendis in mense septembris

Quoniam in mense septembris cisterne
aqueeductus. et putei com
mode fiunt. Item piguis
ager. et qui diu consuevit te
nere humorem. tertia uice arabitur et se
retur. Cluii graciles nunc primum aran
di sunt et serendi circa equinoxium.
Huc agri stercoreandi sunt in colle spif
sius. et in campo rarius. precipue cum
luna minuitur. Hoc mense uliginosis lo
cis atque exilibus aut frigidis aut opa
tis circa equinoxium triticum seritur et
spelta dum serenitas constat. Item in
locis calidis nunc seritur linum quod ner
uum vulgariter dicitur. Item colligitur
et reponitur hoc mense milica. quae a
liqui saginam uocant. et circa princi
pium in albis seritur siligo. et cir
ca finem eiusdem mensis anno sequen
ti fit messio eius. Item seritur hoc me
se circa initium lupinus impinguandi
causa. et ubi creuerit eueratur. Seritur eti
am circa finem farago in stercoreato lo
co pabuli causa. Item in locis tempe
ratis circa principium commode pa
pinantur uites. et frondibus denudan
tur. et postmodum vindemie fiunt. et
quecumque ad uindemias spectant. et
due seruande siccare possunt. et sappa
defrictum. et caroenum fieri. Item col
liguntur fructus arborum qui tunc ma
turitatem facientur. Hunc papauer se
ritur calidis locis et siccis. Item orto
rum spacia que uere seminibus imple
da sunt. nunc alte fodienda sunt. et ster
coranda decrescente luna. Item in pri
ncipio seruntur optime caules. et circa fi
nem allia. anetum. lactuca. et blita. et
radices seri possunt in locis siccis. et
tem hoc mense possunt prata noua

parari extirpatis prius radicibus spi
nis et fructibus atque arboribus et her
bis latis et solidis. Item uetera mus
tu purgari. et uetustissima corrupta a
rari. et denuo prata noua parari. Item
hoc mense conquassantur apes uetuste
et fit mel et cera. Item hoc mense cum
accipitribus precipue capiuntur qua
lee ac perdices.

De agendis in mense octobris

Quoniam in mense octobris possunt fi
eri putei ac fossata cauari
Item hoc mense letamiae
portantur ad agros. Et sel
ritur optime in temperatis locis frumē
tum. siligo. ordeum. far. et spelta. lupi
num. et linum. Item fit commode vin
demia ubi non est facta mense septem
bris. et precipue ab hiis qui maturum
uinum habere desiderant. Et condi
untur et diuersificantur in sapore et
colore uina. Hoc extremo mense ubi
calidi et sicci aeris qualitas est. ubi
exilis et aridus campus. ubi collis pro
ruptus aut macer ponuntur commo
de uites. Hunc locis siccis. calidis. ex
ilibus. macris. arenosis. apricis. que
cumque de pastinis de uicibus ponendi
dis. putandis. propagandis. repa
randis. vel arbusto faciendo ante di
cta sunt. nunc rectius fieri possunt.
ut contra exilitatem glebe. ac aeris sic
citatem. hybernis ymbribus adiu
uentur. Hoc mense precipue circa fi
nem oblaqueanda est omnis nouel
la uicis ut amputentur radices sup
uacue. Et si placida ibi est hyems.
uites relinquamus apertas. Si
violenta. operimus antequam ueniat

gelu. Si frigidum aliquantulum colū/
bini sterconis circa viticulas appona-
tur. Hoc mense locis calidis et apricis
instituantur oliueta. et seminaria fiunt.
et omnia que ad oleas pertinebunt.
Item riuī ac fossē purgantur. Item
plantantur cerasi ac piri et mali. et ce-
tere arbores que frigus nō timent cō-
mode plantari. et de loco ad locum
transferri possunt. maxime in locis sic-
cis et calidis. Et sorba et amigdala in
seminario ponunt. et semina piri sper-
gunt. Item hoc mense fit pastinū or-
torum serendorum in uere. ac etiā nūc
serunt in ortis allia. anetuz. spinacia
plante cardui. sinapis. malua. cepulle-
menta. pastinaca. thimum. organuz
et capparuz. Item blita in locis siccis
Item dicit Galadiuz qd porrum ve-
re satum nunc transfert. ut crescat in
capite. et assidue circumfodiat. Item
hoc mense tollitur apibus mel super-
fluum cum fauis. et omnis cera corru-
pta.

De agendis in mense nouembri.

Mense nouembri locis ca-
lidis serit optime triticuz
circa principium. et ordeū
et siligo. et circa finem fa-
ba in stipulis non aratis. et linum at-
q; lenticula hoc mense seruntur. Item
hoc toto mense calidis locis et siccis
vitiū est positio celebranda. et pro-
pago recte ducet. Et locis frigidis
nouellas uites et arboruz plantas cir-
cumfodere atq; operire conueniet. et
macras stercoreare. Nunc ac deinceps
usq; qd terra congeletur uinea uet9 q
est in solo robusto que in integro trū-
co sit oblaqueata fumo satietur. et an-

gustius putata. intra trinuz uel quar-
tum pedem a terra uiridissima corti-
cis parte mucrone feriat. ac fossa fre-
quentius incitetur. ut ibi materiā fun-
dat. qua reparetur. Nunc autumnal-
is puratio celebret in uicibus et arbo-
ribus. maxime ubi cēperie incitatur.
Hoc etiam mense cuz oliua ceperit cē-
uaria colligitur. et oliueta putantur et
summitates nimis alte recidūtur. qd
etiā in uespulis. ficis. et persicis ac
coctanis est seruandum. Item hoc mē-
se ponuntur commode oliueta. et serū-
tur persici ossa et pini. calidis et siccis
regionibus. et omnibus fere locis pru-
norum ossa. Item hoc mense serit ca-
stanea plantis ac semine. Item calidis
locis et siccis ponimus plantas silue-
stres inferendas pirorum et malorum
et malipunici. et ciconii. et citri. et mēspi-
li. fici. sorbi. cerasi. et mori tales. et al-
migdali semina. Item hoc mense ma-
gne arbores transferuntur locis cali-
dis et siccis et apricis. truncatis ramis
illesis radicibus. et multo stercore ac
irrigationibus adiuentur. Item hoc
mense materies ad fabricam cedēda
est cum luna decrescit. Item hoc men-
se arietes admittuntur ad oues. ut fe-
tum primi ueris fouere possit exort9
Et similiter hyrci ad capras admit-
ti debent. Item hoc mense diuersimod-
o capiuntur siluestres bestie. Item a-
ues et pisces.

De agendis in mense decembris.

Mense decembris potest se-
ri faba. quoniam post hy-
emem tantum nascetur. Item
cedit optime materia


pro domibus. ⁊ ceteris ligneis ope/
ribus faciendis. Item cedunt silue ac
rami superflui arborum. ⁊ sepes uiri
des pro igne. Item cedunt parice et
canne pro vineis. ⁊ parantur ⁊ fiunt
pali. ⁊ iunci similiter pro vineis cedi
possunt. Et ex uiminib⁹ fieri possunt
corbes. ⁊ ciste ⁊ cauee. multaq; alia u
tensilia oportuna. ⁊ sepes sicce. Item
hoc mense diuersis ingeniis capiunt
bestie fere. ⁊ precipue canibus tempo
re niuium. Item aues quibus dome/
sticis ⁊ rethibus diuersis ac uisco.

Prefens opus ruralium cōmodo
rum Petri de crescētiis hoc industri
oso caracterisandi stilo ad cunctoz
utilitatem omnipotentis dei suffra/
gio nouissime impressum ē. in domo
Johannis de westfalia. Alma ac flo
rentissima in vniuersitate Louaniēsi.

Et sic est finis libri ruralium commo
dorū. Laus sit altissimo qui uiuit p
seculorum secula sine fine benedictus
Amen.

1. De heer van der
 2. De heer van der
 3. De heer van der
 4. De heer van der
 5. De heer van der
 6. De heer van der

1. De heer van der
 2. De heer van der
 3. De heer van der
 4. De heer van der
 5. De heer van der
 6. De heer van der
 7. De heer van der
 8. De heer van der
 9. De heer van der
 10. De heer van der










Cm

colorchecker DIGITAL SG

DCSG - UBU # MX - 7181



x-rite

0 1 2 3 4 5 6 mm